MATTHAEI DRESSERI ISAGOGES HISTORICAE PARS PRIMA, ...

Matthaus Dresser

Digitized by Google

10
8-E
13

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
4 H
24

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Matthæi Dreſſeri

ISAGOGES HISTORICAE

Pars prima,

COMPLECTENS ACTA PRÆCIPVA, MAXIMEQVE memorabilia in Eccleſia, & Politijs, per millenarios mundi quatuor,

Denuò edita & correcta.

Additæ ſunt orationes duæ.

I. DE MONARCHIIS.
II. DE ORDINE ET VERITATE HISTORIARVM.



1 6 1 4.

LIPSIAE,

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

AD NOBILISSIMUM SIMUL ET SAPIENTISSIMVM VIRVM, Dominum CASPARVM â MERtzenrad in Doberſchütz, S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarium, Luſatiæ ſuperioris præfectum.

Matthæi Dreſſeri proœmium.

NIhil novi geritur ſub ſole, inquit Eccleſiaſtes, cujus Sapientiam omnes mortales jure & meritò admirantur. Breve quidem dictum, ſed ingenij, doctrinæque multum continet. Cujus quidem vim & uſum ut complecti animis poſſimus, ſtatuere oportet, mundum hunc eſſe theatrum, in quo fabula perpetua agitur. Semper enim eadem fabula in mundo agitur, mutatis duntaxat perſonis. Jam in fabula duo ſunt, quæ ſpectare convenit, res & perſonæ. Res fermè eædem ſunt ſemper,

quæ aguntur in mundi fabula. Similia enim accidunt, quemadmodum de ſua Græcia Thucydides ſcribit lib. 3. Acciderunt orbibus multa atq; atrocia in ſeditionibus, quæ ſolent fieri, & fient ſemper, donec erit eadem hominum natura, ſeu crudeliora, ſeu mitiora, ſed ſpecie non nihil mutata, vt cauſſæ motuum, & tempora ferent. Perſonæ verò ſingulis ætatibus mutantur ac variant.

In prima quidem ætate mundi fabulam hanc egerunt Adamus, Eua, & qui ex ijs nati ſunt, vſq; ad diluuium. Quæ fabula quàm varios rerum euentorumque actus, quamque multiplices conſiliorum & temporum rationes habuit? Quid eſt vſpiam mali? Quid miſeriæ? Quid calamitatis? quid mœroris aut acerbitatis? quod non exceperit atque exercuerit Adamum, Euam, Lamecum: Verè ſenſerunt illi inſidias & fraudes Satanæ, expertiq; ſunt omnes communium temporum caſus: dum pro aris & focis cum impijs ſuperbiſq; Cainitis, propinquis quidem ſuis, ſed hoſti-

bus

bus eccleſiæ & hypocritis virulentiſſimis aſſiduè dimicârunt. His enim incommodis conflictari eos oportuit, nec vſque ad extremum ſpacium ferè tranquillum & ocioſum ſpiritum duxerunt. Vnica ſpes ſalutis & quietis eos tenuit, in promiſſione Meſſiæ fixa atq; locata. Hæc oblectamentum, hæc ſolatium, hæc fomentum atque perfugium laborum atque ærumnarum præbuit.

In ſecunda verò ætate quæ fabula fuit acta? Eadem, vel certè non multũ ſuperiori diſſimilis. Non enim in rectis ſolum, ſed etiam in prauis actibus, inſignis eſt humani generis, ſecundùm Ciceronem, ſimilitudo. Noamo quid calamitoſius fuit? qui deſtitutus cœli & terræ præſidio, annum integrum vagatus eſt in aquis, & cum beſtijs ſedem atque domicilium commune habuit. Poſtea verò præter alias ærumnas innumerabiles etiam à filio Chamo deriſus eſt, & alias acerbitates, voluptate non magna permixtas, tulit.

In tertia ætate fabulam eandem, rerum, eventorumque varietate atq; copia inſigni refertam, egit Abrahamus, Iſaacus, Jacobus, Joſephus, Moſes, & conſequentes vſque ad Davidem. Non ſpecies ferè eſt mali, quam non experti ſunt.

A Davide verò in ætate quarta, quales, quantæq; res in mundo auctæ ſunt? Quomodo fortuna cum viris ſummis, medijs & infimis egit? Quomodo Salomonem antè ad ſummum faſtigium ſapientiæ, & gloriæ erectum, tandem cœcum & furentem libidine effecit? Quanta temporum varietate, fortunæque viciſſitudine, reges, prophetæ, & alij vſque ad captivitatem Babylonicā in Eccleſia & politia vſi ſunt? In ipſa verò captivitate quàm luctuoſa rerum omnium facies extitit? Nihil dico de quintæ ætatis actionibus, quæ motus, perturbationes, actus, atque commutationes tot habuerunt, vt fabulam mundi omni è parte redoleant. Eadem fabula ſerie atque ſucceſſione continuâ

hodie

Digitized by Google

hodie etiam in mundo agitur. Quod enim olim patribus in Eccleſiâ, œconomiâ, & Politiâ accidit, idem nobis in hac ætate vltima vſu venit. Noſtra jam res agitur, nos in theatrum producti ſumus, in ijſdem operibus dies & noctes vrgemur, quibus ante nos omnibus ætatibus majores noſtri occupati fuerunt.

Quod eò meminiſſe, & reputare ſæpè multumque prodeſt, ut & documẽta, & ſolatia vitæ neceſſaria inde capiamus. Solatia quidem hinc reportare tum maximè poſſumus, cum nihil novi nobis accidere intelligimus, quãtumvis adverſa plurima eveniant, ſed jam olim etiam ſummos, & infimos omnium ætatum & ordinum homines in ijſdem caſibus jacuiſſe cognoſcimus. Quod autem commune eſt vniverſis, moderatiùs ferendum eſt, ne ſupra cõmunem hominum ſortem nos efferre velle, aut fortunam propriam poſtulare videamur: Quod iniquum eſſe toties in conſolationibus ſuis aſſeverat Cice-

Quòd ſi ſolatio eſſe fortunæ communitas poteſt, quod ſanè in vſu & experiundo omnes deprehendimus: non parùm certè momenti habet ad releuandum caſus noſtros ſimilium actuum, euentorumq́; conſideratio, quam hiſtoriarum lectio ſuppeditat & alit.

Hanc ipſam curam etiam ſanctus Petrus nobis commendat, cum iubet nos circumſpicere fratres & ſorores in mundo, quas eaſdem afflictiones perferre oportet, vt ſocietate ægritudinum & euentuum noſtros caſus ſuſtentemus. Ita ergò hiſtorias legere oportet, vt fructũ aliquem cõſolationis in communibus actionibus atque calamitatibus inde capiamus. Quoties enim hoc in mentem nobis venit, cum caſus aliquis incidit infeſtus, preſertim aut grauis? Quis eſt omnium, cui tot aduerſa vnquam acciderint? num me ſolum DEVS ex omnibus delegit, in quem tanta acerbitas effundatur? Quis me infelicior eſt? Quis grauioribus morbis aut diuturnioribus ærumnis vexatur?

Digitized by Google

tur? Hic reminiſci ſuperiorum euentuum vtile eſt, ad reprimendum dolorem, ne ſolos nos eſſe exiſtimemus, qui caſtigemur, ſed ex veteum rerum monumentis excerpamus exempla, quæ ad noſtros caſus accommodemus. Sic enim ſtatuendum eſt, nihil nobis euenire hodie, quod non idem alijs olim euenerit hominibus. Nihil noui ſub ſole: ijdem caſus, quicunque tandem ſint, antè multò euenerunt, nec exempla deeſſe vlla in re, aut fortuna nobis poſſunt, niſi hiſtoriarum ignoratio obſtet.

Documenta autem virtutis, prudentiæ, atque patientiæ tum potiſſimùm dant hiſtoriæ, cum ad noſtrorum conſiliorum rationes, conſilia, & acta accommodamus vetera. Nam ſecundùm Ciceronem, qui ſciunt, quid alijs acciderit, facilè ex aliorum euentibus, ſuis rationibus poſſunt prouidere. Et præclarè ab Iſocrate præceptum eſt, vt in deliberatione è præteritis exempla petamus rerum futurarum. Ita futurum

eſſe ait, vt, quæ obſcura ſunt, è manifeſtis, & antegreſſis facilimè dijudicentur. Eſt in medio quoque poſita ſapientiſſima Polybij ſententia, quæ duas vias recenſet ad emendationem vitæ ducentes, quarum una in experientia propria, altera in alienis exemplis ſita eſt. Etſi autem prior ratio, quæ in experiundo conſiſtit, evidentior eſt & illuſtrior; tamen poſterior multò eſt tutior, cum ex alijs, quid ex vſu ſit, diſcimus. Eſt ergò vterq; fructus hiſtoriarũ vberrimus, tã qui ad conſolandũ, quàm qui ad erudiendũ directus eſt. Vt enim non exiguum eſt in quacunq; fortuna ſolatiũ, cum idem çveniſſe ante nos alijs dignitate, virtute, & ſapiẽtia antecellentib. comperimus: Sic ad erudiendũ vix quicquam efficacius eſt poſt ſanctũ DEI verbum, quàm alienorum exemplorũ aſpectio atq; conſideratio. Quippe ex quibus & tutò & facilè de præſentibus, & futuris etiam interdum facere judicium poſſumus. Sic itaque ſtatuamus, neceſſariam eſſe hiſtoriarum

rum cognitionem tam ad privatam, quàm ad publicam vitam benè feliciterque degendam: quòd & privatis rebus proſperis & adverſis perfugium atque ſolatium præbeant, & in capiendis conſilijs quarumcunque rerum lucem magnam adferant.

Acerbus eſt dolor, qui ex liberorum infelicitate capitur: Sed communis eſt mihi, tibi, cum tot præſtantibus viris, qui ab exordio mundi extiterunt. Reſpice enim quoad longiſſimè potes, reperies profectò, ante omnes alios primo parenti noſtro idem vſu veniſſe, poſt eum Noamo Jacobo, Samueli, Davidi, Joſiæ, in hiſtoria ſacra: In profana verò Phocioni, Themiſtocli, Rhaconi, qui etiam capitis condemnari filium ſuum profligatum atq; perditum in judicio voluit, vt Ælianus libr. 1. narrat. Item Ludovico pio Imperatori Romano, Henrico quarto, Muleaſſi regi Tunetano, & alijs innumerabilibus.

Dolorem habet magnum, cùm pro beneficijs & pietate non modò gratia nulla

nulla refertur, ſed anguina etiam merces redditur. At ſi hiſtorias conſulis, ecce tibi exempla ſummorum & infimorum hominun, quibus pro ampliſſimis meritis alia merces, & precium beneficij nullum eſt perſolutum. Non eſt enim penè vllus vſitatior morbus in mundo, quàm ingratitudo, pro optima voluntate, ſtudio atque officio reddens odia, contumelias, & alias iniurias, In hiſtoria ſacra eſt Ioſephus, cui pro fideli miniſterio carcer eſt tributus. Moſes, qui pro curis & ingentib. laboribus gubernationis tot fremitus atque minas populi perferre coactus eſt. Dauid, qui & armis defendit Rempublicam Iſraëlis, & muſicis numeris languentem Sauli animum demulſit. Sed quid præter inuidiam & odium Sauli acerbiſſimum reportauit?

In ethnica verò hiſtoria, quaſi quidam cumulus exemplorum ſeſe offert. In Republica Attica inſignis eſt Miltiades, Ariſtides, Themiſtocles, Cimon. In Romana Camillus, Scipio,

Digitized by Google

Cicero, Bellisarius, & alij, quorum hiſtorias in animo habere vtile eſt, vt cum nec nobis bene mereri ſtudentibus par voluntas redditur, non iccircò animis frangamur, & â propoſiti, curſuque rectè faciendi deterreamur, ſed patientiam á Deo petamus, & ſpe melioris vitæ, gloriæque ſempiternæ caſus noſtros ſuſtentemus: ad vtrumque euentum parati, ſiue præmia in hac vita tribuantur aliqua, vt Ioſepho, Dauidi, Mardochæo, Ariſtidi, Ciceroni, ſiue denegentur penitùs in hoc mundo, vt Miltiadi, Scipioni, Bellisario. Graue eſt fraude opprimi, per calumniam circumueniri, & cruentâ ſophiſticâ euerti. Sed neque primus neque ſolus es, ſi tibi id accidat. Plena eſt hiſtoria exemplis, quæ ſolatio eſſe poſſunt. Statim occurrit animo Daniel, Palamedes, Socrates, Theramenes, Hippolytus, Demetrius, Philippi regis Macedonum filius, quorum alios calumnia fortunis & vita priuauit, alijs ad gloriam maiorem aditum præbuit.

Infir-

Infirmitas humana quanta ſit, ſinguli cogimur experiri. Et quidem exempla ſimilia in promptu ſunt ſummorum virorum, Aaronis, Saulis, Davidis, Salomonis, Joas: Extra eccleſiam verò, Herculis, Alexandri, Theſei, Socratis, Ciceronis, Pompeij, quorum aliqui divinitùs acceptâ conſolatione erecti ſunt, cæteri verò fortunæ doloribus ſuccubuerunt. Quos amplecti nos memoriâ decet, ut quò ſuperiores ſumus, eò nos ſummiſſiùs geramus, à Deoque nos regi ſedulò petamus: ne vel per errorem turpiter labamur: vel, ſi labi cõſilio aut caſu per imbecillitatem noſtram contingat, iterum erigamur, & ad ſanitatem revertamur.

Atque hæc quidem privata utilitatis hiſtoriarum exempla ſunt. Publica verò omnium ſeculorum ætates ſuppeditant.

Querela eſt hac noſtrâ memoriâ de horrendis diſſidijs in religionis doctrina, quæ eruptura brevi ad perniciem Eccleſiæ videntur. De his quoties cogita-

Digitized by Google

gitationem ſuſcipimus, non poſſumus non vehementer angi animis, quòd ſalutis ferè omnes quidem cupidi ſimus, ſed alius hanc, alius illam ſententiam de religione teneat. Propinquitatibus equidem, affinitatibus, jure, ſocietatibus, fœdere baptiſmi conjuncti ſumus, ſed fide ſola in DEVM divellimur, atque diſſentimus. Verùm novi nihil eſt, jam antè omnibus ſeculis eadem diſſenſio atque diſtractio eccleſiam turbavit. Sive longè, ſive propè abieris, exempla erunt obvia. Vix jacta erant fũndamenta eccleſiæ, cum Cainus defecit, & cultus ſuo arbitratu finxit, profitenteſque veram de DEO doctrinam odio, fraude & violentia evertere conatus eſt. Adeò tunc debilitata & diminuta fuit Eccleſia, ut penè ab interitu vindicare Religionem veram per Enos oportuerit. Nihil dico de diluvij tempore, quo terris totis expulſam atque excluſam eccleſiam aquæ hoſpitio accipi neceſſe erat.

Lon-

Longum eſſet hanc hiſtoriam pertexere. Eliæ quid accidit? an non putabat is, ſolum ſe eſſe relictum, qui Deum verum profiteretur? Nato in terris Filio Dei quàm pauci erant ciues eccleſiæ reliqui? Græcam eccleſiam adeò vaſtârat Arianorum furor, vt ſolus Athanaſius & Liberius diſſentire ab ijs viderentur. Sic enim extat in narratione de Conſtantij Imperatoris colloquio cum Liberio Romano Epiſcopo. Quota, inquit Imperator, tu pars es orbis terrarum, qui ſolus facis cum homine ſcelerato Athanaſio, & orbis terrarum mundique totius pacem diſſoluis? Ad quod reſpondit Liberius: Non diminuitur ſolitudine mea verbum fidei. Nam & olim tres ſolùm inuenti ſunt qui edicto regis reſiſterent. Quid verò? an non miranda eſt hæc paucitas veritatem religionis profitentium? Et tamen deleri veritas, eiuſque profeſſores penitùs non potuerunt.

Contarenus Cardinalis in colloquio Ratisbonenſi, Anno Chriſti 1541.

eodem

Digitized by Google

eodem modo nobis paucitatem objecit: an vos, inquiens, ſolos putatis ſapere? Num tanti facitis vnius furioſi monachi clamores, ut propterea judicium atq; conſenſum totius Eccleſiæ, totę; eruditorum & magnorum virorum repudietis? Si ergo te movet fortè diſſentientium multitudo, conſentientium verò in recta fide, atq; religione paucitas: refer animum & cogitationem ad hæc exempla, quæ etiam olim paucos quidem fuiſſe rectè ſentientes de religione declarant, & eos ipſos tamen in vera ſententia divinitùs confirmatos perſeverâſſe oſtendunt: nec vel propter rectè ſentientium paucitatem à fide vera defice: vel propter diſſentientiū numerum, potentiam, odium aut minas, veritatis profeſſionem abijce.

Multos habet ſolicitos nova & inſolens Jeſuitarum ſoboles, in Eccleſiam orbis Chriſtiani infuſa. Habet enim ea ſpeciem ſanctitatis & pietatis magnam, ut fulcrum Romanæ Eccleſiæ

& Pontificiæ ſedis rectè appellari poſſe videatur. Periculum ergò non parvum inde impendere videtur Eccleſiæ Evangelicæ, ne ſcilicet talis Pontificiæ religionis per Jeſuitas propagatio, veræ eccleſiæ ſit exitio. Sed bono ſimus animo. In medio ſunt exempla ſimilium factorum atq; eventuum, quibus ſolari nos poſſumus. Celebris erat Templariorū ordo, qui Hieroſolymis cuſtodiendæ vrbis, & hoſpitum illuc venientium deducendorum cauſa inſtitutus, celeriter per præcipua orbis Chriſtiani regna pervaſit, & opibus, potentiaq; auctus eſt: ſed vix centum octoginta anni abierunt, cum à Clemente 22. is condemnatus eſt, & per totum Chriſtianum orbem uno penè momento deletus.

Alius ordo Jeſuatorum cœpit anno Chriſti, ſupra milleſimum trecenteſimum, ſexageſimo ſeptimo, autoribus Joanne Columbano, & Franciſco Vincentio. Sed omnis eius memoria ſenſim obſcurata eſt, & evanuit, ut peni-

penitùs ex rerum natura ſublatus eſſe, videatur. Niſi fortè Jeſuitæ ſe ſobolem Jeſuatorum, longo tandem intervallo ab inferis revocatam nominari aut haberi velint. Jactant ſeſe hi quidem & oſtentant magnificè ſanctimonia vitæ, & cultu doctrinæ, Sed quid profitentur præter decreta Pontificũ, quæ dies delet, & Dei verbum ex majori parte deteſtatur? Ex quo ſanè conjectura capi facilè poteſt, fore ut hæc quoque ſecta vel dierum numero tollatur atque vaneſcat, vel juſtâ quadam divini numinis irâ, quemadmodum cœpit, ire pergat, ut inteſtinas diſſenſiones noſtras comprimat, & ad ſtudium concordiæ, doctrinæq; literarum exacuat.

Vt autem ex una parte nova iſta Jeſuitarum ſecta omnia ſua conſilia & conatus in noſtram perniciem meditatur atque convertit: ſic ex altera Turci nos oppugnant, & ſpoliare ſedibus, templis ac fortunis omnibus ſtudent. Quorum ſucceſſus admirabilis eſt, nec

reprimi hactenus, aut coërceri ab ullo mortalium potuit. Hîc quæ cogitationes, vel potius quantæ perturbationes animis noſtris injiciantur, teſtes eſſe poſſumus omnes, ad quorum fines Turcicus furor conſiſtit. Equidem miramur, an ullo mundi tempore talis caſus inciderit, aut ulla ætas unquam talia ab hoſtibus paſſa ſit? Reverâ novum id non eſt, quamvis acerbum ſit & durum.

Iſraëlitas volebat Deus identidem à vicinis hoſtibus vexari, ut curam pietatis, invocationis, fidei & induſtriæ in illis excitaret atque augeret. Quod eodem modo de nobis etiam exiſtimare debemus: Quippe quos propter contemtum verbi divini, faſtum, luxum, diſſidia domeſtica, ignaviam, & cætera flagitia caſtigari divinitùs oportet: Vt magis attentos animos ad verbi divini cultum, juſticiæq; & pudoris conſervationem teneamus. Græcæ genti olim florentiſſimæ idem uſu venit, quæ & ipſa ambitione, inteſtinis diſſenſionibus,

nibus, odijs mutuis, tam diu lacerata & attrita eſt, donec in Turcarum poteſtatem redigeretur. Quod meminiſſe vtile eſt, ut ex aliorũ caſibus noſtros mores emendare diſcamus.

Doleo equidem non minùs, quàm quiſquam omnium mortalium, horrẽdam cladem Chriſtianæ gentis, quam ab anno Chriſti 1300. continuam ferè à Turcis accepit. Detractum enim nũc eſt imperium Chriſtianorum in oriente: avulſa eſt bona pars Vngariæ. Miſerabile ſpectaculum, omniumq́; piorum lacrymis deplorandum! Sed habemus tamen reliqvum divini verbi theſaurum, & uſum Sacramentorũ à Chriſto inſtitutorum: Habemus reliquam libertatem, juſticiam, conjugium, ſedea aliquas & fortunas. Hæc bona, ut divina ſunt, ita DEI præſentiam, & opem certam nobis pollicentur: ut deſeri à DEO penitùs non poſſimus, aut hoſtibus prædæ fieri, quoad talia bona colemus & cuſtodire ſtudebimus.

Atq; hæc eſt nuda exemplorum reci-

Digitized by Google

citatio, quæ tamen ad erudiendum & conſolandum valet multùm. Quòd ſi etiam cauſſarum, quæ quenq; eventum antegreſſæ ſunt, accedat expoſitio: cernit jam animo ſuo quiſque, quantò omnia vberiora, atque pleniora conſolationis, doctrinæq́; ſint futura.

Quod ſolatio etiam nobis in hac parte Chriſtiani orbis eſſe debet: utpote qui cum gente Turcica tot annos bella gerimus, & dies noctesq́; impendentem ſervitutem à cervicibus noſtris repellere cogimur. Nec plures hiſtoricæ lectionis utilitatis in hoc loco cōmemoro: Cùm hæc vna ſatis magna ſit, quod in privatæ ac communis vitæ caſibus emolumenti & ſolatij multum præſtat.

Quanquam autem hiſtoriarum volumina plurima extant, ex quorum lectione utilitas ea, quam dixi, abundè poteſt capi: tamē labor mihi viſus fuit neceſſarius, rem latè patentem cōtrahere, & non ſolùm in anguſtum, ſed ordinem etiam luculentum deducere:

vnde quid

de quid quoq; mundi millenario evenerit, cognoſci poſſit. Eius itaq; laboris ſpecimen aliquod dare hac Iſagoge conatus ſum, & numeros quoq; penè ſingulorum annorũ adjeci, ut ne quid in temporum momentis deſiderari à lectore poſſet.

Fateor autem ingenuè, ſecutum me eſſe in hoc toto genere ſupputationis annorum Georgium Bucholcerum potiſſimùm, & Leonhartum Cranzemium, item Georgium Nigrinum. In horum enim Chronologijs viſus ſum mihi ſolertiam & diligentiam accuratiſſimam videre, quam ego, ſi maximè omnes nervos contendam, æquare forſan, ſuperare verò minimè queam. Cũ his conſentit etiam Henricus Pantaleo, qui eundem annum Nativitatis Chriſti ponit. Nec interea tamen aliorum probatorum auctorum computationes reijcio, aut contemno: ſed ut in re tali debet fieri, quod vero maximè eſt conſentaneum, id ſequor. Vtinam verò is eſſet conſenſus omnium Chrono-

nologorum, qui eſſe in re tanti momenti debebat. Mihi equidem neque optabilius quicquam eſt, neq; majori curæ, quàm ut omnes meas cogitationes atq; dicta ad eorum ductum applicem, qui divinitùs mihi ad afferendam lucem doctrinæ literarum, & ſcientiæ hiſtoriarum excitati videntur. Quòd autem in hac annorum ſupputatione uſque ad Chriſti JESV natalem paululum à nonnullorum luminum eccleſiæ & ſcholarum Chronologia recedo, & natum eſſe Meſſiam anno mundi ter milesimo, nongenteſimo, ſeptuageſimo ſtatuo: Id nullâ neque temeritate, neque ambitione, neque novitatis ſtudio factum eſſe omni ratione confirmare poſſum.

Sermone porrò alio, quàm qui planiſſimus, ſimpliciſſimus, & notiſſimus eſt, uti non volui, de induſtria vitans omnem ſplendorem atque copiam. De dogmatibus nihil mihi cum quoquam controverſiæ eſt, quemadmodum nec decet in tali opere. Conſultò etiam

genea-

genealogias, ſive recenſiones familiarum in hoc opuſculo prætermiſi: quòd & inſtituta brevitas id poſtulârit, & auditores hiſtoriarum ejuſmodi ferè ſint, vt vix hæc de medio ſumta, & ad vulgarem, popularemque ſenſum accommodata, ne dum accurata & exquiſita ferant.

Cùm autem nobiliſſime & ſapientiſſime Domine à Mertzenrad, hanc ipſam Iſagoges hiſtoricæ partem Duci Suecorum Carolo, ante annos complures, ſuaſu quorundam non malè rebus meis conſulentium, inſcripſerim: intelligo mei eſſe officij, ut rationem mutati conſilij & inſcriptionis novæ exponam. Non enim is videri aut haberi volo, qui inconſultè ac temerè, multò minus avarè quicquam faciat, ſed qui id quod facit probare bonis omnibus ſtudeat. Acceptum quidem fuiſſe Duci Carolo hoc munuſculum meum ſat ſcio. Id enim diſertè mihi ſignificavit literis ſuis literatiſſimus & ampliſſimus dominus Ericus Sparrius

regni Suecici cancellarius, & comes illuſtris. Quin ſpem etiam mihi ille ipſe cancellarius injecit de reſponſo Ducis clementiſſimo, ex quo quanti me munusq; meũ faciat cognoſcere poſſem. Sed intervenit caſus quidam mirificus, qui principis optimi voluntatem atq; ſtudium impedivit, ne dicam evertit. Implicatus enim eſt moleſtis ac difficilibus turbis paſſim in regno excitatis, quas ſecuta eſt confuſio penè rerum omnium. Hanc cùm effugere proceres quidam regni vellent, ad regem in Poloniam profugerunt, qui adductis tandem hoc ipſo anno copijs modum facere tumultuum, & in priſtinum ſtatũ tranquillitatis & ocij reſtituere regnũ conatur.

Hæc nimirum cauſa eſt, quæ principis optimi conatum optimum infregit & ſpem meam de promiſſo clementiæ pleniſſimo reſponſo debilitavit. Cùm ergò nunc denuò excudenda eſſet hæc Iſagoges particula: cepi cogitare non declinaturum me ab officij religione, ſi

com-

commutatis rebus in Suecia, me converterem ad Germaniam, & quod patrocinium illic fortuna iniquior libello meo denegavit, id in patriæ medullis ac viſceribus mihi cōparare ſtuderem. Accidit autem commodè, ut cùm de hoc ipſo conſilio meo cum amico meo integerrimo, Iudi Budiſſinenſis gubernatore, Melchiore Gerlachio agerem, ipſe mihi tuam & ſapientiam & hiſtoriarum peritiam, tum etiam propenſam in omnes literatos & hiſtoriarum profeſſores voluntatē honorificè & graviter prædicaret. Ac cùm patrem tuum nobiliſſimum & omnis antiquitatis ac virtutis perſtudioſum noſſem aliqnantò familiarius: Incenſus ſum ſtatim ad nominis tui & famæ ampliſſimæ cultum atque obſervantiam: ut nemo omnium occurreret, quem appellare magis geſtiret animus meus in hujus libelli prooemio, quàm tuam illam magnificentiam rebus omnibus, quæ in patrono magno ineſſe ſolent, florētem. Neq; fieri poteſt, ut vel Melchio-

rem

rem Gerlachium præconem laudum tuarum, vel mei affectatorem, judicium de ſua ſapientia & voluntate fallat. Is enim es tu, quem Cæſar Romanus propter inſignem prudentiam in judicando, ſingularem induſtriam in agendo, & eximiam fidem in conſilijs dandis, conſiliarium ſibi aſſcivit, & Luſatiæ ſuperiori præfecit, eumq́; eſſe vult, quem tota illa provincia habeat Epiſcopum, qualem ſe à Pompejo datum eſſe tori oræ maritimæ, in quadam Epiſtola ad Atticum ſcribit Cicero. Quæ autem origo ſit gentis Luſatiæ, quæ incrementa, quæ ingenia, qui mores, quæ acta & ſtudia, loco opportuniore, ſi Deo placuerit, aliquando licebit exponere. Nunc inſtitutum ad te, magnifice Domine Præſes Luſaticæ gentis, prooemium perſequar, idq́; ſic concludam, te ut orem & obteſter, ne in aliam partem ullam accipias hanc compellationem meam, quàm à me ſuſcepta eſt, nempè ut gratiam aliquam bonam apud te mihi conciliem, &

ami-

Digitized by Google

amicum parem. Quod ſi aſſecutus fuero, cumulatè mihi ſatisfactum putabo, itaq; me adverſus tuam amplitudinem geram, ut pietatem in te meam, obſervantiam, ſtudium, & fidem integram conſtantemque omni ex parte cognoſcas. Tu modò in fidem, clientelamq; tuam me & hanc Iſagogen meam ſuſcipe: & qualem te omnibus literatis præbes, talem etiam mihi te præſta: Vt in mutuâ benevolentia, ſuaviq; communicatione officiorum utriuſq; noſtrum animus conquieſcat. Vale. Lipſ. Cal. Sextil. An. Chriſti M.D.XCVIII.

Magnifici viri, Domini Chriſtiani Diſtelmeieri in Radesleben & Molſdorff, diſtichon in quadam Epiſtola ad

Matthæum Dreſſerum.

Tincta Philippeo Dreſſeri ſcripta ſapore,
Quàm ſana hæc, & quàm ſint benè culta docent.

ISAGOGE HISTORICA.

VT homini duo divinitus oculi ſunt tributi: ſic duæ res ſunt, quas ſpectare hominem in mundi hiſtoria maximè decet, Religio ſive Pietas, & Virtus ſive Iuſticia. Propter horum enim cultum non ſolùm fabricavit DEVS, *ſed deinceps etiam ſervavit, & ad conſummationem uſq; ſervabit hanc mundi machinam, quam hominis theatrum ac domicilium eſſe voluit.*

Duo ſunt ſpectanda in hiſtorijs: religio & Iuſticia.

Sic itaq; intueri nos in mundi hiſtoriam & acta decet, ut uno oculo verum DEI *cultum in Eccleſia, altero juſtè ſecusq; facta in Politijs aſpiciamus.*

Vno oculo, pietas, altero Iuſticia in hiſtoriarum lectione aſpicienda eſt.

De his duabus hiſtoriæ ſubjectis partibus admonent nos iſta aurea dicta. In templo Ægyptiaco ſtatua Sennacheribi impij collocata fuit, tum hac inſcriptione: Εἰς ἐμέ τις ὁράων εὐσεβὴς ἔςω, in me aliquis intuēs, pius

Concio impij Sennacheribi de pietate ſeu cultu Dei.

Digitized by Google

ſit. Quibus verbis omnes mortales ad pietatis cultum, tanquam concione ſuperiore è loco habita, invitantur. Iuſticiam verò cunctis hominibus commendat hoc verſu Phlegias, de quo Virgilius in VI. ait:

Concio Phlegię apud inferos de juſticia.

Phlegiaſq; miſerrimus omnes
Admonet, & magna teſtatur voce per umbras:
Diſcite iuſticiam moniti, & non temnere Divos.

Sic igitur ſtatuendum eſt, omnem hiſtoriam eſſe concionem, vel de religione, vel de iuſticia. Religio porrò ad Eccleſiam, Iuſticia verò ad Politiam pertinet. Sunt igitur inprimis ſpectanda in lectione hiſtoriarum Eccleſia & Politia. Religio enim eſt nervus & firmamentum Eccleſiæ, Iuſticia verò Politiæ: & propter Eccleſiam & Politias ſtat hæc mundi machina, ut videlicet ſint aliqui in mundo, à quibus DEVS verè agnoſcatur celebreturq́;, tum Iuſticia & Virtus colatur. Ex quo ſanè efficitur, propter pios & Iuſticiæ amantes & conditum eſſe initiò mundum, & adhuc propter eoſdem ſervari. Etſi autem maxi-

Eccleſia & Politia ſunt præcipui ſcopi hiſtoriarum.

Mundus eſt conditus & adhuc ſervatur propter pios.

Digitized by Google

maxima mundi pars impia eſt, & iniuſta ſectatur: tamen pijs & probis aſſignandum eſt, quicquid boni & commodi accidit impijs & malis in hoc mundo. Cum itaq; omnium hiſtoriarum geminus ſit ſcopus, Eccleſia ſcilicet & Reſpublica: nobis quoq; in hac Iſagoge iſta duo propoſita erunt, & ut Eccleſiæ ſtatum ab initio ad hoc uſq; tempus notemus, & quæ in præcipuis Rebuſpub. regnis, atq; imperijs acta ſunt, deſignemus. Idq; ſecundùm ſex millenarios, quibus duraturum eſſe mundum ſapiens credidit antiquitas.

Impij fruuntur pijs in mundo, etiã ſi oderint eos.

Hæc Iſagoge continet notationem ſtatus Eccleſiaſtici & Politici in mundo.

VATICINATIO cujusdam Eliæ, Rabini Judæorum, in quarta parte Talmuth lib. 2. de duratione mundi.

Sex millibus annorum durabit mundus, & poſtea deſtruetur.

Bis mille anni inanitati: bis mille legi: bis mille diebus Meſſiæ erunt.

Interpretatio Vaticinij.

In hoc Vaticinio diſtribuitur totius mundi tempus in tres principales partes, ſive terminos, quorum primus complectitur tempus Inanitatis, ſecundus Legis, tertius Meſſiæ. Sed cur Inanitas tribuitur duob. primis millenarÿs? Inane *vel Vacuum appellatur hoc benè lõgum tempus, quòd neq; doctrina de Deo literis mandata, neq; Lex ſcripta aut promulgata fuerit, ſed omnis doctrina de religione & moribus viva voce, mutuisq; ſermonibus inter homines tradita atq; communicata ſit. Vel,* Vacuum *dicitur hoc mundi tempus, quòd nondum legibus certis conſtituta & definita fuerit politia in populo* DEI, *ex qua naſciturus erat Meſſias.*

Inanitas duorum primorum millenariorum.

Duo millia inania, id eſt, ſine certa politia.

Sequentibus duobus millenarÿs aſſignatur Lex, iccircò, quia in hoc temporis ſpacio lex certa eſt lata, & in tabulis, librisq; exarata. Nam Abraham accepit legem de Circumciſione, quæ ſeparavit populum DEI *à reliqua turba, ſeu*

Lex, id eſt, circũciſio, & politia Moſaica.

ſeu colluvione hominum. Moſi verò duæ tabulæ Decalogi manu Dei ſcriptæ atq; notatæ ſunt traditæ: tum ceremoniæ, rituſq; Eccleſiaſtici, & jura fori præſcripta ſunt, quibus univerſus Dei populus ad obœdientiam certam obligatus eſt.

Reliqui duo millenarij tribuuntur MESSIÆ, quòd illo tempore natus ſit Meſſias, & regnum ſuum ſpirituale incoârit per vocem Evangelij ſonantem in univerſo terrarum orbe.

Ratio autem hujus Vaticinij eſt ſumta ex duobus teſtimonijs ſcripturæ ſanctæ. Vnum quidem extat Geneſ. 1. Vbi Moſes ajt, Deum ſex dierum ſpacio abſolviſſe opus totius creationis. Hos enim dies ſex creationis ad ſex millenarios accommodat Irenæus lib. 5. Alterum verò Pſalm. 90. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Ex quo apparet, ſcripturæ ſanctæ diem unum, mille annos eſſe. Cum itaq; ſex diebus creârit Deus cœlum & terram, ſeptimo autem quieverit: ratiocinatus

natus eſt hic ſapiens Rabinus, ſex millibus annorum duraturum eſſe mundum. & poſtea quietem, ſeu finem eſſe ſecuturum. Sunt autem accipiendi hi numeri non præcisè, ſed latè. Non enim in ipſo anno 2000. data eſt lex, neq; in puncto anni 4000. natus Meſſias. Et fortaſſe nec in articulo anni 6000. interibit mundus: ſed vel affluit, vel deeſt aliquid pro DEI liberrima voluntate.

DE TERMINIS Cujuſq; Millenarij.

PRimus millenarius cœpit in principio, hoc eſt, ab eo tempore, quo Deus cœlum & terram, omniaq;, quæ in ijs ſunt, per Verbum ex nihilo creavit. Deſijt autem in Enocho, qui primus mortalium ex terra in cœlum vivus tranſlatus eſt. Fuit igitur gubernator hujus millenarij Adamus cum ſuis ex ſe prognatis, uſq; ad ſeptimum Henochum. Deſunt verò huic millenario anni tredecim.

Digitized by Google

lecim, ſicut & ſequentibus, iccircò quia ſinem mundo facere properat DEVS.

Secundus millenarius cœpit à tranſlatione Enochi in cœlum, & deſijt in Abrahamo, patre credentium Iudæorum & Ethnicorum. Lumen & moderator hujus fuit Noha, cum filijs & poſteris uſq; ad Abrahamum.

Tertius cœpit ab Abrahamo & deſijt in Salomone, qui flos mundi extitit, per neq; attigit Eliam, qui ſecundus fuit mortalium ex terrena conſuetudine in cœleſtem vivus tranſlatus. Hujus præſes fuit Abraham cum poſteris.

Quartus cœpit à Salomone, & deſijt in Chriſto nato. Dux ejus fuit Salomon, cum ſuis poſteris, regibus & ducibus.

Quintus cœpit à Chriſto, qui anno mundi ter milleſimo, nongenteſimo, ſeptuageſimo natus eſt, mundi totius dominus atq; ſervator: deſijt verò in Othone tertio, qui dictus fuit Mirabilia mundi.

Sextus cœpit ab Othone tertio, & durat uſq; ad finem mundi.

Ætates mundi *ſic numerantur*: prima *à condito mundo ad diluvium*, ſecunda *à diluvio ad Abrahamũ*, tertia *ab Abrahami natali uſq; ad regnum Davidis*, quarta *à regno Davidis uſq; ad captivitatem Babylonicam*, quinta *à captivitate Babylonica uſq; ad nativitatem Chriſti*, poſtrema *à nato Meſſia uſq; ad extremum diem*.

DE CREATIONE Mundi.

Mundus totus eſt conditus, ut ſit domicilium hominis.

O*Mnes res ſunt conditæ propter utilitatem hominum, homines autem propter Deum, ut videlicet Deum agnoſcant & colant. Proinde priuſquam hominem fabricavit Deus, domicilium illi, hoc eſt, mundum hunc creavit, & res omnes ad vitæ humanæ cultum uſumq; neceſſarias præparavit in ſex dierum ſpacio. Primò quidem die, id eſt, Dominico, creavit cælum & terram unà cum luce materialiter, non formaliter, hoc eſt, rudem, impolitam, informem & obſcu-*

Ordo rerum creatarum.

obſcuram maſſam cœli, terræ, & cæterarum rerum omnium. Secundò *firmamentum, hoc eſt, æthercam regionem & orbes cœleſtes, tanquam tectum ædificij.* Tertiò *terram velut fundamentũ poſuit, & ab aquis ſeparavit, tum herbis, arboribus, plantisq́ fœcundis veſtivit.* Quartò *cœlum expolivit & ornavit luminaribus, hoc eſt, Sole, Luna & Stellis cæteris.* Quintò *piſces & aves produxit.* Sextò *animalia terreſtria, & hominem ipſum, dominum & poſſeſſorem rerum omnium in mundo fabricatarum formavit, eumq́ in Paradiſo collocavit.* Septimò *quievit Deus, ut ſignificaret, hominem eſſe extremum & ſummum opus, quo ipſe delectetur, & in quo acquieſcere velit: tum Sabbatum etiam inſtituit, & ſanctificavit, hoc eſt, uſibus ſanctis & divinis dedicavit.*

De Angelis.

Etſi, quo tempore aut die creati ſint angeli, nuſpiam meminit Moſes: tamen cum lux primo die condita ſit, quando Tempus.

dixit DEVS: *Fiat lux: ratiocinati ſunt orthodoxi patres, eodem die creatos etiam eſſe angelos: quippe qui inter lucidas naturas principem locum obtinent.* Apoſtaſia. *De Apoſtaſia verò malorum angelorum quidam opinati ſunt, non aliam ob cauſam cælo eos deturbatos eſſe, & ex angelis bonis factos ſpiritus immundos, & tenebrarum catenis vinctos, quàm quòd faſtu & ſuperbia immani divinos honores ſibi arrogarunt. Nam Evæ etiam hoc ipſum inſolentiæ atque ſuperbiæ virus afflavit ſerpens, ſive Diabolus, cùm æqualitatem cum Deo ei policitus eſt, ſi fructum prohibitum attingat. Et adhuc non ſolùm in lucis angelum, ſed etiam in numen ſeſe transformat, & adorationem poſtulat. Inde igitur bellum exarſit ἄσπονδον inter filium Dei λόγον, & diabolum, ex quo etiam nomen invenit, ut* diabolus *dicatur, hoc eſt, calumniator, & mendax, item Satanas, id eſt, adverſarius. Complectitur autem hæc ſuperbæ & ſeditioſæ conſpirationis ſocietas*

Digitized by Google

as multa millia angelorum, qui omnes d æternum triſtemq́; ſenſum iræ DEI erferendum relegati ſunt.

De tribus ordinibus à Deo inſtitutis.

In Paradiſo inſtituti ſunt tres ordi-ies ſive gradus: Eccleſiaſticus, Oecono-nicus, & Politicus. Eccleſiaſticus qui-lem, cùm Deus fecit Adamum ſacerdo-em, à quo coleretur, & celebraretur. deò enim condidit hominem ad imagi-iem ſuam, hoc eſt, infudit in mentem jus veram, illuſtrem, & claram agni-ionem DEI conditoris, & in volunta-e cordeq́; juſticiam & ſanctitatem, ut ecundùm hanc lucem ſive normam i-ſe agnoſceretur & celebraretur. Tum egem etiam dedit de vitando fructu li-gni ſcientiæ boni & mali, ut certum o-ous ſive cultum haberet homo, in quo bœdientiam ſuam erga Deum declara-ret. Ita tota doctrina de Deo ſtatim in Pa-

Tres ἱερ-αρχίαι, id eſt, tres ſtatus à Deo ordinati.

Ordo Eccleſiaſticus.

Imago Dei In homine.

in Paradiſo inſtituta eſt, videlicet de tribus perſonis divinitatis, de creatione, de hominis viribus, de lege, de vero Dei cultu, de invocatione Dei, de bonis operibus, de vita & morte, &c.

Oeconomicus. Oeconomicus ordo *inſtitutus eſt, cum conjugium DEVS ſancivit, ut ſociam haberet vir generationis, & adjutricem in variis vitæ officiis atque diſcriminibus. Opera quoque Oeconomica præcepit DEVS, cum in hortum Eden poſuit hominem, ut operaretur & cuſtodiret eum. Lex ſanciti conjugii & inſtitutæ Oeconomiæ eſt:* Erunt duo in carnem unam. *Item:* Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.

Politicus. Politicus ordo *ſancitus eſt, cū mandatum Deus dedit primis parentibus, ut imperarent terræ, & omnibus, quæ in ea ſunt: Subiicite, inquiens, vobis terram, & dominamini piſcibus maris. His enim verbis tradit Deus hominibus integram poteſtatem ordinandi has res corporales, prout ferunt circumſtantiæ.*

De

Digitized by Google

De Lapſu Hominis.

*Lapſus eſt Adamus, ſecundùm Ire-
æum, die ſexto ab orbe condito, quo &
eatus fuit, & poſt annos ter mille non-
ntos ſeptuaginta Meſſias promiſſus,
mo factus, & ætatis ſuæ trigeſimo
arto mortuus eſt: ut amiſſæ & recupe-
tæ ſalutis dies planè & præciſè congru-
t. Ex quo ſanè, quàm brevis fuerit
imorum parentum originalis illa fe-
itas atq; beatitudo in Paradiſo, ac vix
ἡμερ@ ὅλ@, cognoſci poteſt. Ver-
Irenæi libr. 5. ſunt:* Manifeſtum
:, quòd in illa die mortem ſuſti-
it Dominus obœdiens patri, in
a mortuus eſt Adam inobœdi-
s Deo. In qua autē mortuus eſt,
ipſa & manducavit. Hunc itaq;
m recapitulans in ſemetipſum
ominus venit ad paſsionem pri-
antè ſabbatū, quæ eſt ſexta cō-
ionis dies, in qua homo plaſmat9
*, &c. Alij ad ſabbatū referre hoc factū
lunt, quaſi Adamus cum ſua Eva u-*

nam

nam noctem uſq; in ſequentem diem ſabbati in paradiſo fuerit.

PARADISVS.

Paradiſus, *hoc eſt, hortus voluptarius ſive conſeptus & conſitus accuratè in Orientali regione Eden, hoc eſt, in loco amœno & voluptatis pleno collocatus fuit: ubi poſtea ſita fuit Palæſtina ſive terra ſancta. Manſit is ad diluvium uſq; munitus à Deo per cuſtodiam angelorum. In diluvio autem nativam ſuam amœnitatem amiſit, & nunc felicitas paradiſi omnis in cœlum translata eſt, ut non amplius in terris, ſed in cœlo apud Chriſtum univerſa ſalus, iuſticia, beatitudo, vita & læticia quæratur. Conſentaneum eſt, arborem ſcientiæ boni & mali ſtetiſſe in monte Calvariæ, ubi poſtea Chriſtus crucifixus eſt: ut eodem loco expiaretur peccatum, ubi commiſſum eſt primùm. Lapſum ſecuta eſt nuditas, hoc eſt, ſpoliatio ſeu privatio lucis, ſive notitiæ veræ de*

Eden.

Crucifixus eſt Chriſtus, ubi primùm omnium noſtrum parentis cranium jacuit. Theophyl. in cap. 16. Luc.

*æ de DEO, iuſticiæ, dilectionis, obæ-
ientiæ, & vitæ. Hanc texerunt primi
arentes folijs fici, & periZomatibus,
um tunicis pelliceis à DEO ipſo ad illum
ſum paratis atq; conſutis. Vnde adhuc
eſtes tanquam ſigna reatus gerimus,
t, in quantam miſeriam ex tanto di-
nitatis faſtigio deciderimus, recordari
oſſimus. Factumq; eſt, proh dolor, ut
ro vera & nativa Iuſticia externæ
iſciplinæ, cultus qualiſcunque nobis ſit
eliquus. Vt autem lapſus eſt in Para-
iſo Adamus, & mortem pœnamq;
mpiternam ſibi & poſteris accerſivit:
a in eodem reſtitutus eſt, vivificatus,
r in gratiam à DEO receptus, propter
romiſſum Meſſiam, ſive ſemen mulieris
ontriturum caput ſerpentis, hoc eſt,
verſurum potentiam & regnum dia-
oli, reparaturumq; omnia per lapſum
miſſa bona, Iuſticiam, Vitam & ſa-
ıtem. Immò, ut Auguſtinus ait, Chri-
us plus reſtituit nobis in gratia, quàm
erierat in natura. Ita Lex & Evan-
elium in Paradiſo ſunt edita: Lex qui-
dem*

Nuditas poſt lapſum.

Folium fici ſignum diſciplinæ.

Veſtis ſignum reatus & arrha miſericordiæ Dei, nuditatem hominis foris & intus tegẽtis.

Beda: Culpa oculos illorum aperuit, quos innocẽtia clauſit.

Reſtitutio hominis lapſi & damnati in integrum.

Promulgatio Legis & Evangelij in Paradiſo.

Digitized by Google

dem, cũ Deus dixit: *Quocunq; die comederitis de arbore vetita, morte moriemini.* Evangelium verò, cum addidit promiſſionem ſuaviſſimam de ſemine mulieris, quæ eſt fundamentum univerſæ ſalutis noſtræ. Hæc ſunt acta in Paradiſo.

Acta extra Paradiſum.

Locus exilij Adami ſecũdùm Munſterum.

Paradiſo expulſus homo, exul perpetuus cum omnibus ſuis poſteris factus eſt, & vixit in luctu, ſqualore & miſeria, nec ulla re conſolari ſeſe potuit, niſi promiſſione Meſſiæ venturi. Exulavit autem in agro Damaſci, quadraginta milliaribus ab urbe Hieroſolyma. Ibi enim Cainus fratrem occidit.

Cainus natus.

Poſt ejectionem è Paradiſo, natus eſt Adamo & Evæ Cainus, primus homo ex homine, quo recreati mirificè ſunt miſeri parentes, putavitq; adeò Eva, illum eſſe benedictum ſemen, ideoq; ſpendidum nomen ei impoſuit, quod poſſeſſionem Hebræis ſonat: ut ſe jam adeptam eſſe ſignifi-

Digitized by Google

gnificaret promiſſum libertatis autorem, ſcelerumq́ Satanæ vindicem, ſed magno opinionis errore decepta eſt. Non enim ille tantùm erat mulieris ſemen, ſed etiam viri. Factus eſt autem Cainus agricola, eques & politicus egregius, ac potens, ein Weltkind. Post Cainum natus eſt Abel, dictus à vanitate, quaſi abjectus, factus ovium paſtor, ſtudioſus, pius, & ſanctus. Abel, vanitas coram mundo.

Anno mundi ſexageſimo iſtitutum eſt ſacrificium, in quo Cain fructus terræ, Abel verò oves obtulit Domino. Respexit autem Dominus ad ſacrificium Abelis magis quàm ad Caini, icciricò quia in fide Meſſiæ obtulit Abel, Cain verò ut hypocrita. Inde capitali odio exarſit in fratrem Cainus, eumq́ extinctum voluit. Ex quo diſtractio & divulſio extitit, & in duas quaſi familias diſſecta eſt Eccleſia, in veram ſcilicet & falſam. Vera Eccleſia doctrinam à Deo traditam profeſſa eſt: Falſa verò ſive Cainica, judicio & autoritate propria ſibi finxit cultus DEI, & ritus ſanctita- Duplex Eccleſia.

Digitized by Google

tis ſpeciem præ ſe ferentes. Inde nata eſt antithesis & diſſidium perpetuum atq; horrendum inter veram & falſam Eccleſiam, quæ his notis diſcernuntur.

Notæ Eccleſiæ veræ & falſæ.

I. Eccleſia vera profitetur Verbum & cultus à DEO inſtitutos: Falſa autem doctrinam & cultus humana autoritate introductos. II. Eccleſia vera nititur ſolius DEI præſidiô: falſa verò armat ſeſe potentiâ & opibus, graſſaturq; vi atq; tyrannide, quemadmodum Cainus.

Arma gregis domini, verbum, lacrymæq; precesque.

III. Vera Eccleſia, eſt exiguus & deſpectus cœtus in hoc mundo: falſa verò, eſt ampla, ſuperba, & titulis honoribusq; cumulata. IIII. Contrà tamen hoc commodi percipit Eccleſia vera, quòd DEUM habet propitium & benignum, ſicut Abelus vivus & mortuus DEO acceptus eſt: Cainicæ verò Eccleſiæ iraſcitur DEUS, & cultus ejus averſatur. V. Vera Eccleſia ſubjecta eſt cruci, injuriæ & tyrannidi potentum, ſed vincit tamen ſuccumbendo, patiendo & moriendo, ſicut de Abele dicit Dominus: Vox ſangvinis Abelis clamat ad me de terra.

Digitized by Google

terra. Cainica verò in ipſo furore & ſucceſſu rerum animo frangitur, & ſalutis ſpem omnem tandem abijcit, ſicut Cain inquit: Major eſt iniquitas mea, quàm ut remitti poſſit.

De modo, quo ſe Deus primis parentibus patefecit.

Textus diſertè ait: Dominus praecepit Adamo: Dominus adduxit Evam ad Adamum: Dominus vocavit Adamum: Dominus dixit ad Adamum, ad mulierem, ad ſerpentem: Dominus fecit veſtes pelliceas, & induit Adamo & Evæ: Dominus reſpexit ad oblationem Abelis: Dominus dixit ad Cain. Ex quibus manifeſtum eſt, DEUM expreſſo verbo, abſq; figuris & involucris aperuiſſe & patefeciſſe ſeſe primis parentibus. Poſtea ſeſe patefecit vel per miracula, vel per Sacramenta, vel per viſiones Propheticas, vel per ſomnia divina, vel per typos, hoc eſt, imagines divinitùs propoſitas, ut aliam rem ſignificarent. Genuit autem Adam & Eva filios &

Sex modi patefactionis divinæ.

Complures liberi Adami & Evæ.

filias complures, quos Biblia non nominant. Cum enim Cain uxorem habuerit, & metuerit, ne occideretur à quocunque homine ſibi occurrente: certum eſt, complures homines in terra tunc extitiſſe: Quidam nominant Calmanam, Delboram, *ſed qua autoritate neſcio.*

Sangvine fœdatos tinxit Abelus agros.

Circa annum centeſimum, ut ſcribit Epiphanius, occiſus eſt Abel à fratre Caino, in agro Damaſceno, qui nomen inde accepiſſe videtur. Eſt enim Damaſcus *ſangvinis ſuccus. Quæ res quantum mœrorem luctumque miſeris parentibus pepererit, nullius hominis mens cogitando aſſequi, nedum verbis exprimere poteſt.*

Abel protomartyr.

Factus eſt itaque Abel primus martyr, qui ſangvine ſuo veram de DEO doctrinam tanquam ſigillo obſignavit & teſtatus eſt.

Dialogiſmus Caini & Abelis in agro Damaſceno.

Cainus cùm ſat ſciret, ad ſe jus primogenituræ, ordine ætatis ac naturæ à Deo inſtituto, pertinere, magnos ſibi ſpiritus ſumſit, & juſticiam ſibi coram DEO etjam

jam arrogavit, non quidem religione aliqua, aut pietate adverſus DEVM: ſed ut autoritatem & imperium in fratrem & alios omnes pro animi ſui libidine teneret. Occurrebat autem ei, mancum & debilem dominatum ſuum futurum, ſuperſtite Abelo, quem in ſacrificio divinitus ſibi anteferri viderat. Proinde exarſit, non ſolùm occultâ iracundiâ, ſed apertâ etiam æmulatione atq; invidentiâ, eamq́; odij magnitudinem, tàm vultus torvitate, oculis minacibus, & cæteris geſtibus, quàm ſermone ipſo minas & fraudem ſpirante declaravit. Quantò autem is plura miſcebat, potentiæ ſuæ augendæ cupidus, tantò Abelus magis convaleſcebat, gratiam apud DEVM & parentes ſibi concilians. Non tamen palàm agendum cenſuit Cainus, nec apertè dixit, ſe occiſurum Abelum: ſed aſtutè eum adortus eſt, blandis verbis in agrum alliciens. Veni, inquit, rus eamus, ut colloquio nos mutuò oblectemus. Fidem habuit his verbis miſer Abelus, exijt, nihil quidquam mali de fratre

B 3 ſuſpi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſuſpicans. Inter eundam inciderunt in ſermone vario multa, queſtus eſt Cainus, iniquè admodùm comparatum eſſe in mundo, ſe, ſacrificiumq; ſuum contemni à Deo, contrà verò Abelum magnifieri. Vbi, inquit, eſt DEI providentia? ubi judicium? quæ ſpes præmiorum? quis metus ſupplicij eſt reliquus? Hunc impium ſermonem refutavit Abelus: Erras, inquiens, toto cœlo erras, mi frater. Verè DEVS curat nos omnes & ſingulos, probos amat & ornat, improbos verò & hypocritas odit ac perdit: id quod manifeſto exemplo teſtificatus eſt in proximo noſtro ſacrificio. Quòd enim hoſtiam meam benignè accepit, pietatem ſe amare ac remunerare oſtendit. Quod verò tuam deſpexit, hypocriſin ſe deteſtari declaravit. Non enim delectatur apparatu & copia victimarum: ſed animum purum, cultumq; ſincerum requirit. Placere igitur DEO patri miſericordi & benigno ſi vis, pietatem cole, & hypocriſin, fraudemq; declina. Tunc tibi non minùs quàm mihi propi-

tius

tius ille certò eſt futurus. Incenſus hac fraterna admonitione Cainus, non verbis ampliùs, nec ratione fratrem vincere ſtuduit: ſed manus illi nefarias intulit; præſertim cum ad cædem oportuna omnia cerneret, nec hominem ullum, à quo vel ipſe prohiberi, vel frater juvari poſſet, vereretur. Soli enim erant in campo, nec DEVM quidem ipſum ſpectatorem aut vindicem eſſe vel fore unquam Cainus ſibi perſvaſerat. Etſi autem miſer iſte Abelus nihil non tentavit, ut illatam vim, quacunq; ope poſſet, à corpore & vita ſua propulſaret: tamen ex cruentis eius manibus fugæ facultas nulla eſt data. Nihil ei profuerunt lacrymæ, nihil deprecationes, nihil obſecrationes, nihil divini auxilij, in cœlum identidem ſublatis oculis, imploratio, nihil parentum autoritas, nihil parricidij labes ſceleratum Cainum à ſuſcepto facinore deterruit. Succumbere igitur & jugulum præbere immani ſuo fratri tandem coactus primus ſangvine Damaſcenum agrum

perſperſit, factus martyr ante omnes juſtiſſimus & caſtiſſimus. Atq; hactenus quidem cædem tàm nefariam facere viſum fuit Caino facile, qua etiam haud dubiè lætatus eſt primùm, fore deinceps omninò ſperans, ut ſublato fratre, æmulo honoris & potentiæ ſuæ, dominari ſolus in Eccleſia & politia poſſet. At quem exitum tandem habuit? Abſorptus quidem eſt à terra ſangvis Abeli, jacebatq; cadaver ejus in agro, vulneribus plagisq; undiq; confixum ac contuſum. Sed idcircò tamen non ſiluit Abelus, verùm ſangvis ejus mirum quiddam valuit, tantumq; voce contendit, ut Deus exaudierit. Clamavit enim de terra ad Deum, nec deſtitit priusquam Deus juſto ſupplicio tantum ſcelus vindicaret. Veniens igitur ad judicium DEUS, clara voce compellavit parricidam: Ubi, inquiens, eſt frater tuus? Protervè reſpondit Cainus: Non novi, num enim cuſtos fratris mei ſum ego? Sed redarguit eum atq; proſtravit DEI vox, de ſella ac tribunali pronunciata, tanquam fulmen:

Quid

Quid feciſti? inquiens, Vox ſangvinis fratris tui clamat ad me de terra. Mox maledixit ei DEVS, ut pœnas ſceleris atq; conſcientiæ perpetuas ſangvini fratris daret. Ejecit eum à facie terræ, & ſua, ut profugus eſſet in terra, hoc eſt, in perpetua fuga, metu, horrore atque cruciatu conſcientiæ verſaretur: mortem quidem ſemper imminere ſibi exiſtimaret, mori tamen non poſſet. Fuit enim illi vita pro ſupplicio, diuturnitas pro cruciatu. Ita rejectus à DEO fuit, hoc eſt, excommunicatus legitimè & privatus omni uſu atq; ſocietate Eccleſiæ. Ex quo diffidens atq; deſperans ſaluti, furiarum ardentibus tædis agitari cœpit, fremitu, angore conſcientiæ & fraudis per omnem vitam vexatus. Etſi autem filios genuit in terris, urbem condidit, & imperium magnum geſſit: tamen furias, ſceleris vindices, ſemper in animo circumtulit, quæ nunquam eum quieſcere, aut ſpiritum tranquillum atq; ocioſum ducere paſſæ ſunt. Contra verò Abelus, quamvis omnibus terrenis com-

Digitized by Google

modis ſpoliatus fuerit: tamen cum DEO ævum agere cœpit, cæleſtibuſq; bonis frui.

Acta hominum in primo millenario.

Miraris, quid egerit Adamus, & poſteri eius in primo millenario. Certè opera præclara hominum in hoc millenario extiterunt. Fuerunt enim ingenio, ſapientia, viribus & induſtria longè valentiores iſtius millenarij homines, quàm ſequentibus ætatibus. Itaque conſentaneum eſt, eorum opera quoque fuiſſe meliora. Fuerunt autem Adami & poſterorum eius in hoc millenario acta vel opera triplicia, *Eccleſiaſtica, Oeconomica, & Politica.* Eccleſiaſtica opera *fuerunt, explicatio & propagatio doctrinæ veræ de Deo, de cauſſa peccati, de promiſſo Meſſia, de Lege, de operibus Deo placentibus, & toto cultu DEI & amore proximi. Habuit enim abſq; ulla dubitatione Adamus & poſteri ejus Eccleſiam, habuit ſcholam, habuit conventus & conciones, in quibus tradita eſt & inculcata auditoribus vera reli-*

I. Opera Eccleſiaſtica.

Conciones primorum patrum.

religio: poſita ſunt initia doctrinæ artium, Phyſicæ, Aſtronomiæ, Ethicæ, Iuris, Dialecticæ atq; Rhetoricæ. Sedit alicubi infelix & ærumnoſus ille pater inter ſuos filios, filias, nepotes, neptes & proneptes, concionans de ſtatu eo, qui fuit ante lapſum, de horrendo caſu, de ejectione ex Paradiſo, de ira DEI, de promiſsione gratiæ, de obœdientiæ ſtudio erga Deum & homines natu majores. Tum in cœlum juſſit eos attollere oculos, & monſtravit eis motus admirandos ſiderum, expoſuit vices anniverſarias & diurnas Solis, periodosq; Lunæ menſtruas. In elementari verò regione ſeriem & vires ignis, aëris, terræ & aquæ oſtendit. In terra fructuum, herbarum, florum, plantarum, gemmarum, & animantium naturas, uſumq; declaravit. Ioſephus ſcribit, Adamum quoque prædixiſſe duplicem mundi interitum, unum per diluvium, alterum verò per incendium. Fuit ergò Adamus non ſolùm ſacerdos, Propheta & Epiſcopus Eccleſiæ, ſed etiam literarum & artium

Duplex mundi interitus.

artium profeſſor. DEVS bone, quot & quàm præclaræ conciones tunc habitæ ſunt? Λόγος ipſe, orator cœleſtis, filius DEI, ſua voce præivit, & conciones vivas, ferventes & ſpiritu plenas habuit. Ejus exemplum atq; autoritatem ſecutus Adamus cum poſteris ad eundem modum ſuos conventus habuit, & doctrinam filij DEI non ſolùm repetivit, ſed etiam dilatavit & inculcavit ſuis liberis atq; nepotibus; præſertim in ſacrificijs, ad quæ concurſus magnus eſt factus. Quarum quidem concionum imaginem fingere animis poſſumus, verbis verò exprimere non valemus. *In Philoſophia autem artifex fuit, qui literas arteſq; non ſolùm invenit, ſed etiam illuſtravit & propagavit; ut parens diſciplinarum jure omni habeatur.*

2. Oeconomica opera.

Oeconomica opera *fuerunt, generatio & educatio ſobolis, adminiſtratio familiæ, cultus agrorum, hortorumq;, plantatio arborum, cura pecoris, & cæterarum rerum ad uſum vitæ pertinentium. Nam & opificia & mechanicæ*

artes

Digitized by Google

artes tunc excogitatæ ſunt, conditæ ſunt domicilia, repertæ ſunt varia inſtrumenta, effoſſa eſt terra, & ex viſceribus ejus erutum aurum, argentum, & reliqua metalla.

Apparet autem, primos parentes in educatione primorum liberorum, non admodum ſeveros fuiſſe. Imprimis verò Eva Caini amore & ſpe cæca videtur delicatè eum tractâſſe, Abelem verò minùs curaſſe. Id enim utriusq; nomina indicant, Caini quidem, ſpecioſum & magnificum; Abelis verò vile, vanum & abjectum. Iccircò deſpectus à mundo Abel maturè in cælum ad gloriam migravit. Caimus verò luctu ingenti parentes ſuos affecit.

Etſi autem propter hominum paucitatem in primo mundi tempore etiam urbes fuerunt rariores: tamen Politicus ordo ſervatus, & moribus inſtitutisq; firmatus fuit. Primùm enim natura affert, ut congregari homines in civitatibus cupiant, & cætus ſocietatemq; appetant. Secundò ipſa etiam exigit ne- 3. Politica.

ceſſi-

ceſſitas, ut multi ſeſe conjungant propter uſus vitæ, ad quos alteri ab altero ſemper opus eſt aliquid. Tertiò opus fuit civili ſocietate ad propulſandam vim à corpore, à fortunis, à vita.

Forma imperij politici in primo millenario.

Quæ verò fuit forma imperij Politici? Valuit primô mundi tempore autoritas paterna, ut ſeniori patri ultrò parerent cæteri in familia usq; ad Nimrodum. Nam ſeniorum vox, autoritas, & vita lex fuit viva, & regula vivendi minoribus. Quanta autem ſeveritate in facinoroſos animadverſum ſit, literis non eſt expreſſum. Lactantius quidem opinatur, exilium fuiſſe ſummam pœnam cædis. Sic enim ſcribit: Exulibus aquâ & igni interdicebatur, cum adhuc nefas videbatur, homines, quantumvis malos, ſupplicio capitis afficere. Inde exilium, & carcer etiam Romani civis maxima pœna fuit.

Bella etiam absq; ulla dubitatione in hoc millenario geſta ſunt. Fuit enim perpetuum odium atque diſſidium inter ve-

ram

Digitized by Google

vam Eccleſiam & Cainicam, nec abſq; certaminibus, inſectationibus, & dimicationibus vivere piorum cœtus potuit. Habita quoq; ſunt, ut nonnullis placet, iudicia, & datæ actiones de cæde, de furto, rapinis, fraude, injuria, & ritus quidam fuerunt contractuum, matrimonij, non tamen ſcripti aut literis proditi, ſed memoriæ potius mentibusq; mandati, & ab alijs ad alios propagati. Iudicia.

Deniq; cum juxta Eccleſiaſten nihil novi ſub Sole geratur, ſed eadem ſemper in mundo agantur & fiant: non dubium eſt, opera, ſtudia, & actiones hominum in primo millenario nihil aut parùm à ſequentium ætatum & temporum moribus, inſtitutis, & actionibus diſcrepaſſe. Eſt n. natura ſui ſemper ſimilis, & ad eadem inclinata ruit, nec aureum ſeculum ullum in mundo fingendum eſt: cum nulla ætas non ſua habuerit incommoda, calamitates, & vitia, eaq; non exigua, ſed ingentia & deterrima: ut, ſi optio daretur, haud ſcias, hócne ſeculo vivere, an patrũ tempore antè diluvium vixiſſe malis. Eccleſ. cap. 1. In mundo ſemper eadẽ aguntur.

Vt

Digitized by Google

Alia Eccleſia & Politia Caini.

Vt autem alia Caini Eccleſia: ſic etiam alia ejuſdem Politia ſeu Reſpubl. fuit. Piorum quidem, qui Adamum ſecuti ſunt, Politia diſciplinæ, juris, legum, & pacis cuſtos fuit: Cainica verò factio, injuriâ, ſcelere, fraude, rapinis, tyrannide, cæde, diſcordiâ, & bello delectata & paſta eſt. Poſtquam enim Cainus à DEO maledictus, & à patre excommunicatus fuit, egreſſus eſt à facie Domini, hoc eſt, diſceſſit ab Eccleſia patris, & regnum peculiare condidit, quod opibus, potentiaq́ muniuit, & religionem novam inſtituit, factus Turca & Antichriſtus primus in mundo. Hinc duo regna extiterunt in mundo: Vnum ſanctorum Patrum, alterum Cainicum uſq́ ad diluvium. Cainicum fuit amplum, copioſum, & acceſſionibus ſubinde eſt auctum. Nam etiam de Eccleſia vera multi florente Cainici regni fortunâ permoti, à pijs ad impios defecerunt, & ex filijs DEI facti ſunt filij hominum.

FAMI.

FAMILIA SANctorum patrum.

IN *Eccleſia ſanctorum Patrum, natus eſt* Sethus, *anno mundi 130. ex patre Adamo. Eſt autem* Seth *idem quod poſitus ſeu confirmatus. Fuit enim quaſi quoddam fundamentum Eccleſiæ, & promiſſionis de ſemine mulieris: eſtq́ alter Abelus, id eſt, loco Abeli, DEVM & parentes rectè coluit. Etſi autem Adamus multos alios liberos genuit: tamen ſolus Sethus nominatur poſt Abelem & Cainum, quod is ſolus doctrinæ veræ profeſſor, & Eccleſiæ lumen fuerit.*

Georgius Cedrenus ſcribit, ſicut & Ioſephus, hunc Sethum impoſuiſſe nomina ſeptem ſtellis errantibus, & motus ſive converſiones corporum cæleſtium duabus columnis inſcripſiſſe, quarum una lapidea fuerit, ne ab aquis corrumpi, altera latericia, ne ab igne conſumi poſſet. Ex quo apparet, eum ex avi Adami vaticinio quodam, de duplici interitu mundi edoctum fuiſſe, uno per aquam, Ioſeph. lib. 1. cap. 4. antiquit.

altero per ignem. Conſcripſit etiam primus Hebraicas literas. Joſephus in ſuis antiquitatibus ſcribit, lapideam columnam ſua ætate adhuc reliquam fuiſſe: quæ anténe vel poſt diluvium poſita ſit, dubitari non immeritò poteſt.

Homerus: Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Anno mundi 235. natus eſt ex Setho Enos, id eſt, homo, vel ærumnoſus: nihil enim ærumnoſius eſt homine. Indicat nomen, incidiſſe ætatem Enos in ea tempora, quibus Eccleſiæ ſtatus fuit ærumnoſus atq; afflictus. Eſtq; tertius ab Adamo. Hic cœpit prædicare nomen Domini, id eſt, inſtauravit miniſterium Eccleſiæ, doctrinamq; à Deo traditam profeſſus eſt; & fideliter propagavit. Cumq; dicat ſcriptura, cœpiſſe eum prædicare: intelligendum eſt, obſcuratam penè fuiſſe doctrinam & veros cultus DEI Cainitarum Idololatriâ atq; tyrannide antè hunc Enos, ut inſtauratione ſeu reformatione opus fuerit. Deſinamus igitur mirari, in hac noſtra ætate delira aliàs plus, aliàs minus eſſe lucis veræ de DEO doctrinæ in Eccleſia.

Ex

Ex Enos natus eſt Kenan, *id eſt, poſſeſſor, anno mundi 325. eſtq́ hic quartus ab Adamo.*

Ex Kenan natus eſt Mahalaleel, *id eſt, ſedulò laudans Deum, anno mundi 395. Hic quintus eſt ab Adamo, veræ Eccleſiæ doctor ſeu gubernator.*

Ex Mahalaleel natus eſt Jared, *id eſt, dominator, anno mundi 460. Hic eſt ſextus ab Adamo, veræ Eccleſiæ lumen ſive Epiſcopus.*

Ex Jared natus eſt Enochus, *id eſt, dedicatus, vel conſecratus Deo, anno mundi 622. Eſtq́ ſeptimus ab Adamo. Fuit autem Propheta, & doctor Eccleſiæ ſincerus, fidelis & conſtans, qui promiſſionem Meſſiæ, veroſq́ cultus DEI propagavit, & à labe, furore & fraude Cainicæ multitudinis defendit. Id enim ſignificat elogium, quod de eo recitat Moſes: Ambulavit cum Deo: quod eſt, vitam coluit cum vera pietate & ſanctitate, abſtrahens ſe à ſocietate & contagione corporis, & mundi illecebras, voluptateſq́ deditâ operâ vitans.*

Enoch Clericus, Ein Gottesmañ

Conciones eius fuerunt ardentes & plenæ conſolationis atq; terroris. Quò enim propius abfuit pœna, eò majores turbæ atq; confuſiones extiterunt, ut terrorem injicere impijs, confirmare verò verbis piorum animos oportuerit.

Ex Enoch natus eſt Mathuſalem, *id eſt, poſtulans ſeu optans mortem. Hic inter omnes mortales longiſsimè vixit, nempè annos nongentos, ſexaginta novem.*

Ex Mathuſalem natus eſt Lamech, *id eſt, ad paupertatem redactus, anno mundi 874. Fuitq; hic quoq; pius & ſalutaris doctor Eccleſiæ.*

Anno mundi 930. mortuus eſt Adamus.

Enochi vaticinium.

Prophetia Enochi, cujus partem recitat Iudas in ſua Epiſtola, nota fuit toti Eccleſiæ. Complexa eſt enim abſq; dubio præcipua doctrinæ de DEO *capita, de Meſsia, de beneficijs eius, de extremo judicio, de pœnis impiorum, & præmijs piorum, ac de futuris mutationibus generis humani. Hic Enochus poſtremus fuit*

rector,

rector, & quaſi terminus millenarij primi. Nam anno mundi 987. non quidem mortuus, ſed vivens à cœtu ſanctorum patrum in cœlum tranſlatus eſt, ut ſolatio eſſet pijs, & terrori impijs. Pios enim confirmabat illud divinum ſpectaculum in fide Meſsiæ, & ſpe vitæ æternæ: impios verò terrebat, ut metu judicij Dei & æternarum pœnarum ad pœnitentiam invitarentur. Teſtatus eſt certè Deus hac tranſlatione, verè ſibi curæ eſſe pios, ſeq́ue eos certò tandem recepturum eſſe in cœleſtem conſvetudinem, impios verò abjecturum in æternos cruciatus.

Regnum & familia Caini, florens quidem in mundo, ſed præceps ad pœnam & exitium, nulla temporum aut annorum diſtinctione, aut enumeratione notabilis.

Hanoch, *Filius Caini, à quo urbs magna Hanoch, metropolis ſeu arx regni Cainici, appellata eſt, nomine admodum ſpecioſo, quaſi Deo conſecrata, ut ſolet Satanas & omnes hypocritæ ſpeci-*

em & autoritatem lucidorum angelorum ementiri, aut præ ſe ferre. Sita fuit eo in loco, ubi poſt diluvium Babylon condita eſt, milliaribus centum ſeptuaginta ab Hieroſolyma. Sunt qui opinantur, Cainum primam ſedem rerum ac fortunarum ſuarum collocaſſe in radicibus montis Libani cis Palæſtinam.

IRAD.

MAHVIAEL.

METHVSAEL.

LAMECH, autor polygamiæ in mundo, homo profanus, ſuperbus, & ἄστοργος, qui gloriatus eſt de cæde gemina à ſe facta, viri ſcilicet & adoleſcentis, qui haud dubiè Prophetæ fuerunt, quorum caſtigationes impij ferre non poſſunt: Argumento Sophiſtico uſus eſt:

Mors Caini, qui unicum hominem occidit, ſepties vindicabitur:

Ergò, Si quis me occiderit, qui duos interfeci, ſeptuagies ſepties, hoc eſt, multò atrocius punietur.

R. Benè quidem currit, ſed extra viam,

am, hoc eſt, verbum Dei. Non enim promiſerat Deus, ſe cædem Caini inultam relicturum eſſe.

Jubal, *inſtrumentorum Muſicorum inventor, ex quo jubilándi verbum promanavit. Hic latinè buccinator dicitur.*

Jabal, *Nomadum autor, id eſt, pecuariorum, vel artis paſtoritiæ magiſter,* Viehändeler.

Tubal Cain, *terrenus poſſeſſor, ſeu Vulcanus, magiſter æris, ſive metallorum,* Bergmeiſter. *Nam ferri ærisq; uſum monſtravit. Sic enim* Diodorus *ait:* Vulcanus ferri, æris, auri, argenti, omniumq; , quæ igne fabricantur, artem invenit, eamq; cæteros docuit. *Unde nomen* Vulcani *factum eſſe, planè non eſt dubiũ. Nam & is magiſter ignis &* Jovis *faber creditus eſt. Cui conſentit etiam græca vox* ἥφαιστος, *quæ abſq; dubio eſt ex Hebræo* Eſch, *quo* ignis *ſignificatur. Ex quo etiam eſt* Eſiæ Veſta *nominata, quæ Dei ignem, vel ſacrum ignem denotat. Eſtq; cælo dejectus à* Jove *in terram, id eſt, ex cæ-*

tu ſive conſortio veræ Eccleſiæ ad terrenum ſive metallicum artificium detruſus. Et quidem claudus, ut ſignum apoſtaſiæ perpetuum circumferret. Hi duces fuerunt in regno Caini, de quorum rebus geſtis nihil præterea literis eſt proditum.

Si Cedreno credimus, Cainus anno mundi 931. proximo ſcilicet ab Adami morte, ædium ruinâ perijt. Alij à Lamecho quinto nepote ipſius interfectum eſſe opinantur, propter verba Lamechi, Gen. 4. Occidi virum in vulnus meum.

Primus millenarius tragœdię ſimilis.

Finis primi millenarij, qui initijs quidem cœpit admodum lætis & bonis, ſed exitum habuit triſtem & lamentabilem. Mortui enim patres ſancti plerique, & in cœleſtem conſvetudinem receptus Enochus, reliquerunt poſt ſe Eccleſiam tenuem, afflictam & inopem, ſed ſperantem tamen in nomine Domini. Sed nondum, inquis, completus eſt primus millenarius in tranſlatione Enochi. Deſunt enim anni tredecim à mille annis. R. Quicquid deeſt, deeſt propter peccatum,

Digitized by Google

cujus cauſſa DEVS & natura to- finem quadam feſtinatione appro- t.

igna eſt etiam conſideratione lon- itas patrum in primo mundo uſq; luvium. Nam Adamus vixit cum poſteris ſuis aliquot ſeculis, cum , Enos, Kenan, Mahalaleel, Iared, ioch, Mathuſalem, Lamech. Cau- utem, cur tàm longa vitæ curricula EVS hiſce patribus conceſſerit, tres t. Prima, ut doctrinam veram de EO & artibus bonis longo uſu, experi- tiaq; cognitam ac probatam viva vo- propagarent, & poſteris inculcarent. ecunda, ut tanquam in acie ſtantes rpentis dolos, inſidias & ſarcaſmos re- ellerent. Tertia, ut vivum teſtimoni- m dicerent providentiæ DEI, præmia & longa vitæ ſpacia tribuentis homini- bus pijs in hac & futura vita. De impijs enim hypocritis & tyrannis in Caini re- gno nihil reperitur in ſcriptura, quòd tàm diu vixerint.

Longævitas patrum in primo mundo.

Adami juventa eſt noſtra ſenecta.

(Rex Midas aliquãdo in venatione cœpit Sil-

Plut. in com.

ſolutione ad Apollonium.

Silenum, qui qualis fuerit, non ſatis conſtat. Putavit autem Midas, ſe ex eo cogniturum eſſe multa nova & mirabilia. Itaq; eum interrogari juſſit, *Quidnam optimum eſſet in hac mortali vita?* Ad hoc ille nihil primùm reſpondere voluit, ſed in triſtitia quadam tacitus permanſit. Poſtea cùm vis ei adhiberetur, reſpondit: ***Primum quidem & omnium optimum eſt, hominem non naſci: ſecundum autem, hominem quàm celerrimè extingui.*** Eſtne pia hæc oratio Sileni? Minimè. Non enim ab homine, ſed à Diabolo profecta eſt. Etſi enim miſera & ærumnoſa eſt hæc vita: tamen expedit etiam diutiùs vivere propter tres cauſſas, quas expoſuimus. Quod ſi vel non natus eſſet, vel è vita mox evocatus Plato, Ariſtoteles, Cicero, non Philoſophia, non eloquentia, ita explicata eſſet. In Eccleſia niſi Deus uſuram lucis tam diuturnam Patriarchis, Prophetis, doctoribus dediſſet, non propagare doctrinam religionis & literarum, nec Satanæ, miniſtrorumq; ejus in mundo fraudes, inſidias & conatus nefarios reprimere potuiſſent.)

Victus ante diluvium.

Victus hominis initiò fuit ſimplex admodum, ex herbis, radicibus & arborum fru-

us, uſq; ad diluvium, unde etiam ſura diuturnior ei contigit.

φαλαίωσις, vel ſummaria repetitio primi millenarij.

Creatio rerum. II. Inſtitutio cultus & ordinis Oeconomici atq; Politici. miliaris Dei cum hominib. congreſ- V. Lapſus & pœna eius. V. Promiſ- vangelij. VI. Diſciplina. VII. Sacri- m. VIII. *Patefactiones Dei.* IX. *Ca- Abeli.* X. *Maledictio Caini.* XI. *Di- ſio Eccleſiæ.* XII. *Series doctorum in leſia vera.* XIII. *Propagatio generis mani.* XIV. *Longævitas patrum ſancto- rum.*

ECVNDVS MILLENARIUS.

Ecundi millenarij gubernator ſive Episcopus eſt Noah *cum poſteris ſuis. Eſt autem natus Noah, qui Latinè eſt uies, ſeu conſolatio, anno mundi milleſimo, quinquageſimo ſexto, ex patre Lamecho, uno de familia patrum ſanctorum. Vxorem habuit nomine* Tyteam, *ſecundū Beroſum, vel* Sibyllam, *ut alij vocāt.* (Sibylla eſt idem quod *Muſa*. Ut n. Poëtæ

Noami nomen, familia, & uxor.

fingũt Muſas ex cerebro Jovis eſſe natas; Ita Sibylla nihil aliud eſt. quàm Jovis cõſiliũ vel Jovis ſapiẽtia, διὸς βυλὴ, ein flüges Weib. Poëtę fortaſſe, cũ de Muſis tam multa finxerũt, ad hãc Sibyllã reſpexerũt. *Sed cur Poëtæ artes nõ virili, ſed muliebri nomine appellarunt?* Hîc duas cauſſas tenete. Prima: quia crediderunt Poëtæ, Sibyllas, quarum multæ olim erant, eſſe autores ſapientiæ & doctrinæ divinę & humanę. Et eſt certę magna ſapientia comprehenſa in carminib. Sibyllarum, quæ extant. Secunda, ut incenderẽtur ad ſtudia artiũ adoleſcentes, amorę caſtarum puellarũ.)

Profeſſio. *Fuit octavus præco Iuſticiæ, 2. Pet. 2. quia octavus fuit ab Adamo, doctor & Epiſcopus Eccleſiæ pius, ſedulus, & ſalutaris.*

Noamus præco venturi diluvij, quemadmodum Lothus conflagrationis futuræ Sodomitarum, Moſes & Aaron interitus Pharaonis & Ægyptiorum, quia DEus impendentib. pœnis plerunq; lucem, vates, præconesq; præmittit.

Filij Dei. *Per idem tempus crevit malitia & libido Cainitarum adeò, ut accedere ad illius magnitudinẽ nihil poſſet, & quod dolentiùs deplorandum eſt, etiam filij Dei,* hoc

, *Patriarcharum filij, qui membra es veræ Eccleſiæ haberi volebant, iliabus hominum, quæ erant ex poſte Caini, libidine nefaria commixt. Ex quorum concubitu nati ſunt* antes *in terra, homines potentia & us quidem valentes, ſed omni DEI, pudore, & juſticia vacantes. Hi eſ ſunt, quos Poetæ ſuis carminibus cerunt, quaſi congeſtis montibus cœlo m inferre, & Deum deturbare conant. Quales poſtea etiam omnibus penè lis, ſed rari, fuerunt reliqui, ut Goliad, im. 17. Og, rex Baſan, Ioſuæ 12. Item, ndis ille vir habens ſenos digitos in gulis manibus, & totidem in pedibus, 'ar. 21. Dicti autem ſunt Gigantes non n à corporis vaſta magnitudine, quàm norum immanitate. Fuerunt enim cōmtores pietatis & juris, omniaq; per im & tyrannidem egerunt, & quibus alentiores fuerunt, eos oppreſſos tenueunt. Inde Moſes vocat* Nephilim, *qua: oppreſſores, quòd, velut tyranni, in ineriores irruerunt, eoſq; oppreſſerunt.* Gigantes.

Ex

(Ex tali concubitu filiorum Dei cum filiabus hominum, nata eſt ſine dubio fabula de **Ixione**, qui beatas nuptias Junonis appetivit, ſed cum nube caliginoſa coivit. Unde Centauri deformes & prodigioſi ſunt procreati.)

Hæc horrenda confuſio ſanctorum & impiorū mirè afflixit Eccleſiam veram, & piorum patrum familiam ad paucos admodum deduxit. Quò enim impiorū cœtus magis eſt auctus, eò piorum Eccleſia indies minor eſt facta. Hinc ærumnoſum planè & laborioſum fuit Noami curriculum: utpote quem oportuit cum eiuſmodi audacibus & nefarijs belluis conflictari, earumq́ faſtum & ſuperbiam arguere, impietatem taxare, libidinem reprehendere, & vitia alia atrociſſima damnare.

Aerumnoſum curriculum Noami.

Anno mundi 1536. admonitus eſt Noamus à DEO, vel ut Epiſtola ad Hebræos ait, oraculô, de venturo diluvio poſt annos centum viginti, & de apparatione navis. Tot enim annos dedit Deus ad agendam pœnitentiam. Vt autem hoc poſtremo mundi tempore ignea ſigna

Divina prædictio diluvij.

Signa diluvij venturi.

in

in aëre & æthere multa conflagrationem mundi antecedunt: Sic veriſimile eſt, Noami diebus varia ſigna aquea paſſim in cælo comparuiſſe, & diluvium propediem ſecuturam denunciaſſe. Sed nihil ea mundum impium moverunt. Itaq; acrem & vigilantem ſeſe in mandati officij munere præſtitit Noamus, & nūc voce grandiore, plenioreq; nūc ad miſerabilem ſonum inflexa uſus eſt. Nec curam, laborem, & peregrinationem ullam prætermiſit, ſed regiones, provincias, oppida, quotquot potuit, totis annis 120. obijt, maturè occurrendum eſſe exardeſcenti iræ Dei, & impendenti pœnæ clamitans.

Filij Noami tres.

Filij Noami fuerunt. 1. Japheth, *Latinè dilatatio, vel Auguſtus,* Mehrer des Reichs / *at nunc* καταχρηστικῶς *loquimur. Natus anno mundi milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto.* 2. Sem, *Græcè* ὀνομαστὸς, *celebris, Germanicè* Namhafftig. *Natus anno mundi milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo nono. Quòd verò Semus* Japheto *præfertur, fit honoris cauſſa, quod ex ipſius ſtirpe naſciturus erat Meſſias.*

III. Cham.

III. Cham, *id eſt, ardens,* Brunſtig/*anno mundi 1562.*

Mandatum Dei de ingreſſu in arcam.

Anno mundi 1657. cum nulla documenta pœnitentiæ elucerent, nec emendationis ſpes ulla eſſet reliqua, exequi DEVS pœnam, quam minatus erat, voluit. Itaq; juſſit Noamum cum ſua uxore, tribus filijs, eorumq; uxoribus arcam ingredi, & mox clauſis foribus, immenſa aquæ moles accumulata eſt, & horrendo impetu, terribiliq; fragore flumina terram totam obruerunt, ut homines, jumentaq; omnia perirent. Nonnulli ſcriptores Ethnici vocant diluvium novimeſtre Ogygis, *quaſi novem mẽſes durâvit. Ôgygem verò appellant Noamum, neſcio unde.*

Frequentia hominum tẽpore diluvij.

Frequens certè tunc fuit mundus non minus fortè quàm ullo alio ſeculo. Nam celeriter propagata & aucta eſt gens humana per polygamiam, luxum & ardentem libidinem, de qua Chriſtus Matthæi 24. ait: Edebant & bibebant, contrahebant matrimonium, & nuptum dabant.

Digitized by Google

dabant. Tum Zizania ſemper copioſiùs creſcunt, quàm triticum.

Beroſus lib. 1. de temporibus ante primum diluvium: Scribunt, illis temporibus circa Libanum fuiſſe Enos urbem maximam Gigantum, qui univerſo orbi dominabantur, ab occaſu Solis ad ortum. Hi vaſtitate corporis ac robore confiſi inventis armis, omnes opprimebant, libidiniq́ue inſervientes, invenerunt papiliones & inſtrumenta muſica, & omnes delicias. Manducabant homines & procurabant abortus, in eduliumq́ue præparabant, & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, brutis, & nihil erat ſceleris quod non admitterent, contemtores religionis & deorum.

De diſcrepantia ſupputationis annorum mundi usq; ad diluvium.

Hebræi numerant annos mille, ſexcentos quinquaginta ſex à mundi initio ad diluvium. Græci verò interpretes bis mille, trecentos, ſexaginta duos. Vtra

D nume-

numeratio eſt verior? Nos Hebræorum computationem meritò ſequimur, quia conſentit cum fontibus, hoc eſt, cum lingua ſancta & nativa. Quod autem in Græca verſione plures anni numerantur, factum eſt errore quodam, orto ex mala numerorũ collocatione in Græca verſione cap. 5. & 11. Geneſ.

Auguſtinus: Rerum geſtarum fides ab ea lingva petenda eſt, ex qua interpretatum eſt, quod habemus.

DESIGNATIO hiſtoriæ diluvij.

TAnta eſt iræ Dei magnitudo in diluvio in gentem humanam effuſæ, ut eam nullius noſtrum mens cogitando aſſequi, nedum verbis enarrare poſſit. Cæteræ enim clades humani generis, ut ſunt conflagratio & deletio Sodomorum, excidium regni Judaici & Iſraëlitici, exundatio maris Ægæi in terram Atticam, diluvium Deucalionis, & ſi quæ ſunt generis eiuſdem: particulares fuerunt, & aliquos tantùm, non omnes attigerunt. At hoc diluviũ univerſale eſt, quod totum terrarũ orbem complexũm eſt & obruit. Quamobrẽ animis attẽtis à nobis omnib. eſt meditan-

ditanda diluvij hiſtoria, ut excitet in nobis metum iræ divinæ, & ad vitæ morumq́ emendationem nos invitet. Res autem hoc modo acta eſt: Duæ erant in terris ſectæ ſive familiæ diſpares prorſus inter ſe & contrariæ: Vna filiorum Dei, in Eccleſia vera: Altera filiorum hominum, id eſt, impiorum Cainitarum, in Eccleſia falſa ſive hypocritica, quæ religionem & cultum Dei peculiarem horribili audacia, Satanæ impulſu, commenta erat & profitebatur, perinde ac hodiè Turcica gens, relicto Dei verbo, doctrinam rationi humanæ convenientem ſectatur, & Chriſtianam religionem odit, & contumelia afficit. Creſcebat autem indies potentia & furor Cainitarum: Contrà verò imminuebatur cœtus piorum: præſertim mortuis jam Patribus ſanctis, qui acerrimum certamen cum Cainica Eccleſia ſuſtinuerant, & pro vero Dei cultu propugnaverant. Etſi autem intoleranda fuit Cainicæ ſectæ impietas, libido, petulantia & audacia: tamen intolera-

Duæ Eccleſiæ diſcrepātes ante diluvium.

bilius multò fuit, quòd de Eccleſia vera adeò multi ſeſe cum Cainitis conjunxerunt, & impiam eorum religionem, florentemq́; fortunam potiùs quàm ſanctũ DEI verbum, & luctuoſum Eccleſiæ veræ ſtatum ſequi voluerunt. Id demum graviſsimè omnium offendit Deum, &, ut de everſione gentis humanæ cogitaret, impulit. Vt enim paterfamilias liberorum ſuorum, quàm ſervorum atrocibus delictis graviùs afficitur: Sic Deum vehementiùs commovit filiorum ſuorum ſive ſanctorum hominum ad impios defectio, quàm ipſorum impiorum malitia. Non igitur continere ſeſe potuit Dominus, quin juſta incenſus ira, de vindicta talium portentorum conſilium iniret. Verè enim portenta ſunt, quicunq; ex filijs Dei fiunt filij hominum, Deum & cultum eius deſerunt, & diaboli ductum ſequuntur. Quod nihil aliud eſt, quàm ex ſinu DEI in fauces Diaboli & inferni barathrum ſeſe præcipitare. Iudæorum cæca pertinacia & furor hodiè ingens eſt, & irritat vehementer

Cauſæ diluvij.

Digitized by Google

mentur DEVM: Mahometica impietas adverſus Dei filium, horrendum quidem ſcelus eſt: Idolomania Papiſtica indies iram Dei acuit: Improbitas, fraus, & profana ſecuritas mundi magnoperè quidem Deum offendit: Sed magis tamē irritat Deum, & pœnam accelerat, quòd filij Dei, vel ut Chriſtus vocat, filij lucis, agnitam veritatem & profeſſionem repurgatæ doctrinæ vel negligunt, vel abjiciunt, & cum mundo impio colludunt, factaq́ eius improba ſectantur. Hinc eſt querela illa Dei apud Prophetam plena paterniorum affectuum: Filios educavi & exaltavi: ipſi verò iniquè egerunt contrà me. De hac tetra commixtione ſeu confuſione ſanctorum cum profanis, piorum cum impijs, Moſes ait: Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores. Fuit igitur hæc prima cauſſa, quæ impulit Deum, ut diluvio perderet genus humanum, quòd filij ſanctorum patrum, qui erant veræ Eccleſiæ membra, & hæredes promiſſionis, pluris fece-

1. Cauſſa. Confuſio libidinum & conjunctio piorum cum impijs.

fingũt Muſas ex cerebro Jovis eſſe natas: Ita Sibylla nihil aliud eſt. quàm Jovis cõſiliũ vel Jovis ſapiẽtia, διὸς βουλή, ein kluges Weib. Poëtę fortaſſe, cũ de Muſis tam multa finxerũt, ad hãc Sibyllá reſpexerũt. *Sed cur Poëtæ artes nõ virili, ſed muliebri nomine appellarunt?* Hìc duas cauſſas tenete. Prima: quia crediderunt Poëtæ, Sibyllas, quarum multæ olim erant, eſſe autores ſapientiæ & doctrinæ divinę & humanę. Et eſt certè magna ſapientia comprehenſa in carminib. Sibyllarum, quæ extant. Secunda, ut incenderẽtur ad ſtudia artiũ adoleſcentes, amorę caſtarum puellarũ.)

Profeſſio. *Fuit octavus præco Iuſticiæ, 2. Pet. 2. quia octavus fuit ab Adamo, doctor & Epiſcopus Eccleſiæ pius, ſedulus, & ſalutaris.*

Noamus præco venturi diluvij, quemadmodum Lothus conflagrationis futuræ Sodomitarum, Moſes & Aaron interitus Pharaonis & Ægyptiorum, quia DEus impendentib. pœnis plerunq; lucem, vates, præconesq; præmittit.

Filij Dei. *Per idem tempus crevit malitia & libido Cainitarum adeò, ut accedere ad illius magnitudinẽ nihil poſſet, & quod dolentius deplorandum eſt, etiam filij Dei,*

hoc

hoc eſt, Patriarcharum filij, qui membra & cives veræ Eccleſiæ haberi volebant, tum filiabus hominum, quæ erant ex poſteritate Caini, libidine nefaria commixti ſunt. Ex quorum concubitu nati ſunt Gigantes *in terra, homines potentia & viribus quidem valentes, ſed omni* DEI *cultu, pudore, & juſticia vacantes. Hi enim ſunt, quos Poetæ ſuis carminibus celebrarunt, quaſi congeſtis montibus cœlo bellum inferre, & Deum deturbare conati ſint. Quales poſtea etiam omnibus penè ſeculis, ſed rari, fuerunt reliqui, ut Goliad, 1. Sam. 17. Og, rex Baſan, Ioſuæ 12. Item, grandis ille vir habens ſenos digitos in ſingulis manibus, & totidem in pedibus, 1. Par. 21. Dicti autem ſunt Gigantes non tàm à corporis vaſta magnitudine, quàm à morum immanitate. Fuerunt enim cõtemtores pietatis & juris, omniaq́ per vim & tyrannidem egerunt, & quibus valentiores fuerunt, eos oppreſſos tenuerunt. Inde Moſes vocat* Nephilim, *quaſi oppreſſores, quòd, velut tyranni, in inferiores irruerunt, eoſq́ oppreſſerunt.* Gigantes.

Ex

(Ex tali concubitu filiorum Dei cum filiabus hominum, nata eſt ſine dubio fabula de *Ixione*, qui beatas nuptias Junonis appetivit, ſed cum nube caliginoſa coivit. Unde Centauri deformes & prodigioſi ſunt procreati.)

Hæc horrenda confuſio ſanctorum & impiorũ mirè afflixit Eccleſiam veram, & piorum patrum familiam ad paucos admodum deduxit. Quò enim impiorũ cœtus magis eſt auctus, eò piorum Eccleſia indies minor eſt facta. Hinc ærumnoſum planè & laborioſum fuit Noami curriculum: utpote quem oportuit cum eiuſmodi audacibus & nefarijs belluis conflictari, earumq́ faſtum & ſuperbiam arguere, impietatem taxare, libidinem reprehendere, & vitia alia atrociſſima damnare.

Aerumnoſum curriculum Noami.

Anno mundi 1536. admonitus eſt Noamus à DEO, vel ut Epiſtola ad Hebræos ait, oraculô, de venturo diluvio poſt annos centum viginti, & de apparatione navis. Tot enim annos dedit Deus ad agendam pœnitentiam. Vt autem hoc poſtremo mundi tempore ignea ſigna

Divina prædictio diluvij.

Signa diluvij venturi.

in

in aëre & æthere multa conflagrationem mundi antecedunt: Sic veriſimile eſt, Noami diebus varia ſigna aquea paſsim in cælo comparuiſſe, & diluvium propediem ſecuturam denunciaſſe. Sed nihil ea mundum impium moverunt. Itaq; acrem & vigilantem ſeſe in mandati officij munere præſtitit Noamus, & nūc voce grandiore, plenioreq́ꝫ, nūc ad miſerabilem ſonum inflexa uſus eſt. Nec curam, laborem, & peregrinationem ullam prætermiſit, ſed regiones, provincias, oppida, quotquot potuit, totis annis 120. obijt, maturè occurrendum eſſe exardeſcenti ira Dei, & impendenti pœnæ clamitans.

Filij Noami tres.

Filij Noami fuerunt. 1. Japheth, Latinè dilatatio, vel Auguſtus, Mehrer des Reichs/ at nunc καταχρηστικῶς loquimur. Natus anno mundi milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto. 2. Sem, Græcè ὀνομαστὸς, celebris, Germanicè Namhafftig. Natus anno mundi milleſimo, quingenteſima, quinquageſimo nono. Quòd verò Semus Japheto præfertur, fit honoris cauſſa, quod ex ipſius ſtirpe naſciturus erat Meſsias.

III. Cham.

III. Cham, *id eſt, ardens,* Brün-
ſtig/*anno mundi 1562.*

Mandatum Dei de ingreſſu in arcam.

Anno mundi 1657. cum nulla documenta pœnitentiæ elucerent, nec emendationis ſpes ulla eſſet reliqua, exequi DEVS pœnam, quam minatus erat, voluit. Itaq; juſſit Noamum cum ſua uxore, tribus filijs, eorumq; uxoribus arcam ingredi, & mox clauſis foribus, immenſa aquæ moles accumulata eſt, & horrendo impetu, terribiliq; fragore flumina terram totam obruerunt, ut homines, jumentaq; omnia perirent. Nonnulli ſcriptores Ethnici vocant diluvium novimeſtre Ogygis, *quaſi novem mēſes durâvit. Ogygem verò appellant Noamum, neſcio unde.*

Frequentia hominum tēpore diluvij.

Frequens certè tunc fuit mundus non minus fortè quàm ullo alio ſeculo. Nam celeriter propagata & aucta eſt gens humana per polygamiam, luxum & ardentem libidinem, de qua Chriſtus Matthæi 24. ait: Edebant & bibebant, contrahebant matrimonium, & nuptum dabant.

Digitized by Google

dabant. Tum Zizania ſemper copioſiùs creſcunt, quàm triticum.

Beroſus lib. I. de temporibus ante primum diluvium: Scribunt, illis temporibus circa Libanum fuiſſe Enos *urbem maximam Gigantum, qui univerſo orbi dominabantur, ab occaſu Solis ad ortum. Hi vaſtitate corporis ac robore confiſi inventis armis, omnes opprimebant, libidiniq́ inſervientes, invenerunt papiliones & inſtrumenta muſica, & omnes delicias. Manducabant homines & procurabant abortus, in eduliumq́ præparabant, & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, brutis, & nihil erat ſceleris quod non admitterent, contemtores religionis & deorum.*

De diſcrepantia ſupputationis annorum mundi usq; ad diluvium.

Hebræi numerant annos mille, ſexcentos quinquaginta ſex à mundi initio ad diluvium. Græci verò interpretes bis mille, trecentos, ſexaginta duos. Vtra

Digitized by Google

numeratio eſt verior? Nos Hebræorum computationem meritò ſequimur, quia conſentit cum fontibus, hoc eſt, cum lingua ſancta & nativa. Quod autem in Græca verſione plures anni numerantur, factum eſt errore quodam, orto ex mala numerorũ collocatione in Græca verſione cap. 5. & 11. Geneſ.

Auguſtinus: Rerum geſtarum fides ab ea lingua petenda eſt, ex qua interpretatum eſt, quod habemus.

DESIGNATIO hiſtoriæ diluvij.

TAnta eſt iræ Dei magnitudo in diluvio in gentem humanam effuſæ, ut eam nullius noſtrum mens cogitando aſſequi, nedum verbis enarrare poſſit. Cætera enim clades humani generis, ut ſunt conflagratio & deletio Sodomorum, excidium regni Judaici & Iſraëlitici, exundatio maris Ægæi in terram Atticam, diluvium Deucalionis, & ſi quæ ſunt generis eiuſdem: particulares fuerunt, & aliquos tantùm, non omnes attigerunt. At hoc diluviũ univerſale eſt, quod totum terrarũ orbem complexũm eſt & obruit. Quamobrẽ animis attẽtis à nobis omnib. eſt meditan-

ditanda diluvij hiſtoria, ut excitet in nobis metum iræ divinæ, & ad vitæ morumq; emendationem nos invitet. Res autem hoc modo acta eſt: Duæ erant in terris ſectæ ſive familiæ diſpares prorſus inter ſe & contrariæ: Vna filiorum Dei, in Eccleſia vera: Altera filiorum hominum, id eſt, impiorum Cainitarum, in Eccleſia falſa ſive hypocritica, quæ religionem & cultum Dei peculiarem horribili audacia, Satanæ impulſu, commenta erat & profitebatur, perinde ac hodiè Turcica gens, relicto Dei verbo, doctrinam rationi humanæ convenientem ſectatur, & Chriſtianam religionem odit, & contumelia afficit. Creſcebat autem indies potentia & furor Cainitarum: Contrà verò imminuebatur cœtus piorum: præſertim mortuis jam Patribus ſanctis, qui acerrimum certamen cum Cainica Eccleſia ſuſtinuerant, & pro vero Dei cultu propugnaverant. Etſi autem intoleranda fuit Cainicæ ſectæ impietas, libido, petulantia & audacia: tamen intolerabilius

Duæ Eccleſiæ diſcrepātes ante diluvium.

Digitized by Google

bilius multò fuit, quòd de Eccleſia veræ adeò multi ſeſe cum Cainitis conjunxerunt, & impiam eorum religionem, florentemq́; fortunam potiùs quàm ſanctũ DEI verbum, & luctuoſum Eccleſiæ veræ ſtatum ſequi voluerunt. Cauſæ diluvij. *Id demum graviſſimè omnium offendit Deum, &, ut de everſione gentis humanæ cogitaret, impulit. Vt enim paterfamilias liberorum ſuorum, quàm ſervorum atrocibus delictis graviùs afficitur: Sic Deum vehementiùs commovit filiorum ſuorum ſive ſanctorum hominum ad impios defectio, quàm ipſorum impiorum malitia. Non igitur continere ſeſe potuit Dominus, quin juſta incenſus ira, de vindicta talium portentorum conſilium iniret. Verè enim portenta ſunt, quicunq; ex filijs Dei fiunt filij hominum, Deum & cultum eius deſerunt, & diaboli ductum ſequuntur. Quod nihil aliud eſt, quàm ex ſinu DEI in fauces Diaboli & inferni barathrum ſeſe præcipitare. Iudæorum cæca pertinacia & furor hodiè ingens eſt, & irritat vehementer*

mentur DEVM: *Mahometica impietas adverſùs Dei filium, horrendum quidem ſcelus eſt: Idolomania Papiſtica indies iram Dei acuit: Improbitas, fraus, & profana ſecuritas mundi magnoperè quidem Deum offendit: Sed magis tamē irritat Deum, & pœnam accelerat, quòd filij Dei, vel ut Chriſtus vocat, filij lucis, agnitam veritatem & profeſſionem repurgatæ doctrinæ vel negligunt, vel abjiciunt, & cum mundo impio colludunt, factaq; eius improba ſectantur. Hinc eſt querela illa Dei apud Prophetam plena paternorum affectuum: Filios educavi & exaltavi: ipſi verò iniquè egerunt contrà me. De hac tetra commixtione ſeu confuſione ſanctorum cum profanis, piorum cum impijs, Moſes ait: Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulcræ, acceperunt ſibi uxores. Fuit igitur hæc prima cauſſa, quæ impulit Deum, ut diluvio perderet genus humanum, quòd filij ſanctorum patrum, qui erant veræ Eccleſiæ membra, & hæredes promiſſionis, pluris*

1. Cauſſa. Confuſio libidinum & conjunctio piorum cum impijs.

fecerunt filias hominum, quàm creatorem ipſum, & ſpreto DEI *verbo inceſtis & vagis libidinibus ſeſe polluerunt, & cum impijs Cainitis commixti ſunt abſq; diſcrimine, mares cum maribus, pàtres cum filiabus, fratres cum ſororibus concubuerunt. Ad hanc tetram confuſionem libidinum acceſſit non ſolum luxus & voluptas profuſa atq; immoderata, ſed etiam contemtus miniſterij verbi, ut inſani, ebrijq; homines peccata ſua neq; argui, neq; damnari amplius paterentur. Ideoq; ſine pœnitentia peccata peccatis cumulabant, & verbi doctores Epicureo furore deridebant, omneſq; eorum comminationes pro nihilo putabant. Non deerant tunc Iuſticiæ præcones, qui ſcelera accuſabant, & ad vitæ emendationem omni cura & contentione vocis hortabantur: tum iram etiam Dei impendentem apertè denunciabant. Inter omnes tamen eminebat unus Noamus, qui ſingulari mandato* DEI *velut præco peragrabat urbes, oppida, caſtella & pagos, omneſq;, quotquot*

II. Cauſſa diluvij, contemtus miniſterij in Eccleſia.

quot

quot poterat, de venturo diluvio admonebat. En, inquiens, quid furis homo? quid in impietate tua perſeveras? Deus iraſcitur ſceleribus tuis, nec diu pœna aberit. Pauci ſuperſunt anni, cum perdet DEVS te, & omnia, quæ in mundo ſpecioſa ſunt, & oblectare hominem ſolent. Tunc pœnas Deo perſolves graves & juſtas. Nec interibis ſolùm diluvij aquis, ſed in æternum etjam exitium rues. An non hæc te movent, ut abjecta vita tàm prava ad DEVM tuum te convertas, & iram ejus avertere ſtudeas? Sed ſurdis concionatus eſt Noamus, caruit venter auribus, non flectere potuit animos obſtinatos concio ulla, non frangere profanum impetum comminatio: Cæci furenteſq; contemſerunt ſanctum DEI verbum, nec pœnam ullam horruerunt. Id enim indicat graviſſima querela DEI, cum inquit: Non contendet Spiritus meus perpetuò cum homine. Satis jam, ſatis toleraverat Deus furorem hominum, ut ferre diutiùs non poſ-

3. Cauſſa diluvij, Tyrannis.

ſet. Ad hunc verbi contemtum addiderũt etiam oppreſſionem proximi. Quemcunque etiam impellere in fraudem, fallere dolis, aut evertere vi potuerunt, in eum invaſerunt, bonis expulerunt, & è medio ſuſtulerunt. Non jure, non diſceptatione, ſed vi & impreſſione omnia egerunt, tyrannidem, injuriam, & Cyclopicam immanitatem exercuerunt. Hæc ſævitia piorum cœtum valdè attenuavit & imminuit, paucoſque adeò reliquos fecit. Qui enim erant ex ſanctorum Patrum familia reliqui, hi vel ad Cainitas tranſibant, eorumque mores imitabantur, vel miſerè opprimebantur. Et quò pœna aderat propiùs, eò magis creſcebat impiorum furor & major pertinacia reddebatur, ut jam tota terra corrupta eſſet, & injurijs repleta.

Cum verbũ Dei, Noamique conciones nihil proficerent, ad executionem pœnæ ſeſe cõvertit Deus.

Quod igitur jamdudum tàm impijs & obſtinatis contemtoribus minatus erat Deus, id tandem re præſtare inſtituit. Conceſſerat illis annos centum viginti, intra quos pœnitentiam agere debebant. Spacium ſatis longum, ut ſuam bonita-

bonitatem, clementiam, tolerantiam atque patientiam abundè declararet. Sed cum in effrenato & præcipiti furore perſeverarent: dedit mandatum Noamo de fabricanda arca, quo conſolaretur eum, ne cum impio mundo pereundum ſibi eſſe putaret. Hic palàm teſtatus eſt Deus, ſibi curæ eſſe pios, longeq́; aliter ſe illos tractare, quàm impios. Probavit enim & elogio præclaro ornavit innocentiam, pietatem, fidem, conſtantiam & integritatem Noami, illiq́; vitam & ſalutem promiſit, utut ſeſe alia, quæ in mundo erant, haberent. Addidit etiam fœdus, quo non ſolùm de conſervatione ſui in diluvio, ſed de promiſſione etiam venturi Meſſiæ confirmaretur. Iuſſit autem apparare arcam, cum jam annos natus eſſet Noamus quadringentos octoginta, centum & viginti annis ante diluvium. Ex quo ſanè intelligi poteſt, quanta moles ædificij iſtius fuerit, quod Noamũ in vaſtis diluvij undis vexit. Nam ampliùs centum annos in eo apparando, & perficiendo conſumſit. Oportuit certè fir-

Mandatum de fabricanda arca.

Moles arcæ.

Digitized by Google

mum inprimis & amplum eſſe, ne ab aquis & imbribus corrumperetur, & tot animantia capere poſſet, quot cum Noamo ingreſſura erant. Fuit autem longum trecentos cubitos, latum quinquaginta, altum triginta, ita ut longitudo latitudinem, latitudo verò altitudinem ſuperaret, ad eum prorſus modum, quem DEVS expreſſis verbis præceperat, ne ſcilicet ſuo arbitrio quicquam faceret Noamus, ſed à ſolo DEI verbo penderet. Paravit etiam & in arca recondidit Noamus victum & pabulum plus quàm annuum, pro ſe & omnis generis animalibus, quæ unà in navi iſta vehi debebant, animalium ſcilicet immundorum ſingula paria, mundorum verò ſeptena paria. Habebat autem arca contignationes tres diſtinctas, ut in infimâ animalia immitia, urſi, leones, tygrides: in mediâ verò mitia: in ſuprema Noamus ipſe cum ſuis, & animalibus domeſticis ac avibus habitare poſſet. Cum autem exacto præſtituti temporis ſpacio, omnia jam adornaſſet,

Forma arcæ.
Eſt autem cubiti ſeu ulnæ longitudo pro hominũ longitudine, qui tunc vixerunt, accipienda.

juxta

juxta divinum præſcriptum fabricâſſet arcam, congregâſſet animalia, & victum paraſſet: datum eſt illi mandatum à DEO, de ingreſſu in arcam. Importavit igitur in eam ſeptem dierum ſpacio victum, & introduxit animalia, nempè à 10. die menſis ſecundi. Decimo ſeptimo autem ingreſſus eſt ipſe cum uxore, tribus filijs & tribus eorum conjugibus. Hîc miraculum vidit Noamus voce & literis prædicandum: animalia alioqui fera, & ſæva, diverſa, mireq́ʒ inter ſeſe diſsidentia hîc contrà naturam ſuam, depoſitâ feritate, paria de paribus in arcam ingreſſa ſunt, quaſi ipſius DEI manu ex tanta multitudine animalium ſeparata, cicurata atque deducta. Vidit autem Noamus quidem ingreſſum, ſed ſucceſſum & exitum animo ſuo proſpicere minimè potuit. Vidit cum tot beſtijs, volucribus & reptilibus in uno domicilio ſibi commorandum eſſe. De quo quam variæ in animo eius cogitationes natæ ſint, nemo noſtrûm cogitando poteſt aſſequi. Quid enim faceres tu, ſi cum tàm pau-

Ingreſſus in arcam.

Cogitationes Noami ingredientis arcam.

paucis hominibus, tot verò & tàm diverſis animantibus in arca ſuper aquis vagari deberes, nec finem aut eventum longinquæ dubiæq́ navigationis ullum proſpiceres? Videbat etiam Noamus duo illa vel maximè in navigatione neceſſaria deeſſe, vela & remos, ad impellendam & regendam navim idonea, quorum vel oblitum eſſe putabat DEVM, vel errare oportere arcam, & fluxibus, ventiſq́ agitandam relinqui. Ex quo, quanta periculi moles ſibi impenderet, facilè divinare potuit. Sed in hac tamen formidine ſpem in DEI promiſſione fixam atq́ locatam habuit, eiq́ navis & curſus totius gubernationem commiſit. En fidem viri, en conſtantiam, & animi magnitudinem ſuperantem, & infra ſe ponentem omnia pericula, quantacunq́ ratio & ipſe naturalis ordo oſtentabat. Nos, niſi ad nutum, voluntatemq́ fluant omnia, frangimur animis, labaſcimus, ſuccumbimus, & Dei ipſius obliviſcimur, quaſi qui juvare nos neq́ velit, neq́ poſſit amplius. Pudeat nos nimis

Vela & remi defuerunt Noamo.

jejuni

Digitized by Google

ſejuni & anguſti animi, cohorreſcamus mente & corpore, cum nos intuemur, & cum tanto heroë Noamo comparamus. Sed pergat narratio. Cum ingreſſus eſſet Noamus arcam, clauſit poſt eum Dominus fores: Mox ruptis abyſſi fontibus, apertisq; cœli feneſtris, aquarum moles ingens collecta eſt, orbemq; terrarum in quadringinta diebus ſic replevit, ut arca natare in aquis cœperit. DEVS bone, quantus tunc extitit cœli terræq; ſonitus? Quàm intolerandus fragor concitatus eſt? Nam & terra motu ingenti concuſſa eſt, & vis ventorum immenſa coorta: Unde convulſa & labefactata conciderunt ædificia, corruerunt urbes, collapſa ſunt oppida, & fragorem horrendum ediderunt omnia. Dies in noctem converſa eſt, contremuit cœlum tonitru, coruſcavit inter nubes flamma: Tota deniq; naturæ facies alia facta eſt: ut penitus conſpiraſſe ad univerſalem generis humani interitum cunctæ mundi hujus partes viderentur. Voluit enim Deus iræ ſuæ vim univerſam effun-

Pluvia continua 40. dierum.

effundere in tam impios alumnos. Ideoq; natura tota furere, & implacabiliter iraſci homini viſa eſt, nec quicquam de acerbitate ſua remiſit, priuſquam ad unum omnes perdidiſſet in terris. Non alia erit cœli & terræ facies tunc, cum in adventu filij DEI ad judicium, cœlum, elementa, & omnia, quæ in terris ſunt, igne liqueſcent & exurentur. Quantus tunc fragor, quantus tremor impij mundi futurus eſt? Judex ipſe, totaq; militia cœleſtis vultu torvo percellet improbam multitudinem: cœlum, terra & omnia elementa interitum minabuntur, fauces & ora inferni, rictus Diabolorum ad deglutiendos, abſorbendoſq; impios patebunt. Sed redeo ad hiſtoriam. Creverunt aquæ tunc, & prævaluerunt adeò, ut omnes montes excelſos operirent. Non ergò ædes, non turres, non arces, non magni etiam montes perfugium amplius impijs hominibus præbere potuerunt. Superavit enim aqua montes magnos cubitis quindecim. Horrendum fuit ſpectaculum, tantam hominum multitudinem,

Facies naturæ in adventu filij Dei.

Digitized by Google

dinem, tam potentium, tam florentium, tam robuſtorum adeò miſerè in aquis perire. Non tunc matribus profuit clamor, non liberis eiulatus, non propinquis comploratio, ſed promiſcuè ſævijt in omnes fluctuum vis, & modò hunc, modò illum ex complexu matris abripuit & ſubmerſit, donec univerſos undarum impetus tanquam Charybdis vorax abſorbuit.

Incidit autem inundatio hæc in tempus vernũ, amœniſſimam anni partem, cùm jam ſata, arboreſq́; florentes ubertatem, varietatemq́; frugum, fructuumq́; pollicerentur. Quod indicat menſis ſecundus, quo Noamus in arcam ingreſſus eſt, & folium oleæ, quod exacto jam anno columba ad Noamum attulit. Quò ſanè ægriùs avelli ſe à tanta ſpe homines paſſi ſunt. Quemadmodum nos etiam dolemus graviùs, cum catarracta cœli, aut nubes rupta decidit, aut ventus vehemens, vel tempeſtas immoderata rebus terræ jam naſcentibus, frugumq́; ubertatem & copiam magnam pollicentib. da-

Tempus diluvij.

damnum aut detrimentum aliquod gravius importat.

Nimis ſera pœnitentia primi mundi.

Credibile eſt, tunc homines demum pœnituiſſe impiæ ſuæ pertinaciæ, & gemitu, vociferatione, ejulatuq́ ſuum dolorem & mœrorem declaraſſe. Sed ſera nimis fuit pœnitentia, & in illud tempus uſq́ dilata, quo jam exarſerat, & ſævire cœperat ira Dei, veniæq́ nullus erat locus relictus. Habebant centum annos & viginti: His recte uti ad emẽdationem vitæ, & ſalutarem converſionem ad DEUM debuerunt. Tunc juſtum pœnitentiæ agendæ tempus fuit, & exaudire DEUS vota preceſq́ voluit. Quod tempus cum obſtinatis animis neglexiſſent, juſta DEI ira tandem ablatum eſt ab eis miniſterium verbi, clauſæ ſunt Dei aures, & nihil niſi pœna fuit reliqua. Simus memores temporis gratiæ, & pulſemus Dei fores, dum patent: ne illis occluſis, fruſtra opem & miſericordiam more impiorum Cainitarum in prima mundi ætate imploremus. Non ergò tunc ulli viventium in terris pepercit Deus:

Digitized by Google

DEVS: ſed omnia in quibus ſpiritus & anima fuit, rationalia & irrationalia, reptilia & volatilia delevit, excepto unico Noamo, qui in tanta ira DEI ſævitia cum ſuis in arca, bona quidem ſpe, ſed eventu incerto vehebatur. Non enim iam præſidium ullum ulla in creatura reliquum, non portum, ad quem appellere, non montis iugum, ubi quietem polliceri ſibi poſſet, proſpiciebat. Ad ſummam, libero ſub cælo vagabatur, & omnium creaturarum ope atq; ſubſidio deſtitutus, à ſolo pendebat DEO, ejus ductum ſequebatur, & quid de ſe futurum eſſet, in illum reÿciebat. Hoc tanto tempore quas cogitationes, quæ opera Noami fuiſſe putabimus? Profectò difficile eſt in tantis verſari fluctib. ſub cælo obſcuro & pluvioſo, carere Solis, Lunæ, & reliquorum luminũ aſpectu, ferre ejulatum & ploratum mulierum, mærorem filiorum, triſtitiam conjugis, ſtrepitum, clamorem, & garritum beſtiarum & avium. Has tamen moleſtias & difficultates omnes exantlare oportuit Noamum,

Vagus & incertus arcæ curſus ſuper vaſtis diluvij aquis.

Cogitationes & opera Noami.

mum, & quidem tolerabiliora hæc fuerunt: illud autem graviſſimum, quod ex DEI ipſius animo effluxiſſe in hoc tempore tam longo videbatur. Etſi enim in medijs fluctibus preſtò illi fuit Deus: tamen præſentiam ſuam occultavit, & angi, trepidariq́; eum aliquantiſper paſſus eſt. At, inquies, num parvo animo fuiſſe Noamum exiſtimabimus in arca, quem conſolari reliquos, uxorem, filios & nurus oportuit? Hi enim ab ipſo pependerunt & gubernati ſunt. Nec tantam tamq́; diuturnam molem ſuſtinere potuiſſent, niſi à Noamo, duce ſuo divino animum & vires accepiſſent. Fateor autem multùm animi fuiſſe in Noamo, & plus etiam quàm in ullo mortalium eſſe poſſet in tanto concurſu calamitatū. Verè etiam animos mæſtos atq; jacentes ſuorum erexit, & crebra promiſſionis divinæ repetitione confirmavit. Sed ille ipſe tamen aliorum doctor in animo ſuo mærorem curam & ſolicitudinem magnam circumtulit. Ita enim cum ſuis agit Deus, ut etiamſi illis parcat, nec

Mœror Noami cum conſolatione cõjunctus.

Pœna communis Noamum etiam

cum

cum impia multitudine perire ſinat: tamen ſentire eos quoq; patiatur iram ſuam, & participes communium pœnarum aliquo modo faciat, ne prorſus immunes ſint, & labe omni vacare videantur. Itaq; etiam pœnæ diluvij pars aliqua Noamum attigit, ut moleſtias ex eo graves & diuturnas caperet. Quoties in mentem venit? En tibi promiſſa eſt ſalus, vita & incolumitas, pereuntibus cæteris in diluvij aquis. An hæc eſt promiſſa illa Dei gratia? An hæc eſt ſperata immunitas? Nónne mori ſatius eſſet, quàm tot incommoda perpeti, tot difficultatibus conflictari, & tàm diu quidem, ut non finem ullum proſpiciam? Ah enecat me tàm florentis humani generis, tot carorum & propinquorum interitus. Exanimant me meorum crebri gemitus, ſuſpiria, querelæ in his anguſtijs, quas audire cogor. Fatigat me animalium tot cura & fremitus. Vtinam tandem aliquando illuceſcat ille dies, quo finem errorum & calamitatum mearum videam. Ante locutus

attigit quidē, ſed non conſumſit.

Dialogiſmus ſive diſputatio, vel lucta potius Noami cum Deo.

cutus eſt mecum DEVS: at nunc tacet penitus. Hic mixtam audis infirmitate fortitudinem, querelis & ſuſpirijs toleſrantiam. Sic enim ſolet tractare DEVS ſuos, ſic regit eos, ſic beat, ut cùm infirmi ſunt, confirmare poſſint alios, cùm fluctuare videntur animis, conſtantiam præ ſe ferant. Hic ludus eſt filij DEI in orbe terræ, inter filios hominum, hoc in delitijs habet, ut inter metum & ſpem conſtituti, in ipſo hæreamus, & fidem in magno dubitationum concurſu probemus. Id quod immortali laude & exemplo ad omnem poſteritatem prædicando præſtitit Noamus in his vaſtis diluvij fluctibus, & his omnium, quas hic Sol vidit, tempeſtatibus turbulentiſſimis. Porrò cùm centum & quinquaginta dies in aquis erraſſet Noamus: recordatus eſt tandem illius Dominus, & omnium quæ cum ipſo in arca erant. En alia facies DEI. Qui enim hactenus iratus fuit, nunc placatus eſſe incipit: qui ante oblitus fuit Noami, nunc in memoriam eius redit. Verè ab Epitaſi ad Cataſtrophen

Ludus filij DEI in Eccleſia.

Cataſtrophe diluvij, id eſt, converſio in lætum exitũ.

Simul cum DEO etiam natura placata eſt Noamo.

phen factus eſt tranſitus. Nam unà cum DEO reconciliato tota natura mitior atq; benignior redditur. Iratus fuit DEus orbi terræ, propter ſcelera & injurias hominum, quibus replêrant eum. Punitis igitur & perditis iam ſontibus hominibus, deſiit iraſci Deus, & ſedatus eſt furor omnis. Innocenti itaq; Noamo in arca, tanquam in diuturno & tenebroſo carcere animum addere voluit, & deficere aquas iuſsit. Itaq; claram faciem iterum oſtendit cœlum, & emiſſo vento exiccari terra cœpit. Nam die decima ſeptima menſis ſeptimi, arca in montibus Armeniæ reſedit, quos celſiſsimos eſſe in toto terrarum orbe intelligi hinc facilè poteſt. Tanta enim eorum fuit altitudo, ut quamvis paulatim diminuerentur aquæ: in decimum tamen menſem uſque quieſcere arcam ibi oportuerit, prius quàm cucumina aliorum montium conſpicerentur. Nam primo die menſis decimi primùm cacumina montium apparuerunt. Hinc animum recipiens miſer Noamus, benè tandem ſperare de exitu

Aratæ appellat Moſes. Ptolemæus verò Coridæos. Haitonus natione Armenius ſcribit, ſua ætate cōſpectas eſſe arcæ reliquias in hoc inacceſſo monte Aratat, & Beroſus ait, partem navigij Noami ſupereſſe a-

pud montem Coridæum, indeq́; bitumen abradi, quo pro amuleto homines utantur.

tantæ inundationis cœpit. Poſt quadraginta dies feneſtram arcæ aperuit, & corvum columbamq́; ad explorandum terræ ſtatum emiſit. Et reverſus quidem eſt corvus, & circa arcam ultrò citroq́; volitavit: ſed in arcam tamen recipi ſe non eſt paſſus. Columba verò in arcam revertit. Ex quo ſatis intelligere potuit Noamus, nondum deſiccatam eſſe terram. Emiſit ergo poſt alios ſeptem dies iterum columbam; quæ tempore veſpertino reverſa folium oleæ decerptum portavit in ore ſuo. Quo indicavit Deus, jam arbores iterum eminere, & mox meliora eſſe ſecutura. Poſt alios ſeptem dies emiſſa columba non rediit ad arcam, quod ſatis indicio fuit, jam deſiccatas eſſe ſuper terram aquas, & vivere iterum in ea poſſe animantia. Amovit igitur tectum arcæ Noamus, clareq́; conſpicatus eſt ſiccam terræ ſuperficiem. Nondum tamen exire auſus fuit, ſed diebus quinquaginta ſex mandatum DEI certum de exitu expectavit. Hoc benè longo temporis

poris ſpatio cum in tam triſti carcere, fidem, patientiam, perſeverantiamq; ſuam probaſſet Deo: Mandatum tandem diuturnis votis atque gemitibus expetitum accepit de exitu ex arca in terram cum omnibus, quæ cum ipſo fuerunt. Egreſſus eſt igitur cum reliquo illo generis humani ſeminario in arca defenſo, eductis ſecum in terram omnibus animantibus, quas Deus reliquas fecerat, locusq; inde ἀποβατήριον Latinè Egreſſorium, ſecundum Ioſephum cognominatus eſt. Hic exitus fuit, hæc cataſtrophe calamitatum Noami in vaſtis diluvij fluctibus. Tum demum depulſis omnibus periculis, & ſedatis tempeſtatibus jucunda Dei & totius naturæ facies emicuit. Deus enim tanquam ex ſomno excitatus iterum aſpexit Noamum, & benignè liberaliterq; recreavit: Sol, Luna, & lumina cætera priſtinum ſplendorem præbuerunt: terra domicilium, victum, pabulum, & alia neceſſaria reddidit. Etſi enim terræ facies ſqualidior propter diuturnã inundationẽ

Exitus Noami de arca.

Quam jucundus fuerit Noamo terræ aſpectus & recuperatus uſus.

erat facta, & toti rerum naturæ mutationem exitialem tanta eluvio attulerat: Tamen jucundus fuit ejus aſpectus Noamo, & quaſi poſtliminij jure recuperatio. Nobis propter quotidianum uſum minus eſt grata illius forma. At Noamus, quò diutiùs caruerat, & ardentiori deſiderio eam exoptaverat, eò maiori voluptati recuperatio illi fuit. Eſt enim infidum hoſpitium aqua, ut fieri non poſſit, quin terram videre geſtiant, quotquot in alto vehuntur. Facta eſt igitur egreſſio cum ingenti læticia non ſolùm hominum, ſed etiam pecudum & avium. Quanto enim impetu putabimus erupiſſe leones, urſas, & reliquas beſtias? quanto cum deſiderio fruendi aëris evolaſſe volucres? quanto cum gaudio exijſſe reptilia? DEUS bone, quantus tunc auditus eſt in aëre ſonus, quàm ſuavis concentus? Non enim continere ſeſe potuit ullum animal, quin plenis buccis in laudem DEI erumperet. Ipſe verò Noamus, quanta læticiæ & pietatis ſuæ documenta dedit? An non totum

Noamus hoſtiã gratiarum actionis Deo ob-

ſeſe

ſeſe quaſi profundit, cum Domino altare tulit, vel *ædificat, & de cunctis pecoribus volucri*- χαριστήριον *busq́; mundis* σωτήρια *ſacrificat? Geſtijt* ἔθυσε. *profectò animus ejus gratias agere DEO tam iuſto, tam veraci, tam miſericordi, tam benigno pro tam admirabili conſervatione in tantis periculis & paterna reſtitutione in priſtinam poſſeſſionem terræ. Teſtatusq́; adeò eſt DEVS, ſe amicum, ſe patrem, ſe patronum eſſe Noami. Applicavit enim ſeſe ad eum, & odoratus eſt ejus ſacrificium, halitu ſuo & flammis illud incendens: quo clarè oſtenderet, ſibi placere cultum illum Noami in fide, invocatione & obœdientia, gratiarum actionis cauſa ſuſceptum atque exhibitum.* Tempus *autem, quò in arca commoratus fuit Noamus, annuum eſt. Ingreſſus enim eſt anno mundi 1657. ætatis ſuæ 600. die 17. ſecundi menſis. Egreſſus verò anno mundi 1658. ætatis ſuæ 601. die 27. menſis ſecundi. Quod anni ſolaris ſpacium completum eſt.*

Applicatio Diluvij ad nos.

Hæc eſt hiſtoriæ diluvij brevis enarratio, quam nos decet attentis animis per-

perpendere, & cohorreſcere toto pectore, quoties in ejus mentionem incidimus. Non enim ad primum tantum mundum pertinuit: ſed bona ejus pars ad nos etiam ſpectat. Nos, inquam, reliquias diluvij quotidie deprehendimus, & niſi planè ſtupidi ſumus, aſſiduis gemitibus meritò deploramus. Experimur enim ſingulis naturæ partibus impreſſas eſſe notas iræ divinæ in diluvio in gentem humanam effuſæ. Quota enim pars naturæ eſt, quæ non languidior & ſqualidior multò ſit facta? Vbi nunc longævitas hominum illa, quæ fuit ante diluvium? an non vires omnium animantium, plantarum, radicum diminutæ ſunt? Quid de victu dicam, qui antè diluvium fuit multò facilior? quàm difficilis nunc eſt cura ſanitatis? Carnes quidem edimus, vinum bibimus, aromatibus & multis alijs corpus reficimus atque fovemus, & vix tamen ægra membra trahimus. Hæc & alia innumerabilia niſi magna eſſe mala ex pœna diluvij reliqua fateamur, ipſi nos & naturam hanc, quam

Reliquiæ diluvij.

quo-

quotidie aſpicimus, non noverimus.

Deinde cum filius Dei aſſeveret, in extremis temporibus finem mundi antegreſſuris fore eoſdem mores hominum, qui ante diluvium fuerint: magnam utique nos cauſſam habere putemus ſæpius recordandi hiſtoriam diluvij, quò videlicet vitare peccata diſcamus, quæ tunc irritarunt Deum, & pœnam tàm horrendam attraxerunt. Veriſſima enim eſt comminatio Petri Apoſtoli: Si Deus neque angelis, neq; originali mundo pepercit, nec nobis parcet. Cum autem primo mundo fuerit exitio verbi divini contemtus, libidinum confuſio, luxus, ſuperbia, tyrannis, & ſævitia: fugiamus ſumma cura has peſtes, & verbum Dei miniſteriumq; ſanctum veneremur, & à Deo nos regi petamus, ne quid committamus, quo benigna eius voluntas nimium offendatur. Tum libidinem, voluptateſq; blandiſſimas dominas deteſtemur, & caſtè vivamus, nec luxu, heluatione, aut ulla turpitudine

Ijdem mores hominum ante diluviũ & extremum diem.

Digitized by Google

dine profeſſionem noſtram Chriſtianam deformemus: Sed omnem faſtum, violentiam, injuriam, fraudem, & ignaviam abſtineamus: ne ut primum mundum aqua, ſic nos ignis perdat, qui in adventu læto filij DEI, quem ſingulis momentis expectamus, impios & totam hanc mundi machinam, propter impiorum contagium, exuret. Ac eò propius adeſſe hanc mundi πύρωσιν ſiue conflagrationem, nobis certò perſuadeamus, quò indies penè magis igneſcere cœlum videmus, dum chaſmata & ignita ſigna plurima nobis conſpicienda præbet, quaſi jam jam igne pleno concepto ſit conflagraturum.

ACTA POST DILUVIUM.

ETſi humano generi terræ poſſeſſio & rerum dominiū erat tributum: tamen per diluvium, abolita gente humana, poſſeſſionis & dominij jus omne evanuit, ut dubitare Noamus cum ſuis de manſuro hoc ordine à DEO inſtituto penè poſ-

nè poſſet. Iccircò reſtituta poſſeſſione terræ, amotis iam diluvij aquis, etiam dominium renovavit DEVS, ordinem Oeconomicum, Politicum, & Eccleſiaſticum denuò ſanxit, & addito illuſtri ſigno obſignavit promiſſionem de naturæ ordine uſque ad finem mundi duraturo. Primùm enim expreſſè legem conjugij repetivit: Creſcite, inquiens, & multiplicamini. Secundò dominium ſiue dominatum in cuncta terræ animalia reſtituit, addita exceptione unâ de carne, quæ in ſanguine adhuc vivit, hoc eſt, cruda eſt, quam edere, beſtiarum eſt proprium. Ut eo præcepto admoniti homines ab humani quoq; ſanguinis profuſione, omniq; alia immanitate atq; ſævitia ſibi temperare diſcant. Tertiò magiſtratum politicum ordinavit his verbis: Quicunq; fuderit ſanguinem humanum, illius ſanguis effundetur per hominem. Quartò ſignum fœderis in nube addidit tanquam ſigillum gratiæ ſuæ, videlicet Iridem, quo commonefacti, certò ſtatuamus, non periturum deinceps genus humanum

Reſtitutio Noami in antiquum ſtatum.

Iris.

manum univerſali diluvio: ſed igni conflagraturum eſſe mundum in extremo die. Id quod colores duo in Iride indicant. Cæruleus, qui aquarum diluvij; igneus verò ſeu purpureus, qui futuræ conflagrationis in extremo die nos admonet. Promiſit etiam DEVS, ſe conſervaturum eſſe uſq; ad ultimum diem vices temporum, diei & noctis, æſtatis, & hyemis, ſeu frigoris & caloris, ſementis & meſſis. Quauquam igitur interdum magna perturbatio temporum, ſeu confuſio propter improbitatem noſtram incidit, ut hyems ſit tepidior, æſtas verò gelidior: tamen certum eſt, Deum nõ receſſurum eſſe ab ordine naturæ propter pactum quod cum Noamo fecit. Quoties enim Iridem aſpicimus, toties divinæ pactionis tanquam per cæleſtem præconem admonemur confirmamurq́;, ut de manſuro rerum ordine tanquam ſigno ſublato benè ſperemus, & Deo gratias agamus. Recepto dominio iterum cœpit Noamus Eccleſiam colligere, Politiam conſtituere, plantare, agrum colere, domos

extruc-

Digitized by Google

extraere, urbes condere, & per filios ſuos totum terrarum orbem occuperare.

Incidit in hoc tempus, quod intervallo non longo ſecutum eſt diluvium, ſcelus inexpiabile Chami. *Is enim cùm pater Noamus ex vini potione ebrius fortè eſſet factus, & detectis pudendis, in tentorio jaceret ſomno oppreſſus, ſuperbè illum deriſit. Quod cùm fratres ipſius cognoviſſent, averſis vultibus acceſſerunt, & ſumto pallio, patris nuditatem cooperuerunt. Ex quo ipſi benedictionem paternam, Chamus verò maledictionem conſecutus eſt. Egit tunc Chamus fermè centeſimum ætatis annum, quemadmodum fert nonnullorum opinio.*

Chami ſcelus.

Diſputatur hîc de vino, utrum fuerit eius uſus ante hoc tempus in mundo, nec ne? *Sed reſponſio eſt in promtu: Cùm vites fuerunt creatæ à Deo unà cum cæteris rebus terra naſcentibus haud dubiè etiam fuit vinum. Non enim infrugiferæ fuerũt vites ante diluvium, tum homines ſtudioſè omnes voluptates & illecebras libidinis quæſiverunt. Ergò haud*

Vinum ante diluvium fuerit, nec ne.

haud veriſimile eſt, à vino eos abſtinuiſ-ſe, cum veriſſimum ſit illud Comici: Sine Baccho friget Venus.

Porrò cum prima mentio vini *in hiſtoria Noami fiat, conſentaneum eſt,* Ianum *inde eſſe dictum, q.d. Vinitorem, ſeu vini autorē,* Weinherr oder Winzer. *Eſt enim* Janus *ab Hebraea voce* Jain, *quæ ſignificat vinum. Græci eadem de cauſſa* Oenotrium, *hoc eſt, vini cultorem appellarunt.*

(Ex *Jain* eſt *Jaina* urbs Turingiæ, à vino ſcilicet, nominata, quod illic à Judæis plantatum eſt, cui vicina urbs *Vvimaria*, Græcè *Methone*, idem eſt, quod forum vinarium.)

De origine & propagatione gentium & populorum in novo mundo poſt diluvium ex Noamo, ſeu Jano bifronte, qui πρόσσω ἅμα καὶ ὀπίσσω ἔβλεψεν, ante ſe & retrò, hoc eſt, primum & ſecundum mundum vidit.

Noamus pater mundi ſecundi. σπέρμα τοῦ γένους καὶ ῥί-

EX Noamo, *tanquam ex altero parente generis humani denuò propagata ſunt gentes in univerſo terrarum orbe*

orbe hoc modo: Tres habuit filios, quibus terræ poſſeßionem atque domicilium diſpertivit: Semo *Orientem ſive Aſiam majorem habitandam & colendam dedit:* Japheto *Europam cum Aſia minore:* Hamo *Africam. Idq́ factum eſt nato Pelego, ut ait Moſes, hoc eſt, anno mundi 1758. Non eſt autem exiſtimandum ſtatim has mundi plagas univerſas occupatas eſſe & cultas. Quomodo enim fieri potuit, ut in hæc ſeptentrionalia loca, aut alia ad occidentem vel meridiem ſita homines venerint, antequam humana gens fuit aucta? Serò tandem vel longo certè intervallò in multis regionibus habitari cœptum eſt. Primùm enim proximæ & fertiliſſimæ regiones occupatæ ſunt. Tum ubi aucta eſt incolarum copia & multiplicata frequentia, colonias deducere & migrare, ſedemq́ rerum & fortunarum alibi collocare oportuit. Eſt autem ſedes ſive fons totius Genealogiæ gentium & familiarum in genere humano, caput 10. Geneſis. Inde igitur propagatio gentis humanæ univerſa eſt cognoſcenda.*

ζα τῆς φύσεως, καὶ δεύτερος Ἀδὰμ, ſemen generis humani& radix naturæ & alter Adam. Theodoretus

De Iapheto Europæ domino, & populorum in Europa propagatione.

Japheto *primas tribuit Moſes in recenſione poſteritatis Noami*, καθ᾽ ὕστερον πρότερον: *Cùm tamen Eccleſia & Monarchia poſtremis mundi temporibus, id eſt, in quarto, quinto, & ſexto millenario demum ad ejus poſteros in Europam, ad Græcos, Romanos, & Germanos pervenerit. Ex hoc gentes plurimæ ſunt ortæ, quæ habitant in tabernaculis Semi, hoc eſt, in Eccleſia vera, quæ ante in Græcia, nunc in Germania, & alijs Europæ regionibus viget.*

Eſt igitur pater Græcorum, Latinorum, Germanorum, omniumq́; occidentalium & ſeptentrionalium populorum. Græcis & Latinis eſt Japetus.

Filij Japheti ex Fundani, vel ut alij ſcribunt, Veſta uxore.

I. GOMER. *Habitavit in Septentrionali regione, à quo orti & appellati ſunt* Cimmerij, *qui ad Pontum habitarunt, ſub cœlo craſſo & nebuloſo. Vnde* Cim-

meriæ

meriæ tenebræ *dicuntur pro denſa caligine. Hi poſtea dicti ſunt* Cimbri, *quadam literarum mutatione, quæ crebra eſt in lingvarum transfuſione. Hoc nomen retinent hodiè Holſati, Sleſvicenſes. Item Cimbrica Cherſoneſus, quæ eſt Dania. Item* Sicambri, *qui hodiè ſunt Geldrienſes & Clivenſes. Cimbrorum inſigne fuiſſe tauri caput, ſcribit Plutarch. in vita Marij.*

II. MAGOG. *Sator gentis Scythicæ, quæ in tabernaculis habitat, ex quo* Turci *ortum habent. Nam & hi neq; urbes neque oppida muniunt, quemadmodum rudera florentiſſimarum urbium paſſim in Aſia, Syria, Ægypto, Palæſtina oſtendunt.* Scytha *Germanicè,* ein Schutz. *Vnde Saxonicum verbum* ſteiten. *Græci Scythas nominant, quos hodie Tartaros appellamus, ſcilicet gentes ſeptentrionales in Aſia.*

III. MADAI, *eſt pater Medorum.*

IV. JANAN *vel* JON. *Homero* Jaon. *Ionicæ & Græcæ gentis autor: à vino nomen habet.*

Digitized by Google

V. THUBAL, *Gentis Hiſpanicæ conditor, ſecundùm Beroſum. Latinè* germen, ein gewächs. *Fortaſſè à venis metallicis, quorum is monſtrator fuit.*

VI. MESECH *vel Moſech, tendens arcum, Myſis & Moſchis vel Moſcovitis initium & nomen dedit. Quamvis* Moſcovitæ *Græcam originem habere videantur, ex voce* μόσχος *vitulus, &* βίος *vel* βίοτος *victus, quaſi ex pecore viventes.*

VII. THIRAS *Thraciæ ſeu populorum in Thracia autor eſt, & ut videtur etjam Tyrigetarum vel Turingorum. Ex quo* Hieræ *fluvij interfluentis Erffurdiam nomen eſſe factum apparet, &* Erffurdiam *ipſam appellatam, quaſi Tyrofurdum vel Ter furdum per Syncopen. Chronicum autem Turingicum ait nominatam eſſe Erffurdiam ab Erf, molitore, & Furt, quod eſt tranſitus.*

Porrò ex Gomero filio Japheti natus eſt anno mundi 1787. Aſcenas, qui Latinè eſt ſacerdos ignis, id eſt, religionis & cultus divini antiſtes ſive magiſter.

Digitized by Google

ſter. Unde orti ſunt Aſcanij*, quorum ſedes fuit in minore Aſia, ſed progreßi ſunt poſtea in Germaniam unà cum Cimbris, & dicti ſunt* Teutones*: Saxonica verò Dialecto dicuntur* Tuiſcones, die Deutſchen. *Eſt enim* Tuiſcon *contractum nomen, compoſitum ex articulo Germanico* der/ *& Aſcenas, quaſi dicas,* der *Aſcon, quod eſt Tuiſcon, Germanicæ gentis conditor, & primus rex. Reliqua hinc eſt appellatio Aſcaniæ, ducatus ad ſylvam Herciniam. Hujus paterni nominis & originis meminiſſe Germanos æquum eſt, ut ad ſe pertinere ſtatuant curam & propagationem veræ religionis & cultum Dei ab autore Aſcane acceptorum. Atque hæc eſt Philippi Melanchthonis pia interpretatio: quam quidam improbant, quod natura linguæ Hebrææ non patiatur, ut Aſcenas, & inde derivati Aeſcanazim, hoc eſt, Germani, ignis ſacerdotes dicantur. Icircò à Jacan & Naza malunt deducere, & diſperſos habitatores appellare. Quæ ipſa appellatio quoq; nos admonet*

Communis opinio Rabinorum fert Aſcanazim eſſe Germanos.

F 3 de in-

de incerta ſede noſtra in terris: Vt ad certum & immotum πολίτευμα in civitate & Republica cælitum totis animis & cogitationibus convertamur. Apparet eandem eſſe originem & nomen Thuſcorum in Italia, ſive Hetruſcorum, & Cheruſcorum.

II. Riphat, ein Wichhaus. *Pater Ripheorum; id eſt, Sarmatarum & Henetorum. Riphæus Latinè eſt Gigas.* Heneti *ſunt Vandali, id eſt, vagabundi.* Sarmatæ *hodie Poloniam, Rußiam, Sirſiam, Illyriam & Boemiam incolunt, olim ad montes Riphæos, unde Tanais oritur, habitarunt.*

III. Thogorma. *Hunc progenitorem Germanorum fuiſſe contendit Hadrianus* Junius. *Nos verò* Germanos *à Manno nominari exiſtimamus, ut infrà de Germanorum regno dicetur.*

Ex Iavan ſeu Ione filio Japheti nati ſunt.

I. Eliſa, *ovis Dei mei, ex quo Æoles Græci in Aſia minori ſunt orti.* Æoles

autem

autem dicti ſunt populi extra Iſthmum, præter Athenienſes & Megarenſes, ſecundùm Strabonem. Nam & Dores *hac apellatione comprehenſos fuiſſe, cognoſci ex Pindaro poteſt, qui quamvis Doricè ſcripſerit: Poëma tamen ſuum* ἀιολίδα μολπὰν *vocat.*

II. Tarſis. *Qui Tarſum condidit in Cilicia, S. Pauli patriam.*

III. Cethim. Wundenhawer. *Ex quo orti ſunt* Macedones, *quos Eſaias disertè Cithim vocat cap. 23. Item* Cethæi, *populi Macedonibus vicini. Quidam* Scythas *hinc ortos exiſtimant.*

IV. Dodanim, *id eſt, judices dilecti, à quo nomen accepit urbs in Epiro, ad quam oraculum Dodonæum frequentatum eſt.*

DE CHAMO.

DE Chamo *quæri poteſt*, cur, cum maledict⁹ ſit, optimam tamen terræ partẽ obtinuerit, nec ſua cõtent⁹ fuerit? *Nam ad Africam hæreditariam partẽ, Syriam etiam & Aſiæ majoris regiones vi adjecit: Fratres ſuos oppugnavit,* Cham, idem quod ardens, vel ater.

manum univerſali diluvio: ſed igni conflagraturum eſſe mundum in extremo die. Id quod colores duo in Iride indicant. Cæruleus, qui aquarum diluvij; igneus verò ſeu purpureus, qui futuræ conflagrationis in extremo die nos admonet. Promiſit etiam DEVS, ſe conſervaturum eſſe uſq; ad ultimum diem vices temporum, diei & noctis, æſtatis, & hyemis, ſeu frigoris & caloris, ſementis & meſſis. Quauquam igitur interdum magna perturbatio temporum, ſeu confuſio propter improbitatem noſtram incidit, ut hyems ſit tepidior, æſtas verò gelidior: tamen certum eſt, Deum nō receſſurum eſſe ab ordine naturæ propter pactum quod cum Noamo fecit. Quoties enim Iridem aſpicimus, toties divinæ pactionis tanquam per cæleſtem præconem admonemur confirmamurq;, ut de manſuro rerum ordine tanquam ſigno ſublato benè ſperemus, & Deo gratias agamus. Recepto dominio iterum cœpit Noamus Eccleſiam colligere, Politiam conſtituere, plantare, agrum colere, domos

extruc-

extraere, urbes condere, & per filios ſuos totum terrarum orbem occuperare.

Incidit in hoc tempus, quod intervallo non longo ſecutum eſt diluvium, ſcelus inexpiabile Chami. *Is enim cùm pater Noamus ex vini potione ebrius fortè eſſet factus, & detectis pudendis, in tentorio jaceret ſomno oppreſſus, ſuperbè illum deriſit. Quod cùm fratres ipſius cognoviſſent, averſis vultibus acceſſerunt, & ſumto pallio, patris nuditatem cooperuerunt. Ex quo ipſi benedictionem paternam, Chamus verò maledictionem conſecutus eſt. Egit tunc Chamus fermè centeſimum ætatis annum, quemadmodum fert nonnullorum opinio.* Chami ſcelus.

Diſputatur hic de vino, utrum fuerit eius uſus ante hoc tempus in mundo, nec ne? *Sed reſponſio eſt in promtu: Cùm vites fuerunt creatæ à Deo unà cum cæteris rebus terra naſcentibus haud dubiè etiam fuit vinum. Non enim infrugiferæ fuerũt vites ante diluvium, tum homines ſtudioſè omnes voluptates & illecebras libidinis quæſiverunt. Ergò haud* Vinum ante diluvium fuerit, nec ne.

haud veriſimile eſt, à vino eos abſtinuiſſe, cum veriſsimum ſit illud Comici: Sine Baccho friget Venus.

Porrò cum prima mentio vini *in hiſtoria Noami fiat, conſentaneum eſt,* Janum *inde eſſe dictum, q. d. Vinitorem, ſeu vini autorē,* Weinherr oder Winzer. *Eſt enim* Janus *ab Hebræa voce* Jain, *quæ ſignificat vinum. Græci eadem de cauſſa* Oenotrium, *hoc eſt, vini cultorem appellarunt.*

(Ex *Jain* eſt *Jaina* urbs Turingiæ, à vino ſcilicet, nominata, quod illic à Judæis plantatum eſt, cui vicina urbs *Vvimaria*, Græcè *Methone*, idem eſt, quod forum vinarium.)

De origine & propagatione gentium & populorum in novo mundo poſt diluvium ex Noamo, ſeu Jano bifronte, qui πρόσσω ἅμα καὶ ὀπίσσω ἔβλεψεν, ante ſe & retrò, hoc eſt, primum & ſecundum mundum vidit.

Noamus pater mundi ſecundi. σπέρμα τοῦ ἀγίου καὶ ῥι-

EX Noamo, *tanquam ex altero parente generis humani denuò propagatæ ſunt gentes in univerſo terrarum orbe*

orbe hoc modo: Tres habuit filios, quibus terræ poſſeſſionem atque domicilium diſpertivit: Semo *Orientem ſive Aſiam majorem habitandam & colendam dedit:* Japheto *Europam cum Aſia minore:* Hamo *Africam. Idq́ factum eſt nato Pelego, ut ait Moſes, hoc eſt, anno mundi 1758. Non eſt autem exiſtimandum ſtatim has mundi plagas univerſas occupatas eſſe & cultas. Quomodo enim fieri potuit, ut in hæc ſeptentrionalia loca, aut alia ad occidentem vel meridiem ſita homines venerint, antequam humana gens fuit aucta? Serò tandem vel longò certè intervallò in multis regionibus habitari cœptum eſt. Primùm enim proximæ & fertiliſſimæ regiones occupatæ ſunt. Tum ubi aucta eſt incolarum copia & multiplicata frequentia, colonias deducere & migrare, ſedemq́ rerum & fortunarum alibi collocare oportuit. Eſt autem ſedes ſive fons totius Genealogiæ gentium & familiarum in genere humano, caput 10. Geneſis. Inde igitur propagatio gentis humanæ univerſa eſt cognoſcenda.*

ζα τῆς φύσεως, καὶ δεύτερος Ἀδάμ, ſemen generis humani & radix naturæ & alter Adam. Theodoretus

De Iapheto Europæ domino, & populorum in Europa propagatione.

Japheto *primas tribuit Moſes in recenſione poſteritatis Noami*, καθ᾽ ὕστερον πρότερον: *Cùm tamen Eccleſia & Monarchia poſtremis mundi temporibus, id eſt, in quarto, quinto, & ſexto millenario demum ad ejus poſteros in Europam, ad Græcos, Romanos, & Germanos pervenerit. Ex hoc gentes plurimæ ſunt ortæ, quæ habitant in tabernaculis Semi, hoc eſt, in Eccleſia vera, quæ ante in Græcia, nunc in Germania, & alijs Europæ regionibus viget.*

Eſt igitur pater Græcorum, Latinorum, Germanorum, omniumq́; occidentalium & ſeptentrionalium populorum. Græcis & Latinis eſt Japetus.

Filij Japheti ex Fundani, vel ut alij ſcribunt, Veſta uxore.

I. COMER. *Habitavit in Septentrionali regione, à quo orti & appellati ſunt* Cimmerij, *qui ad Pontum habitarunt, ſub cœlo craſſo & nebuloſo. Vnde* Cimmeriæ

meriæ tenebræ *dicuntur pro denſa caligine. Hi poſtea dicti ſunt* Cimbri, *quadam literarum mutatione, quæ crebra eſt in lingvarum transfuſione. Hoc nomen retinent hodiè Holſati, Sleſvicenſes. Item Cimbrica Cherſoneſus, quæ eſt Dania. Item* Sicambri, *qui hodiè ſunt Geldrienſes & Clivenſes. Cimbrorum inſigne fuiſſe tauri caput, ſcribit Plutarch. in vita Marij.*

II. MAGOG. *Sator gentis Scythicæ, quæ in tabernaculis habitat, ex quo* Turci *ortum habent. Nam & hi neq. urbes neque oppida muniunt, quemadmodum rudera florentiſſimarum urbium paſſim in Aſia, Syria, Ægypto, Palæſtina oſtendunt.* Scytha *Germanicè,* ein Schutz. *Vnde Saxonicum verbum* ſteiten. *Græci Scythas nominant, quos hodie Tartaros appellamus, ſcilicet gentes ſeptentrionales in Aſia.*

III. MADAI, *eſt pater Medorum.*

IV. JANAN *vel* JON. *Homero* Jaon. *Ionicæ & Græcæ gentis autor: à vino nomen habet.*

V. THUBAL, *Gentis Hiſpanicæ conditor, ſecundùm Beroſum. Latinè* germen, ein gewächs. *Fortaſſè à venis metallicis, quorum is monſtrator fuit.*

VI. MESECH *vel Moſech, tendens arcum, Myſis & Moſchis vel Moſcovitis initium & nomen dedit. Quamvis* Moſcovitæ *Græcam originem habere videantur, ex voce μόσχος vitulus, & βίος vel βίοτος victus, quaſi ex pecore viventes.*

VII. THIRAS *Thraciæ ſeu populorum in Thracia autor eſt, & ut videtur etjam Tyrigetarum vel Turingorum. Ex quo* Hieræ *fluvij interfluentis Erffurdiam nomen eſſe factum apparet, &* Erffurdiam *ipſam appellatam, quaſi Tyrofurdum vel Ier furdum per Syncopen. Chronicum autem Turingicum ait nominatam eſſe Erffurdiam ab Erf, molitore, & Furt, quod eſt tranſitus.*

Porrò ex Gomero filio Japheti natus eſt anno mundi 1787. Aſcenas, qui Latinè eſt ſacerdos ignis, id eſt, religionis & cultus divini antiſtes ſive magiſter.

Digitized by Google

ſter. *Vnde orti ſunt* Aſcanij, *quorum ſedes fuit in minore Aſia, ſed progreſſi ſunt poſtea in Germaniam unà cum Cimbris, & dicti ſunt* Teutones: *Saxonica verò Dialecto dicuntur* Tuiſcones, die Deutſchen. *Eſt enim* Tuiſcon *contractum nomen, compoſitum ex articulo Germanico* der/ *& Aſcenas, quaſi dicas,* der *Aſcon, quod eſt Tuiſcon, Germanicæ gentis conditor, & primus rex. Reliqua hinc eſt appellatio Aſcaniæ, ducatus ad ſylvam Herciniam. Hujus paterni nominis & originis meminiſſe Germanos æquum eſt, ut ad ſe pertinere ſtatuant curam & propagationem veræ religionis & cultum Dei ab autore Aſcane acceptorum. Atque hæc eſt Philippi Melanchthonis pia interpretatio: quam quidam improbant, quod natura linguæ Hebrææ non patiatur, ut Aſcenas, & inde derivati Aeſcanazim, hoc eſt, Germani, ignis ſacerdotes dicantur. Idcircò à Jacan & Naza malunt deducere, & diſperſos habitatores appellare. Quæ ipſa appellatio quoq; nos admonet*

Communis opinio Rabinorum fert Aſcanazim eſſe Germanos.

de incerta ſede noſtra in terris: Vt ad certum & immotum πολίτευμα *in civitate & Republica cœlitum totis animis & cogitationibus convertamur. Apparet eandem eſſe originem & nomen Thuſcorum in Italia, ſive Hetruſcorum, & Cheruſcorum.*

II. Riphat, ein Viehhaus. *Pater Ripheorum, id eſt, Sarmatarum & Henetorum. Riphæus Latinè eſt Gigas.* Heneti *ſunt Vandali, id eſt, vagabundi.* Sarmatæ *hodie Poloniam, Rußiam, Sirfiam, Illyriam & Boemiam incolunt, olim ad montes Riphæos, unde Tanais oritur, habitarunt.*

III. Thogorma. *Hunc progenitorem Germanorum fuiſſe contendit Hadrianus* Junius. *Nos verò* Germanos *à Manno nominari exiſtimamus, ut infrà de Germanorum regno dicetur.*

Ex Iavan ſeu Ione filio Japheti nati ſunt.

I. Eliſa, *ovis Dei mei, ex quo Æoles Græci in Aſia minori ſunt orti.* Æoles *autem*

Digitized by Google

autem dicti ſunt populi extra Iſthmum, præter Athenienſes & Megarenſes, ſecundùm Strabonem. Nam & Dores hac appellatione comprehenſos fuiſſe, cognoſci ex Pindaro poteſt, qui quamvis Doricè ſcripſerit: Poëma tamen ſuum αἰολίδα μολπὴν vocat.

II. Tarſis. Qui Tarſum condidit in Cilicia, S. Pauli patriam.

III. Cethim. Wundenhawer. Ex quo orti ſunt Macedones, quos Eſaias disertè Cithim vocat cap. 23. Item Cethæi, populi Macedonibus vicini. Quidam Scythas hinc ortos exiſtimant.

IV. Dodanim, id eſt, judices dilecti, à quo nomen accepit urbs in Epiro, ad quam oraculum Dodonæum frequentatum eſt.

DE CHAMO.

DE Chamo quæri poteſt, cur, cum maledict⁹ ſit, optimam tamen terræ partẽ obtinuerit, nec ſua cõtent⁹ fuerit? Nam ad Africam hæreditariam partẽ, Syriam etiam & Aſiæ majoris regiones vi adjecit: Fratres ſuos oppugnavit,

Cham, idem quod ardens, vel ater.

gnavit, & ignem idololatricum adorare ſuos ſubditos coëgit. Hoccine eſt, inquies, maledictum eſſe, ſic potentia, opibus & autoritate in mundo valere? Sera quidem eſt divini numinis vindicta, ſed certa tamen, & tarditatem gravitate penſat. Sic floruit quidem aliquandiu & dominatus eſt in terris Chamus, multosq́; ex ſe populos propagavit. Sed tandem tamen poſteri ejus pœnas juſtas Dei ſolverunt: cum ſolùm Chananæorum poſteris Semi, hoc eſt, Iſraëlitis, traditum eſt, in eoq́; ſedes Eccleſiæ & regni conſtituta. Ex hoc nati ſunt Cananai, Ægyptij, Æthiopes, & Arabes.

Filij Chami.

I. Chus, *pater Æthiopum & Arabum.*
II. Mitzraim, *conditor Ægypti, quæ hodiè à Turcis & Arabibus vocatur Mitzrim, id eſt, anguſti.*
III. Phut, *ex quo Libyi, & Mauritani in Africa.*
IV. Canaan, *id eſt, mercator, ex quo Cananai.*

Filij

Filij Chus, nepotes Chami præcipui ſunt.

Saba, *ex quo Sabæi in Æthiopia.*
Hevila *habitavit in India.*
Nimrod.

Filij Mitzraim, nepotes Chami.

I. Ludin, *ex quo Lydij videntur orti.*
II. Laabini, *ex quo Labies.*
III. Anamim, *ex quo regionem Cyrenaicam eſſe nominatam opinantur quidam, propter ſimilitudinem ſignificationis.* Enamim *enim ſignificat fontem aquarum*, Cirene *verò urbem fontis.*

Filij Canaan præcipui.

I. Zidon *venator, qui fuit conditor Sidonis, ex quo poſtea Tyrus colonia eſt deducta.*
II. Heth *conditor urbis Hebron, ubi Abraham quoq; habitavit.*
III. Gebuſi, *ex quo* Jebus, *quæ eſt* Jeroſolyma, *eſt dicta.*

Filij Semi fuerunt.

I. Elam, *id eſt, juvenis, à quo Perſæ,*

Digitized by Google

Elamitæ & Elymæi ſunt dicti. Nam regio Elam *eſt Perſia.*

II. Aſſur, *id eſt, beatus, à quo Aſſyrij dicti.*

III. Arphaxad, *autor Chaldæorum, natus anno mundi* 1659.

IV. Aram, *ex quo Syria nominata eſt, quippe quæ ab Eſaia vocatur Aram. Eſt igitur Syrorum pater Aram.*

Ex Arphaxad autem natus eſt Salah *anno mundi* 1724.

Ex Salah natus eſt Eber, *à quo Ebræi, ſeu gens Ebræa eſt nominata.*

Ebræi. Genealogia Abrahami.

Ex Ebero natus eſt Peleg, *ex Peleg* Regu, *ex Regu* Serug, *ex Serug* Nahor, *ex Nahor* Tarah, *qui fuit pater Abrahami. Ex hac Genealogia cognoſcitur, quomodo ex filijs Noha tribus gentes & populi tot, tamq́ diverſi ſint propagati, & in omnes mundi plagas diſperſi.*

Confutatio inanis gloriæ, quorundam populorum de antiquitate.

Fruſtra igitur & temerè gloriati ſunt Arcades, ſe ante Lunam fuiſſe, id eſt, Lunâ vetuſtiores eſſe: Theſſali, ſe ex lapidibus ortos eſſe: Athenienſes, ſe αὐτόχθονας *eſſe, id eſt, unà cum terra ipſa extitiſ-*

extitiſſe. Vt autem à Iapheto gentes in occidente & ſeptentrione, Cimbri, Thraces, Tartari, Medi, Græci, Latini, Germani, Itali, Dani, Scythæ deſcenderunt: A Chamo autem Cananæi, Æthiopes, Ægyptÿ, Numidæ, Mauri in meridionali plaga orti ſunt: Sic à Semo orientales populi, ſapientia & literis clari deducti ſunt, Aſſyrÿ, Chaldæi, Syri, Perſæ, Armenÿ. Hebræi tradunt ex tribus Noami filÿs ſeptuaginta duas gentes, & totidem etiam linguas eſſe natas, ſecundùm genealogiam ſeu recenſionem ſtirpium ſeu familiarum Iapheti, Semi, & Chami. Nam ex Iapheto linguæ 27. populi 200. Ex Chamo familiæ 364. linguæ 22. Ex Semo linguæ 27. gentes 406. progreſſæ ſunt, quæ efficiunt linguas 72. gentes verò mille.

Traditio Iudæorum.

De ſtatu Eccleſiæ & Politiæ poſt diluvium in ſecundo millenario.

Comparatio Caini & Chami.

Vt ante diluvium Cainus cultum Dei & politiam impiam introduxit: Ita

poſt

Digitized by Google

poſt diluvium Ecclesiæ Idolatricæ & novæ Politiæ autor extitit Chamus, & poſteri ejus. Ædificarunt enim civitatem, & turrim Babel, *cujus culmen ad cœlum uſq́; pertingeret, & pro Deo vero ignem ſacrum coluerunt, atque adorarunt in Chaldæa. Hæc prima poſt diluvium Idolatria fuit, & nominatur in hiſtorijs VR, Orimaſda,* Esiæ, *Veſta. Nam Orimaſda nihil aliud eſt, quàm ignis ſanctus, & lux divina:* Esiæ *verò ſeu Veſta ignem Dei denotat, ab Eſch, quo ignis ſignificatur, & Ja, quo Dominus. Eſtq́; ille ritus à flamma divina, quæ victimas corripere & conſumere ſolebat in ſacrificijs, ſumtus & à Perſis, Aſſyrijs, & Medis, tandem etiam à Romanis religioſè cuſtoditus, ut ignis perennis & pervigil in templis per virgines ſacerdotes conſervaretur. Perſæ verò etiam annuatim talem ignem equo impoſitum circumgeſtarunt in pompa frequente, quam rex ipſe, regni proceres, & turba ingens populi, ornarunt. Ita in maxima mundi parte à vera & avita religione ſancti*

Religio Chami.

Vr idẽ quod lux, Orimaſda ab Orim heſsed.

Digitized by Google

ſancti Noami diſceſſum eſt, autore & duce Chamo, & pro verô Deo Diabolus in forma ignis adoratus. Donec tandem innumerabilis deorum multitudo invecta eſt, eoq; Diaboli & hominum furor progreſſus, ut feræ, canes, ſerpentes, & alia fœdiſſima animalia pro Deo culta ſint. Formam quoq; Politiæ aliam inſtituit Chamus cum ſuis poſteris, & rejecta poteſtate patria, vi & armis cogere homines ad obœdientiam aggreſſus eſt. Politia Chami.

Japhetus verò paternæ quidem religionis, doctrinæ, & politiæ cuſtos fuit fidelis & ſtudioſus: ſed poſteri tamen illius paulatim diſceſſerunt à vero Dei cultu, & idola amplexi ſunt, ex quo idolis tota Aſia minor, & Europa impleta eſt. Quid enim aliud fuit omnis cultus Dei in his occidentis, & ſeptentrionis regionibus, quàm horrenda Idolatria, quando Solem, Lunam, & alia innumerabilia Idola homines coluerunt? Hinc Heſiodus ad triginta millia deorum numeravit, ut Crinitus ſcribit libr. 3. cap. 14. Innumerabiles verò prorſus Iapheti religio.

credi-

credi voluit deos Maximus Tyrius ſermone ſecundo. Varro 300. Joves paßim in orbe cultos numerat. Auguſtinus verò 30000. commentitia numina recenſet.

Semi Eccleſia.

Semus *porrò Patriarcha Eccleſiæ veræ, verbi divini præſes, & propugnator ſedulus in Salem habitavit, Deum verè coluit & invocavit: verbum ejus, & artes bonas docuit, Idolatriæq́, quoad potuit, adverſatus eſt. Sed tanta fuit idolatriæ Chamitarum autoritas, tantus ſucceſſus, ut in ſui amorem rapuerit etjam ſanctos Semi poſteros. Unde non dici poteſt, quantoperè aucta ſit Chami ſecta, imminuta verò Semi Eccleſia.*

De Turri Babylonica, quam lingvarum confuſio ſecuta eſt.

Strabo lib. 16. Geographi. Fuit Babylone Pyramis quædam quadrata ex latere coctili ſtructa, ſtadij, h. e. cubitorum 416

Anno mundi 1758. à diluvio verò 131. Nimrodus confidentiâ & temeritate ingenti inſtituit urbem & turrim ædificare altitudinis immenſæ, in oriente, quæ urbs poſtea ab eventu Babel, *vel* Babylonia, *à confuſione dicta eſt.*

eſt. Abſuit milliaribus 170. à Jeroſolyma. Cauſſæ autem ſuſceptæ ædificationis hujus fuêre. I. Ambitio, ſeu gloriæ cupiditas. Voluit enim Nimrodus ſibi nominis celebritatem parare. II. Ut haberet præſidium firmum contra diluvium & vim hoſtium. III. Ut novum imperium in terris conſtitueret. IV. Ut Idolatriam ſuam augeret, & ad ejus amorem, admirationemq́ue alios incenderet. Debuit enim turris iſta oraculum eſſe, ad quod accurrerent homines, tanquam ad ſedem Dei peculiarem. Ex hoc inſano conatu nata eſt fabula de Gigantomachia.

longitudine, cujus quodq; latus ſtadium continebat. Reliquię forſitan turris Babylonicæ fuerunt. Gigantomachia à Poëtis conficta & expreſſa ex inſano conatu Nimrodi in extruendâ turri cœlum attingente.

Peccata in ædificatione turris Babylonicæ commiſſa.

I. *Eſt confidentia, quia relicto Deo, præſidijs humanis ſe munire homines conati ſunt. II. Audacia conſtituendi novum imperium, deſpecta & repudiata autoritate patria. III. Dominandi libido, & opprimendi alios cupiditas. IV. Studium confirmandi & cumulandi Idolatriam.*

Pœna.

Digitized by Google

Pœna.

Confuſio lingvarum.

Pœna hujus inſani conatus eſt confuſio lingvarum. *Cùm enim antea univerſus populus in terris non niſi una lingva patria Hebræa eſſet uſus: Deus ex una illa multiplices, & penè innumerabiles lingvas & dialectos effecit. Hinc* Μέροπες *appellantur homines, quòd diviſas & diverſas habeant lingvas. Complectitur autem multa mala hæc confuſio. Primùm enim rumpit & turbat conſenſum atq; concordiam gentium & populorum. Quis enim dubitat, quin unà cum lingvæ confuſione, etiam ſenſus hominum confuſi ſint, & variare cœperint? Secundò impedit veram Dei agnitionem & cultum. Cùm enim Deus in veteri Teſtamento non niſi in Hebræa lingva ſeſe patefecerit: facilè intelligitur, quàm procul à vera Dei agnitione & cultu abfuerint gentes, quæ hujus lingvæ fuerunt ignaræ. Eſt autem magnus honos & reverentia tribuenda lingvæ ſanctæ, quæ & ſola incorrupta ab initio mundi in Eccleſia manſit, & Dei ver-*

Sermo index animi. Vt ergò oratio, ſic etjam animus.

Lingva ſancta.

verbum, oraculaq́ cæleſtia, tanquam fidelis cuſtos, conſervavit. Poſt ſanctam autem linguam colenda eſt, & cara habenda Græca, quam Deus ſic ornavit præ cæteris omnibus, ut Evangelij & Eccleſiæ novi teſtamenti hiſtoriam atq; theſaurum univerſum ea comprehendi, & per eandem propagari voluerit. Lingva Græca.

Tertiò honos quoq; habendus eſt ſermoni latino, per quem Deus totam verbi ſui & artium doctrinæ vim profundere, & explicare in poſtremis temporibus voluit, ut velut miniſtra linguæ Hebrææ, & Græcæ non immeritò habeatur. Latina.

Poſtremò Germanicam quoque linguam nunc tandem decoravit Deus, ut non ſolùm Eccleſiæ doctrina, ſed artium etiam in eam penè ſit transfuſa. Cæpitq́ adeò hæc lux Germanicæ linguæ nuper fulgere, cum doctrina Eccleſiæ, artes, leges, atq; diſciplinæ ſunt illuſtratæ per Lutherum, & id genus alios. Nam ante illam reformationem magnus fuit ſqualor ſermonis Germanici, nec alius ſermo ferè in literis, inſtrumentis, in curijs, & Germanica.

rijs, &

Digitized by Google

vijs, & judicijs eſt uſurpatus, quàm vitioſus Latinus: præſertim antè imperium Rudolphi primi.

Etſi autem non obſcurum eſt, quæ lingva ſit antiquiſſima in gente humana, nempè Hebræa, ab Adamo ad poſteros propagata: tamen Ægyptios non puduit, ſe omnium primos eſſe, gloriari. Cujus rei veritatem exploraturus aliquando Pſammetichus Ægypti rex, pueros duos in ſolitudine educari juſſit, ubi nullam audire poſſent vocem humanam. Exiſtimavit enim, eam lingvam antiquiſſimam eſſe, qua pueri ſine doctore uſuri eſſent. Hi poſt biennium producti in conſpectum regis, vocem Bec ſonuerunt, qua panem poſtularunt. Hæc cum Phrygum eſſet propria, judicatum eſt, Phryges omnium mortalium eſſe primos, Herodotus initio libri ſecundi.

De regnis mundi, & prima Monarchia.

Diſperſio gentium año mundi 1758. facta eſt.

Ex diſperſione filiorum, nepotum & conſequentium poſterorum Noami nata

nata ſunt paſſim in omnibus ferè mundi partibus complura regna. Semus in Oriente regnum & Sacerdotium inſtituit. Chamus cum ſuis in Africa, Ægypto, & Babylone regnavit. Non enim contentus fuit Africæ imperio, quod pater illi aſſignaverat, ſed alienum etiam regnum invaſit, & in Oriente dominatus eſt. Japhetus verò ſuorum quoq; regnorum initia quædam orſus eſt paſſim in Græcia, Hiſpania, & Germania. In Græcia quidem per Javan, ex quo Ionica gens originem traxit: in Macedonia per Chetim: In Hiſpania per Thubal: In Germania per Tuiſconem, vel Aſcenam, nepotem ex Gomer. Sed præcipuum & potentiſſimum omnium fuit regnum Chami, quod cum ſuis poſteris Babylone in Chaldæa incoavit. Voluit enim ille cum ſuis anteire cunctos in terra autoritate, potentia, viribus, dignitate, opibus. Iccircò Monarchiam condidit, id eſt, ejuſmodi regnum, quod excellentia ſua omnia alia mundi regna ſuperat & vincit, quaſi ſolum & unicum, Monarchia cujuſmodi regnum.

cui veluti capiti cætera ſubeſſe cogantur. Cætera enim regna quotquot in mundo extiterunt, vel adhuc exiſtunt, ad Monarchiam tanquam ad caput debent referri. Hoc voluiſſe Deus videtur, cùm Monarchiam inſtituit, ut videlicet deinceps uno principali imperio omnia mundi regna continerentur. Quod verò nulla Monarchia omnibus mundi partibus dominata eſt, ſicut nec hodie Monarchia Romana omnibus gentibus imperat, ſed exiguis finibus circumſcripta eſt: id confuſioni & perverſitati humanæ tribuendum eſt, quæ agnoſcere caput à Deo ordinatum non vult.

Autor verò primæ Monarchiæ fuit Nimrodus, vocaturq́ illa Babylonica, item Chaldæa, vel Aſſyria. Nam cum Babylonico regno in Chaldæa non multò poſt Aſſyrium regnum conjunxit Ninus, Nimrodi nepos. Cœpit hæc Monarchia anno mundi 1788. duravitq́ annos 1360.

Proſopographia Nimrodi.

Nimrodus fuit filius Chuſi, nepos

Chami,

Chami, pronepos Noami, vir ingentis animi, & ſtrenuus. Latinè rebellis, *Germanicè* Nimbrodt / *id eſt, eripiens panem ex faucibus pauperum. Is cœpit eſſe potens in terris, id eſt, robore, viribus, & opibus alijs omnibus antecelluit. Appellatur* robuſtus, venator coram Domino, *quia non ſolùm politicum imperium in homines ſibi ſumſit, ſed Eccleſiam ipſam quoq;, & religionem moderatus eſt, ut Turca primus & Papa poſt diluvium, & alter Cainus appellari poſſit. Eccleſiam absq; dubio afflixit, & ſpeciem religionis atque ſanctitatis magnæ præ ſe tulit: Sancto Semo regnum & ſacerdotium eripere conatus eſt, ut per vim & tyrrannidem cunctis dominaretur. Vt enim venator feras per plagas & inſidias irretit & capit: Sic Nimrodus homines vi, gladio, & religionis etiam prætextu ad amplectendum cultum impium, & faciendum imperata coëgit. Regnavit autem annos 56. & emiſſis principibus ſuis multa regna condidit, Aſſyriorum, Medorum, & alia paſſim in Aſia & Europa.*

Nomen.

Potentia.

Munſterus & Lutherus Gen. 20.

Injuſticiæ

Digitized by Google

De patria poteſtate ante Nimrodum, & cur eâ abrogatâ, Deus alia Politica imperia inſtituerit.

Inde uſq; ab exordio mundi, per annos mille, octingentos, non alius fuit magiſtratus in mundo, quàm patria poteſtas, vel paterna gubernatio. Erat enim in unaquaq; familia præcipua autoritas, atq; poteſtas judicandi, monendi, objurgandi, & caſtigandi reliquos natu minores penes eum, qui grandis erat natu, cæteroſq; ſapientia, conſilio & gravitate anteibat. Hoc erat æquiſſimum & moderatiſſimum imperium, quod juniores meritò ferebant, & patiebantur. Si qua igitur culpa fuit commiſſa, citatus atque adductus eſt reus ad natu maximum ſeu patrem, ab eoq; pro modo delicti vel caſtigatus, vel excommunicatus eſt, id eſt, à conſortio, conſuetudine, & convictu ejus familiæ ſeparatus & repudiatus eſt, à cæteris etiam pro reo, & excommunicato habitus, tantiſper donec pœnitentiam egit, & in ſuam familiam de-

nuò

nuò receptus eſt. *Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. ſcribit, patribusfamilias olim majorem in ſuos liberos, quàm heris in ſuos ſervos permiſſam fuiſſe poteſtatem. Ex quo intelligi poteſt, etiam conſequentibus temporibus facultatem vendendi & occidendi filium, vel alium quemcunque nepotem aut pronepotem ex ſua familia, ſi alio modo coërceri ejus furor fortè non potuit, datam patribus fuiſſe.*

Cauſſæ verò propter quas, poſthabita poteſtate patria, nova gubernationis forma ſuſcepta eſt, & Monarchia introducta, ſunt hæ: Prima: Petulantia & malitia hominum, qui ſeſe regi ampliùs paterno imperio non ſunt paſſi. Iccircò duriorem imperij formam conſtitui neceſſe fuit, quo non tam verbis, quàm armis & gladio obœdientia extorqueretur. Secundò vult Deus, Monarchiam eſſe officinam, & cuſtodem diſciplinæ, legum & juſticiæ in univerſo mundo. Ideò potentiam illi majorem, & arma attribuit, ut plus roboris habeat adverſus contumaces & delinquentes. Tertiò vult Cauſſæ conſtitutæ Monarchiæ.

Deus Monarchiam eſſe hoſpitium, & quaſi nidum Eccleſiæ militantis in hoc mundo, donec eam cæleſti ſuo hoſpitio recipiat Chriſtus.

Sedes Monarchiarum.

Porrò prima ſedes Monarchiæ fuit in Oriente apud Aſſyrios, & Perſas. Ex Oriente migravit in Occidentem, ad Græcos & Romanos. Poſtremò tranſijt in Septentrionem, ad Germanos, nec ulterius progreſſurum eſt hoc ſummum imperij decus. Non enim plures poſſunt eſſe Monarchiæ, quàm quatuor à Daniele prædicta, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum. Germanorum verò Monarchia non eſt alia quàm Romanorum, ſed ex ea propagata, tanquam ſoboles ſeu filia.

Sedes Eccleſiæ.

Ad eundem etiam modum Eccleſiæ ſedem primam præbuit Oriens, ubi Patres ſancti, Adam, Noah, Sem, & alij patriarchæ vixerunt, ubi etiam templum Domini fuit, ubi Meſſias promiſſus, exhibitus, concionatus, mortuus & reſuſcitatus eſt. Inde diſperſa eſt, & propagata in totum terrarum orbem, & in

omnes

omnes mundi angulos, in Europam, & Africam. Primaria autem ſedes Eccleſiæ ex oriente tranſlata eſt in Græciam, ex Græcia in Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Germaniam, Daniam, & alia loca ſeptentrionalia, atq; occidua. Vnde etiam rectà in cælum, per glorioſum Meſsiæ reditum ad judicandum mortuos & vivos, migratura eſt.

Quæſtio de Monarchiæ conſtitutione per bella.

Quæri etiam illud poteſt, an Deo placeat ejuſmodi Monarchiarum conſtitutio per vim, bella & tyrannidem? R. Imperium ipſum Deus non improbat, quia eſt ordinatio divina: Sed vitia quæ accedunt, non probat. Patitur autem bellis vexari, & vi cogi homines ad obœdientiam, propter peccatum. Tum oneribus etiam durioribus ſinit premi ſubditos in imperijs, ut caſtigentur, & ad pietatis, modeſtiæ, & obœdientiæ cultum flectantur. Hinc adeò fit, ut nullum imperium in terris tam juſtum ſit, quin aſperſam aliquam habeat labem vel libidinis, vel avaritiæ, vel rapacitatis, vel crudelitatis, vel negligentiæ. Tales næ-

vos etiam habuit hoc primùm Nimrodi imperium, nec caruit maculis regnum Salomonis, omnium ſapientiſſimi. Quas maculas ſeu vitia ab imperio ipſo ſive ordinatione Dei oportet ſeparari.

Carneadis dictum.

Carneades de Romanis dixit: Si æquitatem & juſtitiam ſpectare vellent, ad reſtim, vel certè ad caſas res eorum redituras eſſe, propterea quod omnis eorum potentia ex rapinis conflata eſſet. Quod ipſum etiam de Nimrodi imperio dici poteſt. Sed diſtingvendum eſt inter latrocinium & imperium. Latrocinium enim prohibet Deus, at imperium ſancit & approbat, nec rectè pirata captus Alexandro reſpondit: Cur, cum tu in terra prædéris, non liceat mihi in mari latrocinium exercere?

Heſiodi ætates.

Ex hiſtoria Monarchiarum, ſive ſtatua Danielis, quam in ſomno rex Nabogdonoſor vidit, natum eſt Heſiodi commentum de ætatum metamorphoſi: Cùm ex aurea argenteam, ex argentea æneam, ex ænea ferream eſſe factam finxit: Vt oſtenderet imperia mundi,

atq;

atq; adeò univerſam vivendi rationem ſingulis ætatibus deteriorem evaſiſſe. Quod quidem ſe ſapientia & corporis robore facilè conceſſerim. Id enim absq; dubio majus in primis hominibus fuit: Quanquam interim in hac ætate ultima artes variæ ſunt inventæ. Sed de moribus & victu verum ſit nec ne, dubitari fortè poteſt. Fuit enim terra ſtatim à lapſu maledicta, & labor in ſudore vultus homini impoſitus eſt, nec ſceleris, aut improbitatis ſpecies ulla ante, & poſt diluvium abſuit.

Series Regum, ſive Imperatorum in prima Monarchia, quorum ſedes partim Babyloniæ, partim in urbe fuit Ninive.

Primus Nimrodus, anno mundi milleſimo, ſeptingenteſimo, octogeſimo ſeptimo, regnavit annos 56.

II. Belus, qui & Saturnus fuit dictus, anno mundi 1343. regnavit annos 65.

III. Ni-

Digitized by Google

III. Ninus de ſtirpe Aſſur, qui ab alijs Jupiter appellatur, & Niniven condidit, anno mundi 1908. Hic tranſtulit Monarchiam à familia Chami ad Semi ſtirpem, in qua etiam manſit Aſſyriorum pariter, & Perſarum Monarchia. Nam Aſſyrij & Perſæ ex Semo deſcendũt.

Translatio Monarchiæ à familia Chami ad ſtirpem Semi.

Nec armis tantùm & vi, ſed falſo etjam religionis prætextu imperij ſui fines dilatavit. Extruxit enim templa magnifica in media urbe Babylone, in ijsq́ imagines patris ſui Beli, & matris Rheæ collocavit, additis privilegijs magnis: ut commune quaſi quoddam aſylum ibi omnium reorum conſtitueret. Eò igitur confluxerunt undique quotquot fraudes conceperant, & conſcientiam ſceleribus contaminatam habebant. Acceſſerunt etiam falſa miracula, quibus Satanas hominũ mentes improvidas circumvenit, & in errore confirmavit. Inde igitur non dici poteſt, quantus cumulus idolatriæ extiterit: Certè idola Beli & Baalim longè lateq́ diſſeminata ſunt, & multis ſeculis culta.

Origo Peli & Baalim Idolorum.

Baal

(Baal Dominus, Germanicè Bule. Et Baal Zebub muſcarum Dominus, eò quòd in illius templo muſca nulla fuerit, quemadmodum etiam in palatio Venetiano nulla conſpici dicitur, in Toletano verò unica.)

Impoſuit aliquando hic Ninus uxori vel concubinæ ſuæ Semiramidi petenti coronam regiam, poteſtatemq́; omnem regnandi ad diem unum, vel ut alij ſcribunt, ad dies, quinq; conceſſit. Hac accepta Semiramis Ninum in carcerem cõjecit, vel ut alij ſcribunt, occidi à ſatellitibus juſſit, anno mundi 1960. & annos quadraginta duos imperavit. Vrbem Babylonem mirè exornavit, & ampliavit, ut duodecim milliaria Germanica complecteretur. Muros ejus fecit altos cubitos ducentos, latos verò adeò, ut currus currui occurenti poſſet cedere. Hortum penſilem ædificavit lapideis columnis inſiſtentem, tanta arte & ſolertia, ut inter ſeptem miracula mundi numeratus ſit. Hæc Babylon caput mundi fuit, & regia ſedes ampliùs mille ſexcentis annis: donec à Xerxe funditùs everſa & deleta eſt, & Semiramis virago imperat Chaldæis. Strabo lib. 16.

facta

facta μεγάλη πόλις, μεγάλη ἐρημία, magna civitas, magna vaſtitas. Hoc tempore in ruinis tota jacet, ita ut ne tuguriolum quidem unum habeat reliquũ, in quod divertere peregrinantes queant. Eſtq́; locus iſte, ubi ſita fuit, totus inacceſſus propter beſtias venenatas, quas Perſico nomine Eglo vocant, majores lacertis, bicipites, & varijs coloribus ſparſas. Viſuntur tamen rudera quædam arcis & turris, quam Nimrodus magnus ædificare cœpit, ut nubes cœli attingeret. Sic re eventuq́; comprobatum atq; completum eſt Eſaiæ vaticinium cap. 13. de extrema vaſtatione Babylonis, ut nec Arabis tuguriolum, nec paſtoris caſa illic reperiatur, ſed beſtiæ immanes, Struthiones, Satyri ſaltantes, & Dracones amœniſſima illa loca incolant. Bagadet verò, quæ & Baldac appellatur, urbs eſt populis & mercatoribus affluens, ſub Turca, ad Tigrim ſita, itinere unius diei & dimidij, vel ut Strabo ait, ſtadijs trecentis verſus Orientem à vero loco Babylonis diſtans. Hac ex ruderi-

deribus Babylonis condita eſt, & à perlabente Tigride in duas urbes ſcinditur, quarum una Seleucia olim, altera Cteſiphon, autoribus magnis Strabone & Plinio, appellata fuit. Hæc narratio ex hodœporico Leonarti Rauvolfij medici Auguſtani ſumta, omnium quos hactenus ſecuti ſumus fidem ſuperat. Is enim non quid alij ſcripſerint attendit, ſed loca ipſa ad Euphratem & Tigrim ſolertia incredibili anno 74. ſupra milleſimum quingenteſimum inſpexit & exploravit.

Ninive autem everſa & vaſtata eſt à Cyaxare Medo, an. mundi 3372. complexa eſt milliaria germanica quindecim Herod. 1. lib. Ab eo tempore in ruinis jacuit. Hodie urbs Aſſyriæ Moſſel in majoris Armeniæ finibus, cum quibusdam oppidulis, eo in loco ſita eſſe creditur, quo olim Ninive ſtetit. Incolitur ea regio à Curtis, quos Carducos vocat Ptolemæus ſub imperio Turcico.

Adjecit Semiramis imperio ſuo Æthiopiam & Indiam.

Iuſtinus narrat lib. 1. Ninum ſuſcepiſſe Iuſtini hiſ

ſtoria incipit à Nino & Semiramide.

piſſe expeditionem adverſus Zoroaſtrem Bactrianorum regem, qui incantator fuit inſignis, eumq́ interfeciſſe. Semiramidem verò regnâſſe loco filij ſui impuberis, & res magnas geſſiſſe.

Poſtremò in libidinem nefariam prolapſa eſt Semiramis, & concubitum filij ſui Niniæ appetivit. Ideoq́ ab eo occiſa eſt, anno mundi bis milleſimo ſecundo, Juſtinus, Diodorus. Conſtruxit ſibi ſepulcrum addita tali inſcriptione: *Quicunq rex pecunijs indiguerit, ſi hoc monumentum aperuerit, petuniarum quantum volet, inveniet.* Aperuit aliquando Darius, ſed nihil niſi hanc inſcriptionem invenit: *Niſi vir malus eſſes, & pecunijs inexplebilis, mortuorum ſepulcra non violaſſes.* Herodotus lib. 1.

Continua ſucceſſio regum Babylonicorum.

Poſt Semiramidem rex factus eſt filius Zameis Ninias, & poſt eum conſequentes Reges, continua ſerie & ſucceſſione regnum Babylonicum, ſive Aſſyrium adminiſtrârunt, uſque ad Sardanapalum, cui propter effuſas in omni intemperantia libidines regnum ereptum eſt,

eſt, & ad Medos tranſlatum, Anno mundi 3148. Sunt autem Babylonicorum regum res obſcuræ, vel propter ignaviam ipſorum, vel propter hiſtoricorum inopiam. Complexum eſt hoc imperium præfecturas centum viginti ſeptem, inter quas Ægyptus quoque fuit, duplo quàm Galliæ regnum amplior.

In Ægypto regnare cœpit Ham, circa annum mundi 1793.

In Hiſpania Tubal Japheti filius, circa annum mundi 1799.

Sicyone in Achaia Ægialeus, circa annum mundi 1880.

De Germanico regno in tertio millenario dicetur.

Italiam Aborigines tenuerunt, qui poſtea Latini ſunt dicti, ex quibus Romanum imperium ex ortum.

Series ſanctorũ Patrum, ſive doctorum in Eccleſia.

I. *Noamus, qui vixit à diluvio trecentos quinquagiuta quinque annos, mortuus eſt ætatis ſuæ anno nongente-*

ſimo, quinquageſimo, nempe in initio millenarij tertij, anno mundi 2006. I.I. Semus. III. Arphaxat, natus anno mundi 1659. IV. Salah, 1694. V. Eber, 1724. VI. Peleg, 1758. VII. Regu 1788. VIII. Serug, 1820. IX. Nahor, 1850. X. Thara, 1879. XI. Abraham, 1949. Patriarcha, & rector futuri millenarij tertij, in UR *Chaldæorum, id eſt, in media Nimrodi Idolatria, ubi ignis Dei loco adorabatur.*

MILLENARIVS
Tertius Mundi.

H*Vjus millenarij gubernator fuit Abrahamus, pater ſeminis benedicti; cum ſuis poſteris, Iſaac, Jacob, Moſe, Joſua, Judicibus ſive principibus, ſacerdotibus duobus, Eli & Samuele, ac regibus, uſq; ad Eliam Prophetam, cujus ætas in mediam mundi ætatem incidit. Hæc enim fuerunt Eccleſiæ lumina in tertio millenario. Politicum verò imperium geſſerunt Zameis Ninias, qui & Amraphel*

raphel dicitur Geneſ. 14. filius Nini, & Semiramidis in Monarchia Babylonica & Aſſyria. Poſt hunc Arius, Aralius, & conſequentes non admodum celebres uſque ad Sardanapalum, qui infrà in millenario quarto recenſentur. Duravit hæc Monarchia prima annis mille trecentis ſexaginta, ſecundùm Diodorum.

Axiologa ſeu memorabilia acta tertij millenarij in Eccleſia.

I. *Hiſtoria patriarchæ Abrahami.*
II. *Repetitio promiſſionis Meſſiæ.*
III. *Circumciſio.*
IV. *Hiſtoria conflagrationis Sodomæ & Gomorræ.*
V. *Hiſtoria Melchiſedeci, Loti, Iſaici, Jacobi, Joſephi.*
VI. *Eductio populi Iſraëlis ex Ægypto.*
VII. *Curriculum quadraginta annorum in deſerto.*
VIII. *Tranſitus per Jordanem, & occupatio terræ ſanctæ.*
IX. *Gubernatio populi Dei per Judices & Sacerdotes.*

X. *Nova inſtitutio regni in populo Dei.*

XI. *Templum Salomonis.*

XII. *Diſtractio regni.*

In politia.

I. *Continua ſeries & ſucceßio regum in Monarchia Babylonica.*

II. *Diluvium Deucalionis.*

III. *Hiſtoria Herculis & Theſei.*

IV. *Argonautica expeditio in Colchidem.*

V. *Bellum Thebanum.*

VI. *Trojæ excidium.*

VII. *Sibyllæ, Poëtæ, & Philoſophi.*

VIII. *Adventus Æneæ in Italiam, & Latinorum regnum.*

IX. *Regnum Germanorum.*

HISTORIA Abrahami.

In Abrahami hiſtoria notanda ſunt præ cæteris hæc capita:

I. *Vocatio ex* Ur *Chaldæorum.*

II. *Peregrinatio & exilium.*

III. *Re-*

Digitized by Google

III. Repetitio promiſſionis de Meſſia, & terra Canaan.

IV. Teſtimonium de articulo Juſtificationis.

V. Diviſio terræ cum Loto patruele.

VI. Bellum cum regibus quatuor.

VII. Obœdientia in immolando filio unico.

Primùm. UR *Chaldæorum Plutarchus in vita Alexandri Orimaſda appellat, quod eſt ignis Chaldæorum. Ignē enim colebant & adorabant Chaldæi, & Perſæ prava quadam imitatione, & diabolico impulſu, quod igni ex alto delapſo victimas patrum incenſas eſſe audierant. Iccircò Deum ex igne faciebant & honorem Deo debitum illi tribuebant. Huic idolatriæ deditus quoq; fuit Abrahamus: Sed Deus miſertus illius revocavit eum ad ſocietatem veræ Eccleſiæ Semi, ut pater fieret omnium credentium. Sic ergò ex Idolatra ardens & ſincerus cultor Dei factus eſt.*

VR, etiam civitas ipſa vocatur in Chaldęa, Abrahami patria, quæ hodiè eſt Orchoe, 156. milliaria diſtans ab Hieroſolyma.

Secundò. Peregrinationes ejus præcipuæ & maximæ fuerunt hæ: Anno mun-

di 2020. ex Chaldæa cum patre Tharah, uxore, & Loto patruele migravit in Haran, civitatem Meſopotamiæ, itinere 84. milliarium, ibiq́ quadriennio manſit. Ex Haran profectus eſt in terram Canaan, per milliaria centum, natus annos ſeptuaginta quinque, & primam ſedem fortunarum ſuarum collocavit in Sichem, poſtea in Bethel. Inde

Exilium Abrahami.

pulſus fame in Ægyptum profugit per milliaria 60. ubi in periculum incidit cauſa uxoris in gynecæum Pharaonis tranſlatæ: Sed inde tamen Dei benignitate liberatus eſt. Ex Ægypto reverſus, relicta Bethel, migravit in Hebron, quæ milliaribus quinq; ab Jeroſolyma diſtans præbuit tandem Saræ, Iſaaco, & Jacobo ſepulturæ locum. Nam Abraham ibi emit agrum ſiclis 400. hoc eſt, centum groſſis Joachimicis. Inde diſcedens venit in Dan, & tandem in Gerar, ubi ſurrepta ejus conjuge ab Abimeleco rege Gerar in diſcrimine magno verſatus eſt: Sed Deo tamen vindice evaſit, recuperata conjuge inviolata. Habitavit deinceps

in

in Berſeba, ubi mandata eſt ei immolatio filij. Hac abfuit à Jeroſolyma circiter decem milliaria.

Poſtremò cum compleviſſet annos centum ſeptuaginta quinque, mortuus eſt, & ſepultus in Hebron, anno mundi 2124.

Tertiò. Repetitio promiſſionis de Meſſia & terra ſancta. Anno mundi bis milleſimo, viceſimo quarto, promiſſus eſt Abrahamo Meſſias his verbis: Benedicentur in te omnes gentes terræ. Eadem promiſſio repetita eſt anno mundi bis milleſimo, ſexageſimo ſecundo: cum obœdientiam ſuam declaraſſet Deo Abrahamus in immolando filio ſuo his verbis: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Quæ promiſſio tanquam gemma elucet in hoc tertio millenario. Conſolatur autem primùm Eccleſiam in toto mundo, ne deſperet de ſalute primis parentibus promiſſa in naſcituro Meſſia ex muliere. Deinde docet Meſſiam eſſe Deum & hominem: Deum, quia benedicit: Hominem, quia eſt ſemen

Abrahæ. Tum monet beneficia ejus pertinere communiter ad Judæos & gentes. Addidit autem Deus etiam promiſſionem terræ certæ, ſive ſedis Eccleſiæ in terra ſancta, melle & lacte affluente. Præterea filium etiã pollicitus eſt, & dedit, qui hæres eſſet promiſſionis ſpiritualis pariter & corporalis.

Quartò. De fide juſtificante expreſſum & illuſtre teſtimonium ſuppeditat hiſtoria Abrahami. Sic enim de eo affirmat Scriptura Geneſ. 15. Credidit Abraham Deo, & imputata eſt ei Juſticia, vel ut Chaldæa habet tranſlatio: Reputavit hoc illi Dominus ad Juſticiam. Certum eſt igitur, non opere ullo, aut meritô nos conſequi remiſſionem peccatorum, juſticiam, aut ſalutem æternam, ſed fide ſola accipiente promiſſionem de Mediatore Chriſto, in eaq́ acquieſcente.

Quintò. Æquitatis ſeu moderationis admirandum exemplum præbuit Abrahamus, cum ceſſit Loto, multò inferiori ætate & dignitate, æquiśq́ conditioni-

tionibus litem inter paſtores ſuos & Loti compoſuit. Cùm enim uterq; Abrahamus & Lotus, greges haberent magnos, ut unà habitare absque diſcordia paſtorum aut familiæ non poſſent: dedit optionem Loto Abrahamus, ut partem, quamcunq; vellet, ſibi eligeret, ſive ad dextram, ſive ad ſiniſtram: monens hoc ſuo exemplo, ut alter alteri cedat, in ijs præſertim rebus, quæ nec Deo, nec communi vitæ nocent.

Sextò, de bello Abrahami: Quinq; reges Sodomæ, Gomorræ, Adamæ, Seboim, Zoar fuerunt tributarij regis Babylonis Amraphel, vel Zameis Ninias V. rex Babylonicus, & Aſſyriæ, annis triginta. Sed ab eo defecerunt, & rebelles facti ſunt. Ideoq; Amraphel cum alijs regibus tribus Aſſyriæ, Perſiæ, & Syriæ bellum eis intulit, ut hanc defectionem vindicaret, & ad obœdientiam rebelles revocaret.

Eventus: Victi ſunt reges Sodomæ & Gomorræ in hoc bello, & exuti omnibus fortunis & facultatibus. Fuit autem ci-

vis Sodomæ Loth, patruelis Abrahami. Hic ergò cum unà abductus eſſet à regibus, juſta & pia induit arma Abrahamus, & aſſumtis trecentis octodecim adoleſcentib. de familia ſua, inſecutus eſt victores in Phœniciam uſq; per milliaria ampliùs 20. diviſoq; exercitu, & quidem noctu, eos oppreſſit, & recuperavit Lotum, aliaq; ſpolia, quæ hoſtes ſecum abduxerant. Hoc eſt primum bellum, quod Moſes deſcribit, de quo quæri poteſt, num juſtam habuerit cauſam Abrahamus perſequendi hoſtem? Sed reſpondeo: Juſtam fuiſſe cauſam Abrahami: Primùm enim abſque ullo dubio divinitùs ad perſequendum hoſtes excitatus eſt: alioqui certè cum tam paucis adoleſcentibus tantum exercitum adoriri auſus non eſſet, neq; vincere etiam, cædere, & fugare tam potentes reges potuiſſet.

Secundò. Senſus fraterni amoris, ſive naturalis amor erga Lotum incendit & impulit eum, ut omnem expediendæ ſalutis rationem quæreret.

Tertiò. Naturalis quoq; ratio concedit,

cedit, ut bello victus ſeu ſpoliatus, per juſtum bellum libertatem priſtinam recuperare ſtudeat. Quemadmodum Arminius Germanorum dux defecit à Romanis, & legitimo bello totum exercitum eorum cum duce Varo delevit, ut infrà in millenario quarto dicetur. Lutherus nominat hanc victoriam Abrahami miraculum, quod in juſſu divino expeditio ſuſcepta ſit, & à paucis innumerabilis penè exercitus profligatus.

De Circumciſione.

Anno mundi 2048. mandata eſt Abrahamo circumciſio à Deo, ut eſſet fœdus ſive ſigillum juſtitiæ, id eſt, teſtimonium gratiæ ſeu voluntatis Dei benignæ in Abrahamum, & ſimul confirmatio fidei Abrahami in Deum. Præcipiebatur autem circumciſio ejus partis corporis, ex qua ſemen ſive ſoboles propagatur, ut eſſet commonefactio de venturo ſemine, id eſt, de promiſſo Meſſia. Etſi autem per verbum & promiſſionem Meſſiæ

Digitized by Google

Meſsiæ jam ante Deus Eccleſiam ſuam confirmavit, & à gentibus diſtinxit: tamen hoc circumciſionis ritu magis eam à reliqua turba atq; colluvione generis humani ſeparavit: ut jam velut ſigno ſublato emineret in mundo, & conſpici poſſet uſque ad natum Meſsiam, cujus nota eſſe debebat nova illa & mira ceremonia.

Hiſtoria conflagrationis Sodomæ.

Non multò poſt inſtitutam circumciſionem, Pentapolis, hoc eſt, regio quinque civitatum, cœlitus igne demiſſo, deleta eſt. Hæc ſita fuit ad Iordanem, ſex milliaribus ab urbe Jeroſolyma, haud diſsimilis paradiſo, propter amœnitatem & fœcunditatem.

Cauſſæ hujus horrendæ pœnæ erant: I. Contemtus verbi divini. II. Faſtus. III. Tyrannis. IV. Oppreſsio pauperum. V. Effuſæ in omni intemperantia libidines. VI. Inhoſpitalitas.

Eventus: Admonuerat Deus non ita pridem Sodomitas, & vicinos populos de pœnis

Digitized by Google

pœnitentia agenda, per cladem à quatuor regibus acceptam. Nec defuerunt illis admonitiones Semi, vicini Epiſcopi, pij & fidelis. Movere eos etiam Abrahami & Loti pietas debuit, nec ita remotum à memoria eorum erat diluvij exemplum: Sed non potuit eos ullus pœnarum metus, aut ulla hominum autoritas, comminatioq́ ad meliores mores flectere. Iccircò neceſſariò oppreſſit eos pœna, cujus ipſe filius Dei executor fuit; ſicut expreſſe in Moſe dicitur: Pluit Dominus ignem & ſulphur à Domino de cælo ſuper Sodomam, & reliquas urbes; & convertit illas cum tota illa regione, & omnibus incolis in lacum pice & ſulphure perpetuò ardentem. Qui vocatur mare mortuum, à vapore ſcilicet venenato, qui exhalat, & pecudes, avesq́ appropinquantes interimit. Vocatur etjam lacus Aſphaltites, à Græca voce ἄσφαλτος, quod eſt bitumen. In hanc quicquid conjicitur, ſupernatat. Veſpaſianus Imperator maleficos nonnullos manibus poſt tergum religatis injecit, Lacus Aſphaltites.

qui

qui quoque natarunt, nec ulla vi opprimi potuerunt. Aqua hujus lacus ter mutatur in die, ejicitq́ ignem & favillas. Naſcitur in eodem Tyrus ſerpens, ex quo Tyriaca conficitur. Extat Egeſippi narratio, quæ ſic habet, lib. 4.

Arsêre terræ, ardent aquæ, in quibus cæleſtis ignis reliquiæ cognoſcuntur, atq; adhuc manent. Spectes illic poma ſpecie viridantia, formatos uvarum racemos, ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem: Si capias, fatiſcunt, & reſolvuntur in cinerem, fumumq́ excitant, quaſi adhuc ardeant.

Ludovicus Romanus affirmat lib. 1. navigationis, cap. 10. ſupereſſe adhuc collapſarum urbium veſtigia, tanquam iræ divinæ teſtimonia. Hic finis fuit, hic exitus populi Gomorræ, faſtu, luxuria, libidine, impietate, & egenorum contemtu iram Dei & pœnam horrendam in dies ſingulos furenter ſibi accumulantis. Hoc voluit exemplum eſſe Deus omnibus impijs, ut in ſimilibus delictis ſimilem pœnam eſſe ſecuturam certò ſtatuant.

DE

DE LOTO.

LOtus comes fuit patrui ſui Abrahami, cum quo, relictis omnibus, in terram Canaan profectus eſt, & ſocium exilij atq; ærumnarum ejus ſeſe præbuit. Petrus vocat eum auribus & oculis juſtum, quòd ſancta dicendo & faciendo placere Deo ſtuduerit. Habitavit autem inter cives Sodomæ, qui animam ipſius juſtam iniquis factis excruciârunt: dum ſpectator tantæ contumaciæ ipſorum in atrocibus delictis fuit: Quod multò acerbius eſt, quàm corporis cruciatus perferre. Sed eripuit tamen illum Dominus ex calamitate, & inter fluctus atque procellas pœnarum clementer ſervavit. Miſit enim ad eum angelos duos, qui manu ejus prehenſa cum uxore, & filiabus eduxerunt eum, & in loco tuto collocârunt. Generos habebat, quibus filias ſuas deſponderat, eos ſecum educere cupiebat, ſicut ab angelis mandatum etiam ei erat: Sed illi profana ſecuritate Lotum deridebant. Proinde cum turba etiam ſcelerata perierunt.

Peregrinatio.

Sedes inter impios.

In

Error Loti. *In hoc vehementer errabat Lotus, quòd filias ſuas proſtituere furioſis Sodomitis volebat, ut angelis hoſpitibus parcerent. Sed errorr erat ex perturbatione animi ortus. Impetravit autem Lotus ſuis precibus id, quod maximè expetivit, ut de monte, in quem eductus erat ab angelis, in oppidum Zoar migrare ſibi liceret. Pepercitq́ adeò Dominus huic oppido propter preces Loti.*

Vxor. *At uxor ejus, cùm contra mandatum Dei reſpexiſſet ad Sodomam, ut eventum pœnæ prædictæ oculis ſuis cerneret, obriguit, & verſa eſt in ſalis ſtatuam, id eſt, in cumulum, vel ingentem lapidem, ut videlicet teſtimonium ad omnem poſteritatem divinitùs punitæ incredulitatis, vel inobædientiæ extaret. Hanc tamen corporalem non animæ aut æternam pœnam fuiſſe conſentaneum eſt. Scribit Bernardus de Breitenbach conſpici adhuc ſtatuam uxoris Loti, ac ſalis inſtar fulgere.*

Salis ſtatua. *Sed Hebræi ſalis ſtatuam pro perpetua interpretantur. Atq; hæc quaſi epitaſis fuit curriculi Loti in hoc mundo.*

Digitized by Google

do. Poſtremus autem actus labe turpitudinis aſperſus eſt, cùm ebrius factus inceſtam cum filiabus conſvetudinem habuit. Quanquam idipſum quoq; factum excuſatione, aut venia aliqua dignum eſſe videtur, quod videlicet in magno animi dolore & perturbatione, vino largiùs ſumpto ebrius factus tali concubitu inceſto ſeſe contaminaverit, nec conſultò aut cogitatò, ut libidinoſi ſolent, id fecerit. Filiæ autem in ſolitudine viventes putârunt, jam iterum eſſe actum de gente humana, nec ſpem ullam propagationis ſupereſſe. Iccircò ne interiret genus humanum, conſilium hoc de concubitu cùm patre ſuſceperunt. Factum verò ipſum per ſe malum eſt, tàm Loti patris, quàm filiarum ejus, deformavitq; Eccleſiam. Nec impunitum etiam abſque ulla dubitatione eſt relictum. Nam & Moab & Ammi ex hoc concubitu procreati, unà cum poſteris ſuis Moabitis & Ammonitis fuerunt hoſtes Eccleſiæ, & Lotus ipſe dolorem ingentem ex eo facto accepit. Ita pœnæ

Inceſtus.

Moab, id eſt, à patre.
Ammi, id eſt, populus meus.

huius inceſtus complures fuerunt. Primùm, quòd nati ex eo liberi hoſtiliter Eccleſiam oderunt. Secundò, quod mœrore affectus eſt Lotus, quem etiam fortaſſe per totam vitam ſuam in animo circumtulit. Tertiò, quòd mentio ejus in Biblijs nulla ampliùs habetur. Conſentaneum eſt autem, Abrahamum ejus fuiſſe miſertum, recepiſſeq́ eum, & aluiſſe cum filiabus, quoad vixit. Non enim ampliùs domum aut familiam propriam habebat, poſteaquam ſemel in communi incendio Sodomæ omnia ejus bona perierant. Data optione ab Abrahamo delegerat ſibi Lotus habitationem inter impios Sodomitas, amœnitatem, credo, & fertilitatem loci ſecutus. Iccircò cum impijs quoq; priùs abductus, & poſtea, igne cœlitùs delapſo, omnibus fortunis exutus eſt. Quod autem acta pœnitentia veniam lapſus tàm horrendi conſecutus ſit, ex eventu cognoſcitur. Nam poſteris ejus benefecit Deus, dum ſedem illis in Arabia petræa tribuit, expulſis inde gigantibus, & parci iiſdem

Reliqvum vitæ curriculum Loti.

dem juſſit ab Iſraëlitis, Devt. 23. Num. 21. Ipſi verò ingrata Deo nihilominus fecerunt, & populum ejus oderunt.

Hiſtoria Melchiſedeci.

Melchiſedec non eſt proprium, ſed appellativum nomen, Epitheton ſcilicet, vel cognomentum Semi, ab officio ſancto inditum. Fuit enim rex, juſticiæ, vel rex juſtus, ætate, ſapientia, iuſticia cunctis ejus temporis hominibus antecellens. Sacerdos equidem altiſſimi fuit, quia benedixit Abrahamo, id eſt, gratiam, & æterna bona illi annunciavit, viciſſimq; illi Abraham decimas dedit de omnibus tanquam Epiſcopo ſeu pontifici Eccleſiæ ſummo. Rex verò appellatur, quòd autoritate paterna, & conſilio bono Eccleſiæ præfuit, in eamq; curam omni contentione incubuit, ut promiſſio de venturo ſemine conſervaretur & propagaretur. Fuerunt enim ijdem olim reges & ſacerdotes, quod ex Ariſtotelis etiam Politicis cognoſci poteſt. Rex Salem dicitur, Rex Salem.

I 2 quod

quod habitârit in illa urbe, quæ primùm Salem, poſtea Jebus, & tandem Ieruſalem appellata eſt. Nam Joſephus lib. 1. ἀρχαιολογίας, *ait, urbem, quæ priùs Salem dicta fuit, à Melchiſedeco conditam eſſe, & deinde ab extructo per eum templo, quod* ἱερὸν *Græci vocant, Jeroſolymam eſſe appellatam, quaſi ſit Ieruſalem Græca & Hebræa vox, compoſita ex nomine* ἱερὸν *templum, & ſalem, id eſt, pax, ſeu felicitas. Vnde fit ut Græci, & qui eos imitantur Latini, Hieroſolymam malint ſcribere, quàm Ieruſalem: Cùm tamen Hebræa ſit tota, & Latinis idem, quod viſio pacis denotet. Eſt autem appellatio convenientiſſima illi loco, in quo promiſſio ſonuit de Chriſto, pacis omnis & felicitatis autore, undeq; Evangelium pacis, tanquam ex ſacro, auguſtoq; fonte ad omnes gentes emanavit. Hic redeuntem ex prælio Abrahamum excepit, & prolato pane & vino pavit, atq; refecit ipſum, & ejus exercitum, tum benedictionem etiam addidit, gratias agens Deo pro illuſtri victoria, & in fide*

Hieroſolyma.

vera

vera Abrahamum confirmavit. In Epiſtola ad Hebræos ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, expers patris & matris appellatur Melchiſedecus, cauſa collationis cum Chriſto. Vnde Epiphanius contra hæreſes lib. 3. Tomo. 3. hæreſi 55. ait: Melchiſedec homo erat. Quod autem ſine patre, ſine matre dicitur, non eò, quòd patrem, aut matrem non habeat, dictum eſt, ſed quod non ſunt manifeſtiſſimè in ſcriptura nominati parentes illius. Quod ſic intelligi oportet: Semus quidem patrem & matrem habuit, Noamum: Sed Melchiſedecus, quatenus appellativum eſt, expreſſum in ſcripturis patrem & matrem non habet. Idq́ eam ob cauſam, ut ſignificetur Chriſtum, verum Melchiſedecum, neq́ patrem, neq́ matrem, more aliorum hominum, habere, ſed Dei cœleſtis patris, & puræ virginis Mariæ filium eſſe. Vnde dicunt Iudæi Iohan. 7. Chriſtus cùm venerit, nemo ſcit, unde ſit. Mortuus eſt autem Melchiſedech anno ætatis 600. à morte Abrahami trigeſimo quinto. Vtriuſq́ pœnæ

Melchiſedecus expers patris & matris.

diluvij & conflagrationis Sodomorum ſpectator fuit.

De obœdientia Abrahami in immolando filio Iſaaco & migratione Saræ ex hac vita.

Anno mundi bis milleſimo, ſexageſimo ſecundo, tentatio ingens Abrahamum arripuit. Cùm enim vix annos tredecim natus eſſet Iſaacus filius, juſſus eſt eum mactare pater Abrahamus. Multa hîc concurrerunt, quæ animum ejus diſtraxerunt, & ſupra omnem modum perturbârunt. I. Vnicus is erat filius. II. Conceptus & editus erat ab anu effæta & ſterili contra naturæ ordinem. III. Spes & hæres erat unicus gentis ſeu familiæ, & promiſſionis. IV. Pius erat, & benè moratus. V. Solatium unicum parentum in ſenectute. VI. Contra omnem ſenſum, ſive affectum humanum, immò contra legem divinam & naturalem mactari debebat ab ipſo patre, id eſt, jugulari & cremari,

ri, ut ne pilus quidem unus relinqueretur. Quæ igitur & quanta in mentem illi veniſſe putabimus? an non ludi ſe à Deo miſerè opinatus eſt: ut qui filium dediſſet, ex quo poſteritas ingens, & Eccleſia perpetua oriri debebat, & nunc eundem, antequam ex ephebis excedat, auferat? An non homicidium, vel potiùs parricidium tam immane, & quo Sol non viderat quicquam ſceleratius, exhorruit? Sed nullius noſtrum mens cogitando poteſt magnitudinem hujus rei comprahendere. Quid igitur facit mœſtiſſimus pater in tam acerbo caſu? Vincit ſeipſum, ſuperat naturam, tacitus abit, abducit filium clam matre: Obtemperare Deo vult, quicunque tandem exitus contingat. Progreſſus igitur decem milliaria ex Berſeba, ad monſtratum divinitùs montem Moriah venit, rogum ſtruxit, filium mactandum impoſuit, gladium ſtrinxit, jam jam vitam illi erepturus, ſed contentus erat Deus fide & obædientia Abrahami, quam cum ſatis jam

Analogiſmus Abrahami.

Moriah timor vel cultus ſive doctrina Domini. Vbi poſt annos 872. templum Salomonis extructum eſt.

exploratam & cognitam haberet, miſit angelum, qui fuit ipſe Dei filius aliquantò pòſt pro peccatis noſtris mactandus, is parci puero juſſit. Hoc nuncio exultans Abrahamus, redditum ſibi divinitùs filium mortis vinculis ſolvit, recipit, oſculatur, domum reducit, præmiisq́ amplisſimis ob hanc admirandam, & omnium voce, literisq́ prædicandam obædientiam à Deo ornatur. Iſaaci verò loco aries offertur in holocauſtum, qui cornibus hærebat in vepribus.

Ex hac hiſtoria, κακοζηλίᾳ quadam, horrenda exempla litationum, id eſt, mactatorum & immolatorum hominũ manârunt in populo Iſraël, & apud gentes, cum in periculo magno, & caſu arduo, humanis hoſtijs placare Deum homines conati ſunt.

Anno bis milleſimo octogeſimo ſexto, mortua eſt Sara, & ſepulta in Hebron, anno ætatis ſuæ centeſimo, vigeſimo ſeptimo. Triennio pòſt Abrahamus duxit Kethuram.

DE

DE HISTORIA ISAACI.

Natus eſt Iſaacus anno mundi bis milleſimo, quadrageſimo nono, ex patre Abrahamo, & matre Sara, anu ſterili & effœta, ſecundùm benignam Dei promiſſionem, ut eſſet hæres promiſſionis de Meſſia, & terræ Canaan, Eccleſiæ Dei Patriarcha, lumen & gubernator. Cùm Conjugium.
annos haberet quadraginta, duxit de patris conſilio & voluntate uxorem Rebeccam, puellam ingenio, forma & virtute præſtantem, filiam Bathuelis, neptem Nachori, fratris Abrahami. Hæc fuit ſterilis viginti annos in conjugio: ſed precibus ſuis exoravit Iſaacus Dominum, ut gemellos conciperet, & pareret Liberi.
Eſàvum & Iacobum, anno ætatis Iſaaci ſexageſimo. Hac ſobole ſuſcepta, fames Exilium.
orta fuit, ob quam novam ſedem quærere, & peregrinari cum familia coactus eſt inter Palæſtinos petulantes, ſub rege Abimelecho, in Gerar, ubi in tantam tentationem incidit, ut divinitùs eum conſolationem accipere oportuerit. Ap-

Digitized by Google

paruit enim illi Deus, & promiſſionem ſuam de ſede certa poſteris ipſius danda. Repetitio promiſſionis de Meſſia. *Item de Meſſia verbis diſertis repetivit atque confirmavit. In eo autem infirmitatis exemplum edidit Iſaacus, quemadmodum & Abrahamus, quòd in exilio ſuo apud homines petulantes negavit Rebeccam eſſe uxorem ſuam: Quamvis excuſari iſta quoque infirmitas poſſit, idcircò quia à nulla vanitate & nocendi ſtudio profecta eſt.* Infirmitas. *Sed lenijt Deus exilij ejus ærumnas. Nam & edicto regis Abimelechi, tanquam propugnaculo difenſus eſt cum Rebecca, & mirificè divina benedictione eſt locupletatus, dum terra illa, in qua ſeminavit, reddidit illi centuplum.* Opes. *Verùm non fuit diuturna in hoc exilio felicitas Iſaaci. Nam mox nova turba, atque certamen acerbum cum paſtoribus Palæſtinis, id eſt, cum nobilibus, ſeu regulis ſive principibus illius regionis eum excepit.* Paſtores qui. *Hi enim fontes Iſaaci ruderibus intectis obſtruxerunt, quo florentem hoſpitis fortunam impendirent. Et rex ipſe Abime-* Certamina.

melechus paulò poſt ex oppido Gerar eum ejecit. Inde profugus ſedem mutare ſæpiùs coactus eſt, donec tandem reconciliatus Abimelecho fœdus cum eo conſtitutit. Cùm foris pacem nactus eſſet, domi malum ingens ſuſcitatum eſt ex liberis. Carum enim habebat Eſavum, eiq́ benedictionem impertire penitùs conſtituerat, ut & gubernationem Eccleſiaſticam, & Politicam in tota familia gereret: verùm longè aliud evenit. Meminerat enim Rebecca oraculi divini, quod acceperat, cùm propter colliſionem fœtus in utero ſuo conſuluiſſet Deum: Major ſerviet minori. Iccircò magis ipſa diligebat Jacobum, & benedictionem ad illum prorſus transferre cupiebat: Præſertim cùm Eſavus parvipenderet primogenituram, & decocto lentium Jacobo eam vendidiſſet. Id verò cùm callidè, ſubornato in locum Iſaaci Jacobo, obtinuiſſet, odium exarſit ingens in Eſavo adverſus Jacobum, adeò, ut mortem etiam certam illi minitaretur. Hinc in luctum

Domeſticum malum.

&

& mœrorem acerbum conjiciuntur optimi parentes, & fugere Iacobus ad Labanum in Haran, Meſopotamiæ urbem, cogitur, propter fratris furorem. Interea dominatur Eſavus ſuperbè, & augetur potentiâ & opibus, ut evaneſcere tranſlata ad Jacobum primogenitura penè, & bedictio omnis videatur. Duxit etjam Eſavus uxorem Cananæam, contra parentum conſenſum & voluntatem, ut mæſticiam eorum augeret. In tanta acerbitate vitam degit Iſaacus uſque ad annum ætatis 180. & mortuus eſt in tractu propè Hebron, & ad patres ſuos aggregatus, anno mundi 2229.

Hiſtoria patriarchæ Jacobi.

Nativitas & parentes Iacobi.

Anno mundi 2109. natus eſt Iacobus cum fratre Eſavo ex patre Iſaaco, & Rebecca matre, vocatuſq; eſt Iacob, id eſt, ſupplantator, quòd egrediens ex utero materno plantam fratris Eſavi manu præhendit. Sed hoc nomen in malam partem interpretatus eſt Eſavus, cum ait: Verè vocatum eſt nomen ejus Iacob: Nam

Digitized by Google

Nam bis jam me ſupplantavit, cum dolo primogenituram & benedictionem mihi eripuit. Fuit autem ſimplex, integer, pius, & ſincerus, habitans in tabernaculis, id eſt, domi audiens & diſcens à patre & avo, item à Semo pietatem & verum Dei cultum, aliaq; præcepta de diſciplina & Oeconomia.

Mores & ſtudia Iacobi Simplex fuit ut columba, prudens verò ut ſerpens.

Anno mundi 2186. ætatis verò ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo poſt acceptam benedictionem, cùm frater tumidus & elatus minas jactaret, & pericula intenderet: ſvaſu parentum ex Berſeba in Haran iter ſuſcepit ad Labanum avunculum ſuum. Cumq; milliaria Germanica duodecim proceſſiſſet, nocte oppreſſus ſomno vidit ſcalam, è cæli cacumine in terram uſque porrectam, in qua angeli aſcendebant & deſcendebant. Dominus autem in faſtigio ſtans hæc verba habuit: Ego ſum Dominus Deus Abrahami, ero cuſtos tuus, & reducam te. Agnovit abſq; dubio in ſomnis Iacobus filium Dei ſecum loquentem in ea forma, qua ſeſe poſtea factus homo manifeſtavit. Expertectus

Digitized by Google

rectus itaque hunc Dominum Deum & hominem adoravit, qui deſcenſu ſuo ad nos cælum nobis aperuit, & admotis ſtalis viam ad cæleſtem patriam monſtravit. Repetivit ſimul etiam Deus promiſſionem ſuam de Meſſia, & ſede certa Eccleſiæ in terra Canaan, quæ poſtea ſancta vel Palæſtina eſt appellata. Quãobrem monumento inſigni memoriam hujus patefactionis divinæ conſecravit, & vocavit locum Bethel, id eſt, domum Dei, & cæli portam. Inde progreſſus milliaria 108. venit in Haran Meſopotamiæ, ubi totos annos viginti ſervivit Labano.

Bethel, poſt annos 784. dici cœpit Bethaven, id eſt, domus iniquitatis: cùm videlicet Ierobeam eo ipſo in loco aureum vitulum loco Dei adorandum collocavit.

Anno mundi 2193. ætatis verò 84. uxorem duxit Leam Labani filiam, quàm pater dolo pro deſponſa Rachele illi tradiderat, coactusq́; fuit contra pactum alios ſeptem annos pro Rachele operam officij avaro & injuſto ſocero præſtare. Cùm autem ſterilis eſſet Rachel annis ſeptem, & ſobolis cauſſa cum marito expoſtularet, nova calamitas Jacobum obruit. Vt enim fœcunditas donum

Iacobi conjugium & liberi.

Dei

Dei eſt, & conjuges mirè exhilarat: Ita ſterilitas pœna eſſe, & probrum in populo Dei judicabatur. Sed voluit Deus ſingulari conſilio id, quod deerat formæ Lea, per ſobolem penſare. Sicut & Comitis à Gleichen uxor una, quam domi reliquerat, & reverſus ex bello Sarracenico ſuperſtitem invenerat, fœcunda erat, præ altera formoſiore, quam ex Sarracenica expeditione domum ſecum adduxerat. Sed tandem tamen etiam Rachel ſobolem procreavit, & nati ſunt Jacobo ex utraq; conjuge, & duabus ancillis filij duodecim, ex quibus duodecim tribus in populo Iſraëlitico ſunt ortæ. Neq; verò exiſtimandum eſt, probaſſe Deum hanc πολυγαμίαν. Eſt enim contra ordinem divinitùs inſtitutum, qui poſtulat, ut conjugium ſit unius viri & uxoris conjunctio. Toleravit tamen Deus hanc maculam, ſicut alios nævos in ſanctis, pro benignitate ſua paterna. Erat enim vitium & quaſi labes quædam ſeculi illius. Cùm jam quatuordecim annis

Bigamia comitis à Gleichen.

12. tribus Iſraelis.

Polygamia populi Dei.

ei ſer-

ei ſervÿſſet, pactus eſt tandem merce- dem, & convenit, ut maculoſas oves de grege acciperet. Hîc arte adjuvit naturam, ut complures naſcerentur maculoſæ oves, propter objectas in admiſſura verſiculores virgas. Iccircò mercedem mutavit Labanus, & ſibi maculoſas oves vendicavit, alias genero reliquit. Tulit hanc etiam injuriam Jacobus æquo animo, & quò injuſtior erat Labanus, eò is magis re pecuaria ex divina benedictione augebatur. Sed cum quotidie creſceret Labani malevolentia, moroſitas, avaritia, & odÿ acerbitas, juſſit Deus Jacobum cum familia & fortunis omnibus in terram Canaan, unde exierat, redire. Id quanquam invitus conceſſit Labanus: tamen ex divina in ſomnis admonitione ab hoſtili inſectatione & expoſtulatione acerbiore coactus eſt deſiſtere.

Iacobi diſceſſus à Labano.

Anno mundi 2206. à Labano liberatus cum ad ſuos in Canaan rediret, venit in mentem immane fratris Eſavi odium, ob quod in angorem vehemen- tem

Angor Iacobi propter fratris acerbum odium.

tem incidit. Vtitur autem tribus rebus ad placandum fratrem: Primò, precatione ardente ad Deum: Secundò, humili ſubjectione coram fratre: Tertiò, muneribus. Fuitq́ in iſto angore tantum fidei robur in Jacobo, ut luctatus ſit cum filio Dei, & à victoria nomen Iſraëlis, id eſt, principis Dei, unde Iſraëlitæ dicti, adeptus ſit. Ex quo locus etiam, ubi lucta hæc facta eſt, Pnuel, id eſt, facies Dei, eſt dictus. Eſavi verò malevolentia omnis in benevolentiam converſa eſt.

Lucta cum filio Dei, cujus veſtigium perpetuum Iacobus in coxa femoris ex conractu Dei luxata, circumtulit.

Anno mundi 2215. placato fratre, novæ procellæ pium Patriarchæ pectus conturbarunt. Cùm enim terram Canaan ingreſſurus eſſet, & jam ſedem Eccleſiæ & fortunarum ſuarum in Sichem collocaſſet, filia eius Dina à rege Sichem ſtuprata eſt, & filij eius duo Simeon & Levi horrendam lanienam exercuerunt non in autorem ſolùm ſtupri, ſed in totam Sichemorum civitatem. Fuit autem illud ſtuprum verè vulnus acre in animo patris & fratrum, quod vis allata eſſet tanta puellæ nondum nubili, &

Inordinata vindicta Simeonis & Levi.

quidem à principe, à quo defendi potius ejus pudicitia debuit. Sed juſto tamen dolori non nimium indulgere Simeon & Levi debuerunt, nec vindictam tàm inordinatam & cruentam exercere: Præſertim cum compenſationem more regionis illius antiquo, qui etiam in lege Moſi approbatur, offerret Sichem, & conjugium puellæ peteret. Excuſari autem tunc rectius potuiſſet vindicta ejusmodi, ſi in continenti, id eſt, eodem tempore & loco, quo injuria allata fuit, uſurpata eſſet, ſervato moderamine inculpatæ tutelæ. Veriſimile eſt autem totam regionem, audita ſtrage tantà, commotam eſſe, & curſu incitato impetum in hoſce homicidas, vel totam potius Jacobi familiam facere voluiſſe. Sed divinitùs injecto terrore repreſſi ſunt omnes vicini populi, & iuſſus eſt Iacobus aliam ſedem quærere.

Migratio Jacobi in Sichem in urbē Luzam ſeu Bethel.

Venit igitur Luzam, indeq; ad patrem Iſaacum reverſurus, cariſſimam conjugem Rachelem in partu extinctam amiſit, in agro Bethleemitico. Nec multò poſt Ruben ince-

inceſta conſuetudine cum noverca Bilha ſeſe polluit: quod immane ſcelus non dici poteſt quanto mærore afflictum Patriarchæ pectus affecerit. Inceſtus Rubeni.

Anno mundi 2237. acceſſit aliud longè acerbiſſimum vulnus, cùm à fratribus ob invidiam venditus eſt Joſeph, veſte cruenta patri exhibita, perinde ac ſi à beſtijs laniatus eſſet. Nec cognoſcere mæſtus pater annos 23. totos veritatem potuit. Mœror Jacobi ex amiſſione Joſephi.

Acceſſit eodem inceſtus concubitus Iudæ cum Thamar nuru ſua, qui Eccleſiam horribiliter deformavit, & mœrorem patris nova acceſſione cumulavit. Ab hoc Juda Iudæi ſunt dicti, de cujus tribu Chriſtus quoq; eſt natus. Genealogia uſq; ad Davidem ſic recenſetur: Juda, Phares, Heſrom, Ram, Aminadab, Nahaſon, Salmu, Booz, Obed, Jeſſe, David. Juda, id eſt confeſſor. Genealogia Judæ.

Anno mundi 2239. vivere Joſephum tandem comperit Iacobus, fameq; compulſus, & benignè à filio & Pharaone invitatus migravit in Ægyptum, ætatis ſuæ anno 130. ibiq; in amplexibus & dulci Profectio in Aegyptum & mors.

paruit enim illi Deus, & promiſſionem ſuam de ſede certa poſteris ipſius danda, Item de Meſſia verbis diſertis repetivit atque confirmavit. In eo autem infirmitatis exemplum edidit Iſaacus, quemadmodum & Abrahamus, quòd in exilio ſuo apud homines petulantes negavit Rebeccam eſſe uxorem ſuam: Quamvis excuſari iſta quoque infirmitas poſſit, iccircò quia à nulla vanitate & nocendi ſtudio profecta eſt. Sed leniit Deus exilij ejus ærumnas. Nam & edicto regis Abimelechi, tanquam propugnaculo difenſus eſt cum Rebecca, & mirificè divina benedictione eſt locupletatus, dum terra illa, in qua ſeminavit, reddidit illi centuplum. Verùm non fuit diuturna in hoc exilio felicitas Iſaaci. Nam mox nova turba, atque certamen acerbum cum paſtoribus Palæſtinis, id eſt, cum nobilibus, ſeu regulis ſive principibus illius regionis eum excepit. Hi enim fontes Iſaaci ruderibus intectis obſtruxerunt, quo florentem hoſpitis fortunam impendirent. Et rex ipſe Abime-

Repetitio promiſſionis de Meſſia.

Infirmitas.

Opes.

Paſtores qui.

Certamina.

melechus paulò poſt ex oppido Gerar eum ejecit. Inde profugus ſedem mutare ſæpiùs coactus eſt, donec tandem reconciliatus Abimelecho fœdus cum eo conſtitutit. Cùm foris pacem nactus eſſet, domi malum ingens ſuſcitatum eſt ex liberis. Carum enim habebat Eſavum, eiq́; benedictionem impertire penitùs conſtituerat, ut & gubernationem Eccleſiaſticam, & Politicam in tota familia gereret: verùm longè aliud evenit. Meminerat enim Rebecca oraculi divini, quod acceperat, cùm propter colliſionem fœtus in utero ſuo conſuluiſſet Deum: Major ſerviet minori. Iccircò magis ipſa diligebat Jacobum, & benedictionem ad illum prorſus transferre cupiebat: Præſertim cùm Eſavus parvipenderet primogenituram, & decocto lentium Jacobo eam vendidiſſet. Id verò cùm callidè, ſubornato in locum Iſaaci Jacobo, obtinuiſſet, odium exarſit ingens in Eſavo adverſus Jacobum, adeò, ut mortem etiam certam illi minitaretur. Hinc in luctum

Domeſticum malum.

&

& mærorem acerbum conjiciuntur optimi parentes, & fugere Iacobus ad Labanum in Haran, Meſopotamiæ urbem, cogitur, propter fratris furorem. Interea dominatur Eſavus ſuperbè, & augetur potentiâ & opibus, ut evaneſcere tranſlata ad Jacobum primogenitura penè, & bedictio omnis videatur. Duxit etjam Eſavus uxorem Cananæam, contra parentum conſenſum & voluntatem, ut mæſticiam eorum augeret. In tanta acerbitate vitam degit Iſaacus uſque ad annum ætatis 180. & mortuus eſt in tractu propè Hebron, & ad patres ſuos aggregatus, anno mundi 2229.

Hiſtoria patriarchæ Jacobi.

Nativitas & parentes Iacobi.

Anno mundi 2109. natus eſt Iacobus cum fratre Eſavo ex patre Iſaaco, & Rebecca matre, vocatuſq; eſt Iacob, id eſt, ſupplantator, quòd egrediens ex utero materno plantam fratris Eſavi manu præhendit. Sed hoc nomen in malam partem interpretatus eſt Eſavus, cum ait: Verè vocatum eſt nomen ejus Iacob: Nam

Nam bis jam me ſupplantavit, cum dolo primogenituram & benedictionem mihi eripuit. Fuit autem ſimplex, integer, pius, & ſincerus, habitans in tabernaculis, id eſt, domi audiens & diſcens à patre & avo, item à Semo pietatem & verum Dei cultum, aliaq́ præcepta de diſciplina & Oeconomia.

Mores & ſtudia Iacobi Simplex fuit ut columba, prudens verò ut ſerpens.

Anno mundi 2186. ætatis verò ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo poſt acceptam benedictionem, cum frater tumidus & elatus minas jactaret, & pericula intenderet: ſvaſu parentum ex Berſeba in Haran iter ſuſcepit ad Labanum avunculum ſuum. Cumq́ milliaria Germanica duodecim proceſſiſſet, nocte oppreſſus ſomno vidit ſcalam, è cœli cacumine in terram uſque porrectam, in qua angeli aſcendebant & deſcendebant. Dominus autem in faſtigio ſtans hæc verba habuit: Ego ſum Dominus Deus Abrahami, ero cuſtos tuus, & reducam te. Agnovit abſq́ dubio in ſomnis Iacobus filium Dei ſecum loquentem in ea forma, qua ſeſe poſtea factus homo manifeſtavit. Experrectus

Digitized by Google

rectus itaque hunc Dominum Deum & hominem adoravit, qui deſcenſu ſuo ad nos cœlum nobis aperuit, & admotis ſcalis viam ad cœleſtem patriam monſtravit. Repetivit ſimul etiam Deus promiſſionem ſuam de Meſſia, & ſede certa Eccleſiæ in terra Canaan, quæ poſtea ſancta vel Palæſtina eſt appellata. Quãobrem monumento inſigni memoriam hujus patefactionis divinæ conſecravit, & vocavit locum Bethel, id eſt, domum Dei, & cœli portam. Inde progreſſus milliaria 108. venit in Haran Meſopotamiæ, ubi totos annos viginti ſervivit Labano.

Bethel, poſt annos 784. dici cœpit Bethaven, id eſt, domus iniquitatis: cùm videlicet Ierobeam eo ipſo in loco aureum vitulum loco Dei adorandum collocavit.

Iacobi conjugium & liberi.

Anno mundi 2193. ætatis verò 84. uxorem duxit Leam Labani filiam, quàm pater dolo pro deſponſa Rachele illi tradiderat, coactusq; fuit contra pactum alios ſeptem annos pro Rachele operam officij avaro & injuſto ſocero præſtare. Cùm autem ſterilis eſſet Rachel annis ſeptem, & ſobolis cauſſa cum marito expoſtularet, nova calamitas Jacobum obruit. Vt enim fœcunditas donum

Dei

Dei eſt, & conjuges mirè exhilarat: Ita ſterilitas pœna eſſe, & probrum in populo Dei judicabatur. Sed voluit Deus ſingulari conſilio id, quod deerat formæ Leæ, per ſobolem penſare. Sicut & Comitis à Gleichen uxor una, quam domi reliquerat, & reverſus ex bello Sarracenico ſuperſtitem invenerat, fœcunda erat, præ altera formoſiore, quam ex Sarracenica expeditione domum ſecum adduxerat. Sed tandem tamen etiam Rachel ſobolem procreavit; & nati ſunt Jacobo ex utraq; conjuge, & duabus ancillis filij duodecim, ex quibus duodecim tribus in populo Iſraëlitico ſunt ortæ. Neq; verò exiſtimandum eſt, probaſſe Deum hanc πολυγαμίαν. Eſt enim contra ordinem divinitùs inſtitutum, qui poſtulat, ut conjugium ſit unius viri & uxoris conjunctio. Toleravit tamen Deus hanc maculam, ſicut alios nævos in ſanctis, pro benignitate ſua paterna. Erat enim vitium & quaſi labes quædam ſeculi illius. Cùm jam quatuordecim annis ei ſer-

Bigamia comitis à Gleichen.

12. tribus Iſraelis.

Polygamia populi Dei.

ei ſervijſſet, pactus eſt tandem merce- dem, & convenit, ut maculoſas oves de grege acciperet. Hîc arte adjuvit naturam, ut complures naſcerentur maculoſæ oves, propter objectas in admiſſura verſiculores virgas. Iccircò mercedem mutavit Labanus, & ſibi maculoſas oves vendicavit, alias genero reliquit. Tulit hanc etiam injuriam Jacobus æquo animo, & quò injuſtior erat Labanus, eò is magis re pecuaria ex divina benedictione augebatur. Sed cum quotidie creſceret Labani malevolentia, moroſitas, avaritia, & odij acerbitas, juſſit Deus Jacobum cum familia & fortunis omnibus in terram Canaan, unde exierat, redire. Id quanquam invitus conceſſit Labanus: tamen ex divina in ſomnis admonitione ab hoſtili inſectatione & expoſtulatione acerbiore coactus eſt deſiſtere.

Iacobi diſceſſus à Labano.

Anno mundi 2206. à Labano liberatus cum ad ſuos in Canaan rediret, venit in mentem immane fratris Eſavi odium, ob quod in angorem vehementem

Angor Iacobi propter fratris acerbum odium.

tem incidit. Vtitur autem tribus rebus ad placandum fratrem: Primò, precatione ardente ad Deum: Secundò, humili ſubjectione coram fratre: Tertiò, muneribus. Fuitq́; in iſto angore tantum fidei robur in Jacobo, ut luctatus ſit cum filio Dei, & à victoria nomen Iſraëlis, id eſt, principis Dei, unde Iſraëlitæ dicti, adeptus ſit. Ex quo locus etiam, ubi lucta hæc facta eſt, Pnuel, id eſt, facies Dei, eſt dictus. Eſavi verò malevolentia omnis in benevolentiam converſa eſt.

Lucta cum filio Dei, cujus veſtigium perpetuum Iacobus in coxa femoris ex conractu Dei luxata, circumtulit.

Anno mundi 2215. placato fratre, novæ procellæ pium Patriarchæ pectus conturbarunt. Cùm enim terram Canaan ingreſſurus eſſet, & jam ſedem Eccleſiæ & fortunarum ſuarum in Sichem collocaſſet, filia eius Dina à rege Sichem ſtuprata eſt, & filij eius duo Simeon & Levi horrendam lanienam exercuerunt non in autorem ſolùm ſtupri, ſed in totam Sichemorum civitatem. Fuit autem illud ſtuprum verè vulnus acre in animo patris & fratrum, quod vis allata eſſet tanta puellæ nondum nubili, &

Inordinata vindicta Simeonis & Levi.

K qui-

quidem à principe, à quo defendi potius ejus pudicitia debuit. Sed juſto tamen dolori non nimium indulgere Simeon & Levi debuerunt, nec vindictam tàm inordinatam & cruentam exercere: Præſertim cum compenſationem more regionis illius antiquo, qui etiam in lege Moſi approbatur, offerret Sichem, & conjugium puellæ peteret. Excuſari autem tunc rectius potuiſſet vindicta ejuſmodi, ſi in continenti, id eſt, eodem tempore & loco, quo injuria allata fuit, uſurpata eſſet, ſervato moderamine inculpatæ tutelæ. Veriſimile eſt autem totam regionem, audita ſtrage tantà, commotam eſſe, & curſu incitato impetum in hoſce homicidas, vel totam potius Jacobi familiam facere voluiſſe. Sed divinitùs injecto terrore repreſſi ſunt omnes vicini populi, & juſſus eſt Iacobus aliam ſedem quærere. Venit igitur Luzam, indeq; ad patrem Iſaacum reverſurus, cariſſimam conjugem Rachelem in partu extinctam amiſit, in agro Bethleëmitico. Nec multò poſt Ruben ince-

Migratio Jacobi in Sichem in urbē Luzam ſeu Bethel.

inceſta conſuetudine cum noverca Bilha ſeſe polluit: quod immane ſcelus non dici poteſt quanto mœrore afflictum Patriarchæ pectus affecerit. Inceſtus Rubeni.

Anno mundi 2217. acceſſit aliud longè acerbiſſimum vulnus, cùm à fratribus ob invidiam venditus eſt Joſeph, veſte cruenta patri exhibita, perinde ac ſi à beſtijs laniatus eſſet. Nec cognoſcere mæſtus pater annos 23. totos veritatem potuit. Mœror Jacobi ex amiſſione Joſephi.

Acceſſit eodem inceſtus concubitus Iudæ cum Thamar nuru ſua, qui Eccleſiam horribiliter deformavit, & mœrorem patris nova acceſſione cumulavit. Ab hoc Juda Iudæi ſunt dicti, de cuius tribu Chriſtus quoq; eſt natus. Genealogia uſq; ad Davidem ſic recenſetur: Juda, Phares, Heſrom, Ram, Aminadab, Nahaſon, Salmu, Booz, Obed, Jeſſe, David. Juda, id eſt confeſſor. Genealogia Judæ.

Anno mundi 2239. vivere Joſephum tandem comperit Iacobus, fameq; compulſus, & benignè à filio & Pharaone invitatus migravit in Ægyptum, ætatis ſuæ anno 130. ibiq; in amplexibus & Profectio in Aegyptum & mors.

dulci amore filÿ Joſephi tàm diu deſiderati & multis lacrimis deplorati, reliquum vitæ ſpacium conſumſit, & anno mundi 2256. ætatis verò 147. mortuus, honorificè à filÿs & nepotibus in urbem Hebron reportatus eſt, & terræ mandatus, ut in qua terra toties promiſſa exul fuiſſet vivus, in ea ſepulcrum haberet mortuus. Habuit enim, quemadmodum & pater eius Abrahamus, jus ad rem, non in re.

Jam quid eſt ab initio ad exitum uſque Jacobi vita, niſi tela, vel ſchola potiùs perpetua crucis, in qua alia calamitas aliam excepit, & novæ procellæ ſubinde exortæ ſunt? Quæ flagitia vir tàm ſanctus & Deo placens in ſua familia non ſpectavit? Vix profectò in ulla familia tam immanium facinorum exempla reperias.

Hiſtoria Joſephi Patriarchæ.

Anno mundi 2200. natus eſt Joſephus ex matre Rachele. Eſt autem Joſephus Latinè additio vel acceſſio, quòd

quòd Rachel, ſuſcepto & edito hoc filio, alium inſuper filium ſibi adyci petyt. Imbutus fuit à primis ætatis ſuæ annis doctrina de vera Dei agnitione, fide, invocatione, & ad virtutis cultum excitatus. Manſit enim domi uſq; ad annum ætatis 17. audivitq́; conciones patris & avi, & didicit officia Oeconomica inter fratres ſuos ex ancillis natos, omiſſis fratribus reliquis ſuperbis. Hinc mores quoque illius fuerunt modeſti prorſus, & ab omni faſtu & ſimulatione remoti. Propter hanc ſimplicitatem & moderationem carus fuit præ cæteris fratribus patri ſuo. Nihil enim diſſimulabat, nihil inſidioſè occultabat: Sed quæ viderat à fratribus ſuis ſuſcipi aut geri nefariè, ea ad patrem deferebat, non quidem ut proditor, ſed ut filius, Deo & parentibus debitam pietatem & obædientiam præſtans. Erat etiam eo nomine carus patri, quòd ex cariſſima conjuge Rachele natus eſſet, multisq́; & diuturnis votis expetitus, videlicet anno ætatis Jacobi 91. Vt autem nulla virtus caret invidia:

Doctrina & mores.

Cauſſæ cur Joſeph fuerit cariſſimꝰ patri.

& mærorem acerbum conjiciuntur optimi parentes, & fugere Iacobus ad Labanum in Haran, Meſopotamiæ urbem, cogitur, propter fratris furorem. Interea dominatur Eſavus ſuperbè, & augetur potentiâ & opibus, ut evaneſcere tranſlata ad Jacobum primogenitura penè, & bedictio omnis videatur. Duxit etjam Eſavus uxorem Cananæam, contra parentum conſenſum & voluntatem, ut mæſticiam eorum augeret. In tanta acerbitate vitam degit Iſaacus uſque ad annum ætatis 180. & mortuus eſt in tractu propè Hebron, & ad patres ſuos aggregatus, anno mundi 2229.

Hiſtoria patriarchæ Jacobi.

Nativitas & parentes Iacobi.

Anno mundi 2109. natus eſt Iacobus cum fratre Eſavo ex patre Iſaaco, & Rebecca matre, vocatuſq; eſt Iacob, id eſt, ſupplantator, quòd egrediens ex utero materno plantam fratris Eſavi manu præhendit. Sed hoc nomen in malam partem interpretatus eſt Eſavus, cum ait: Verè vocatum eſt nomen ejus Iacob: Nam

Nam bis jam me ſupplantavit, cum dolo primogenituram & benedictionem mihi eripuit. Fuit autem ſimplex, integer, pius, & ſincerus, habitans in tabernaculis, id eſt, domi audiens & diſcens à patre & avo, item à Semo pietatem & verum Dei cultum, aliaq; præcepta de diſciplina & Oeconomia.

Mores & ſtudia Iacobi Simplex fuit ut columba, prudens verò ut ſerpens.

Anno mundi 2186. ætatis verò ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo poſt acceptam benedictionem, cùm frater tumidus & elatus minas jactaret, & pericula intenderet: ſvaſu parentum ex Berſeba in Haran iter ſuſcepit ad Labanum avunculum ſuum. Cumq; milliaria Germanica duodecim proceſſiſſet, nocte oppreſſus ſomno vidit ſcalam, è cœli cacumine in terram uſque porrectam, in qua angeli aſcendebant & deſcendebant. Dominus autem in faſtigio ſtans hæc verba habuit: Ego ſum Dominus Deus Abrahami, erò cuſtos tuus, & reducam te. Agnovit abſq; dubio in ſomnis Iacobus filium Dei ſecum loquentem in ea forma, qua ſeſe poſtea factus homo manifeſtavit. Expergefactus

rectus

Dei eſt, & conjuges mirè exhilarat: Ita ſterilitas pœna eſſe, & probrum in populo Dei judicabatur. Sed voluit Deus ſingulari conſilio id, quod deerat formæ Lea, per ſobolem penſare. Sicut & Comitis à Gleichen uxor una, quam domi reliquerat, & reverſus ex bello Sarracenico ſuperſtitem invenerat, fœcunda erat, præ altera formoſiore, quam ex Sarracenica expeditione domum ſecum adduxerat. Sed tandem tamen etiam Rachel ſobolem procreavit, & nati ſunt Jacobo ex utraq; conjuge, & duabus ancillis filij duodecim, ex quibus duodecim tribus in populo Iſraëlitico ſunt ortæ. Neq; verò exiſtimandum eſt, probaſſe Deum hanc πολυγαμίαν. Eſt enim contra ordinem divinitùs inſtitutum, qui poſtulat, ut conjugium ſit unius viri & uxoris conjunctio. Toleravit tamen Deus hanc maculam, ſicut alios nævos in ſanctis, pro benignitate ſua paterna. Erat enim vitium & quaſi labes quædam ſeculi illius. Cùm jam quatuordecim annis ei ſer-

Bigamia comitis à Gleichen.

12. tribus Iſraelis.

Polygamia populi Dei.

ei ſervijſſet, pactus eſt tandem merce-dem, & convenit, ut maculoſas oves de grege acciperet. Hîc arte adjuvit naturam, ut complures naſcerentur maculoſæ oves, propter objectas in admiſſura verſiculores virgas. Iccircò mercedem mutavit Labanus, & ſibi maculoſas oves vendicavit, alias genero reliquit. Tulit hanc etiam injuriam Jacobus æquo animo, & quò injuſtior erat Labanus, eò is magis re pecuaria ex divina benedictione augebatur. Sed cum quotidie creſceret Labani malevolentia, moroſitas, avaritia, & odij acerbitas, juſſit Deus Jacobum cum familia & fortunis omnibus in terram Canaan, unde exierat, redire. Id quanquam invitus conceſſit Labanus: tamen ex divina in ſomnis admonitione ab hoſtili inſectatione & expoſtulatione acerbiore coactus eſt deſiſtere.

Iacobi diſceſſus à Labano.

Anno mundi 2206. à Labano liberatus cum ad ſuos in Canaan rediret, venit in mentem immane fratris Eſavi odium, ob quod in angorem vehementem

Angor Iacobi propter fratris acerbum odium.

tem incidit. Vtitur autem tribus rebus ad placandum fratrem: Primò, precatione ardente ad Deum: Secundò, humili ſubjectione coram fratre: Tertiò, muneribus. Fuitq́; in iſto angore tantum fidei robur in Jacobo, ut luctatus ſit cum filio Dei, & à victoria nomen Iſraëlis, id eſt, principis Dei, unde Iſraëlitæ dicti, adeptus ſit. Ex quo locus etiam, ubi lucta hæc facta eſt, Pnuel, id eſt, facies Dei, eſt dictus. Eſavi verò malevolentia omnis in benevolentiam converſa eſt.

Lucta cum filio Dei, cujus veſtigium perpetuum Iacobus in coxa femoris ex conractu Dei luxata, circumtulit.

Anno mundi 2215. placato fratre, novæ procellæ pium Patriarchæ pectus conturbarunt. Cùm enim terram Canaan ingreſſurus eſſet, & jam ſedem Eccleſiæ & fortunarum ſuarum in Sichem collocaſſet, filia eius Dina à rege Sichem ſtuprata eſt, & filij eius duo Simeon & Levi horrendam lanienam exercuerunt non in autorem ſolùm ſtupri, ſed in totam Sichemorum civitatem. Fuit autem illud ſtuprum verè vulnus acre in animo patris & fratrum, quod vis allata eſſet tanta puellæ nondum nubili, &

Inordinata vindicta Simeonis & Levi.

K qui-

quidem à principe, à quo defendi potius ejus pudicitia debuit. Sed juſto tamen dolori non nimium indulgere Simeon & Levi debuerunt, nec vindictam tàm inordinatam & cruentam exercere: Præſertim cum compenſationem more regionis illius antiquo, qui etiam in lege Moſi approbatur, offerret Sichem, & conjugium puellæ peteret. Excuſari autem tunc rectius potuiſſet vindicta ejusmodi, ſi in continenti, id eſt, eodem tempore & loco, quo injuria allata fuit, uſurpata eſſet, ſervato moderamine inculpatæ tutelæ. Veriſimile eſt autem totam regionem, audita ſtrage tantâ, commotam eſſe, & curſu incitato impetum in hoſce homicidas, vel totam potius Jacobi *familiam facere voluiſſe. Sed divinitùs injecto terrore repreſſi ſunt omnes vicini populi, & iuſſus eſt Iacobus aliam ſedem quærere.*

Migratio Jacobi in Sichem in urbē Luzam ſeu Bethel.

Venit igitur Luzam, indeq́; ad patrem Iſaacum reverſurus, cariſſimam conjugem Rachelem in partu extinctam amiſit, in agro Bethleëmitico. Nec multò poſt Ruben ince-

inceſta conſvetudine cum noverca Bilha ſeſe polluit: quod immane ſcelus non dici poteſt quanto mœrore afflictum Patriarchæ pectus affecerit.

Inceſtus Rubeni.

Anno mundi 2217. acceſſit aliud longè acerbiſſimum vulnus, cùm à fratribus ob invidiam venditus eſt Joſeph, veſte cruenta patri exhibita, perinde ac ſi à beſtijs laniatus eſſet. Nec cognoſcere mæſtus pater annos 23. totos veritatem potuit.

Mœror Jacobi ex amiſſione Joſephi.

Acceſſit eodem inceſtus concubitus Iudæ cum Thamar nuru ſua, qui Eccleſiam horribiliter deformavit, & mœrorem patris nova acceſſione cumulavit. Ab hoc Iuda Iudæi ſunt dicti, de cujus tribu Chriſtus quoq; eſt natus. Genealogia uſq; ad Davidem ſic recenſetur: Juda, Phares, Heſrom, Ram, Aminadab, Nahaſon, Salmu, Booz, Obed, Jeſſe, David.

Juda, id eſt confeſſor.

Genealogia Judæ.

Anno mundi 2239. vivere Joſephum tandem comperit Iacobus, fameq; compulſus, & benignè à filio & Pharaone invitatus migravit in Ægyptum, ætatis ſuæ anno 130. ibiq; in amplexibus & dulci

Profectio in Aegyptum & mors.

dulci amore filij Joſephi tàm diu deſiderati & multis lacrimis deplorati, reliquum vitæ ſpacium conſumſit, & anno mundi 2256. ætatis verò 147. mortuus, honorificè à filijs & nepotibus in urbem Hebron reportatus eſt, & terræ mandatus, ut in qua terra toties promiſſa exul fuiſſet vivus, in ea ſepulcrum haberet mortuus. Habuit enim, quemadmodum & pater eius Abrahamus, jus ad rem, non in re.

Jam quid eſt ab initio ad exitum uſque Jacobi vita, niſi tela, vel ſchola potiùs perpetua crucis, in qua alia calamitas aliam excepit, & novæ procellæ ſubinde exortæ ſunt? Quæ flagitia vir tàm ſanctus & Deo placens in ſua familia non ſpectavit? Vix profectò in ulla familia tam immanium facinorum exempla reperias.

Hiſtoria Joſephi Patriarchæ.

Anno mundi 2200. natus eſt Joſephus ex matre Rachele. Eſt autem Joſephus Latinè additio vel acceſſio, quòd

Digitized by Google

quòd Rachel, ſuſcepto & edito hoc filio, alium inſuper filium ſibi adijci petijt. Imbutus fuit à primis ætatis ſuæ annis doctrina de vera Dei agnitione, fide, invocatione, & ad virtutis cultum excitatus. Manſit enim domi uſq; ad annum ætatis 17. audivitq; conciones patris & avi, & didicit officia Oeconomica inter fratres ſuos ex ancillis natos, omiſſis fratribus reliquis ſuperbis. Hinc mores quoque illius fuerunt modeſti prorſus, & ab omni faſtu & ſimulatione remoti. Propter hanc ſimplicitatem & moderationem carus fuit præ cæteris fratribus patri ſuo. Nihil enim diſſimulabat, nihil inſidioſè occultabat: Sed quæ viderat à fratribus ſuis ſuſcipi aut geri nefariè, ea ad patrem deferebat, non quidem ut proditor, ſed ut filius, Deo & parentibus debitam pietatem & obœdientiam præſtans. Erat etiam eo nomine carus patri, quòd ex cariſſima conjuge Rachele natus eſſet, multisq; & diuturnis votis expetitus, videlicet anno ætatis Jacobi 91. Vt autem nulla virtus caret invidia:

Doctrina & mores.

Cauſſæ cur Joſeph fuerit cariſſimus patri.

Cauſſæ æmulationis fratrum Ioſephi.

Sic nec Ioſephus immunis à fratrum æmulatione eſſe potuit. Primùm enim moleſtè ferebant, quod ſcelera ipſorum patefaceret patri. II. Odio illum habebant, quòd ardentius à patre amaretur, quàm reliqui filij. III. Extinctum eum cupiebant propter dominandi cupiditatem. Cognoverant enim ex duobus ſomnijs ejus, quòd princeps eſſet futurus totius familiæ ſuæ. Neque occultum hoc odium illorum diu eſſe potuit: Sed erupit tunc, cum Ioſephus à patre ad ipſos mitteretur in Sichem, quæ aberat quindecim milliaria, ubi pecudes paſcebant. Nam occiſis omnibus Sichemitis, ipſi regionem illorum quaſi belli jure partam occuparant. Advenientem itaq; Ioſephum non verbis ſolùm & minis multis exceperunt, ſed vitam etiam ei eripuiſſent, niſi hoc cruentum illorum conſilium Ruben impediviſſet. Svaſit enim is, ut in ciſternam aqua vacuam potius abijceretur, quæ erat in Dothan, duobus milliaribus à Sichem. In hac verè cùm aliquandiu jacuiſſet, ſpe ſalutis omni

Conſilium fratrum de occidendo Ioſepho.

omni destitutus, conſilium dedit Iudæ, & obtinuit etiam, ut Iſmaëlitis negociatoribus, qui tunc præteribant, venderetur, argenteis 20, id eſt, Ioachimicis noſtratibus quinq;.

Argenteus valet quadrante Ioachimici.

Anno mundi 2217. abductus eſt Ioſeph in Ægyptum, anno ætatis ſuæ 17. in urbem regiam, quæ nominatur Tanis, itinere 68. milliarium, ibi Potiphari, cubiculario Pharaonis, ſeu præfecto culinæ regiæ, venditus eſt. Fratres verò ejus hoc crudele ſuum facinus aſtutè excuſarunt & miſſa tunica illius ſangvine mactati hædi tincta, perſvaſerunt mœſto patri, à beſtia illum eſſe laceratum.

Venditio Ioſephi & abductio in Aegyptum.

Anno mundi 2227. cum jam decennium ſeruiviſſet Ioſephus hero ſuo Potipharo, fidemq; ſuam ita illi probaſſet, ut toti familiæ ab eo præficeretur: amari cœpit perditè ab hera, quæ innumeris artibus caſtiſſimam ejus mentem oppugnavit. Verùm is omnes ejus illecebras, tanquam blandiſſimas dominas, contemſit, & decus caſtitatis conſtanter

Servitus & caſtitas admiranda Ioſephi.

Digitized by Google

retinuit. Primùm ne offenderet Deum, & pollueret conſcientiam. Deinde ne gratiam & dona Dei amitteret. Tum ut ne exemplo ſuo malo doctrinam de vero Deo, quam profitebatur, deformaret. Poſtremò ne pœnas, quas libidinoſis minatur Deus, ſibi accerſeret. Hera autem cùm perſvadere nullo modo poſſet Joſepho, ut libidini ſuæ obſequeretur: aſtutè incitavit maritum adverſus illum, ficto crimine, quaſi pudicitiam ipſius oppugnaſſet. Ac ut crimen magis veriſimile eſſet, pallium Joſephi oſtendit, quod in fuga poſt ſe reliquiſſet. Huic calumniæ fidem habens herus, indicta cauſſa in carcerem conjecit Joſephum, tanquam maleficum, ab eoq́; pœnam mœcho debitam ſumere voluit. In hoc carcere manſit triennium, & mirificè divinam conſolationem ſenſit, animoq́; infracto liberationem expectavit. Nec duriter, ut alij captivi & malefici, eſt tractatus, ſed carceri præfectus fuit, ut Dominus potius carceris, quàm captivus videretur. Acceſſit etiam donum interpretatio-

Carcer.

Digitized by Google

pretationis ſomniorum, quo divinitus fuit ornatus, ut eo tanquam alâ ad ſummum dignitatis gradum eveheretur. Nam & in carcere ſomnia pincernæ, & piſtoris regij, qui propter delicta ſua compedibus vincti erant, ſic interpretatus eſt, ut eventus prædictioni reſponderit. Et poſt biennium ad Pharaonem adductus interpretem ejus ſomniorum præ omnibus ariolis Ægyptijs ſeſe præbuit.

Exaltatio Joſeph.

Anno mundi 2230. oblata ſunt Pharaoni duo ſomnia. Vnum de ſeptem tauris pinguibus, quos macilenti totidem devorant. Alterum de ſeptem turgidis & prægrandibus ſpicis ex uno culmo enatis, quas aridæ totidem abſumũt. Hæc cum exponere ſapientum nullus poſſet; accerſitus eſt Joſeph, cujus peritiam pincerna regi commendaverat. Sic igitur ex carcere eductus, ſomnia regis interpretatus eſt de venturis ſeptem annis fæcundis, & totidem infæcundis. Propter hanc interpretationem princeps Ægypti conſtitutus eſt, & pater patriæ appellatus. Hoc officij munere functus

Converſio fortunæ Joſephi adverſæ & afflictæ in proſperam & florentem; compedes mutantur in torquem aureum, palliũ

 eſt

ſervile in ſtoӡlam byſſinam carcer in dominatum læta Cataſtrophe.

eſt annis 80. uſq; ad finem vitæ, factumque eſt, ut anni gloriæ ſexies ſuperarint annos miſeriæ ejus. In tanto enim temporis ſpacio, non ſolùm politica ſapientia & autoritate anteivit omnibus Ægyptijs, ſed veram etiam doctrinam de Deo; & artium noticiam atq; profeſſionem in illo regno fundavit atque propagavit.

Scholam Heliopoli Joſeph fundavit.

Nec dubium eſt, quin Heliopoli ſcholam, in qua Aſtronomia, & cætera artes bonæ explicatæ ſunt, conſtituerit, & privilegijs atque immunitatibus magnis ornârit, ex qua Dionyſius Areopagita etjam prodijt.

Migratio Jacobi in Ægyptum.

Anno mundi 2239. comperit Iacobus filium ſuum Ioſeph vivere, & florere in Ægypto. Invitatus igitur ab eo benignè, & à rege etiam ipſo, migravit in Ægyptum, partim fame ſuæ regionis compulſus, partim ingente deſiderio videndi Ioſephi incenſus. Venit igitur cum ſuis, id eſt, 70. hominibus primùm ab Hebron ad urbem Oni in Ægypto, per 46. milliaria, ubi obviam illi proceſſit Ioſeph,

Digitized by Google

Ioſeph, & dulcem patris ſui conſpectum, quo annos 22. caruerat, tandem recuperavit. Ab Oni deduxit eum ad urbem, quæ vocatur Tanis, & Pharaoni exhibuit, cui pater mæſtus ſuæ vitæ curriculum breve & ærumnoſum commemoravit. Ab eo autem benignè dimiſſus rediit in urbem Oni, quæ fuit in terra Goſen, ibiq; mortuus eſt. Funus autem à Ioſepho, fratribusq; ejus & regni Aegyptii proceribus exportatum eſt in Hebron, milliaribus 70. obliqua ſcilicet via. In hac parte hiſtoriæ Ioſephi complures ſunt ejus virtutes maximè admirabiles. Primùm placabilitas, quòd injuriam tam atrocem à fratribus ſibi illatam oblivione delet, & mala eorum facta benefactis ſuis penſat. Etſi enim durius initiò cum illis egit: tamen vindictæ cupiditatem explere noluit, ſed ad agnitionem ſalutarem ſui delicti eos ſaltem revocare voluit.

Pharao eſt idem quod baro, hoc eſt, liber Dominus, regiæ dignitatis nomen apud Ægyptios, ſicut Ptolomæi poſt Alexandrũ, & apud Romanos Cæſaris, & Auguſti, apud Philiſtæos Abimelechi.

Virtutes præcipuæ Ioſephi.

Digitized by Google

Qui finxerant Joſephũ à fera beſtia eſſe devoratum, ij nunc conſcientiæ tanquam beſtiæ morſu atq; carnificina cruciantur.

Iccircò totum ſeſe tandem aperuit, inquiens: Ego ſum frater veſter, quem in Ægyptum vendidiſtis: Nolite in metu eſſe. Deinde poſt mortem patris ab ijs ad pedes ipſius abjectis rogatus, ut ignoſceret, clementiſſimè reſpondit: Metuere nolite: Vos quidem de me cogitaſtis malum: Sed Deus cogitavit bonum. Is voluit me πρόξενον, id eſt, præmiſſum hoſpitem & nutricium familiæ paternæ eſſe in maxima annonæ difficultate. Quamobrem nolite metuere, ego paſcam vos, & parvulos veſtros. Altera virtus eſt pietas in parentem ſenio confectum. Tertia caſtitas tanta, quanta ferè in nulla hiſtoria invenitur.

Anno mundi 2310. mortuus eſt Joſeph ætatis ſuæ anno 110. cùm jam in Ægypto regnaſſet annos 80. Sepultuſq́; in Ægypto: Sed oſſa ejus longo pòſt tempore, nempe in exitu populi ex Ægypto, tranſlata ſunt in Canaan, & in confinio Manaſſe & Ephraim ſepulta, quemadmodum in teſtamento ſuo ipſe ordinaverat.

A mor-

A morte Joſephi cœpit ſervitus Iſraë-litarum in Ægypto, quæ duravit annos 114. Servitutis initium.

Jobus ab Euſebio lib. 1. demonſtrationis Evangelicæ collocatur inter Abrahamum & Moſen, ita ut quinque generationibus Abrahamum ſequatur, duabus verò Moſen antecedat. Quòd ſi ita eſt, ante Moſen vixit Iobus in terra Vz, quæ ſic nominata eſt ab VZ, filio Aram, Gen. 10. Complexa autem fuit terra VZ totam regionem ab urbe Damaſco uſque ad Iordanem: Sed ſedem rerum ac fortunarum ſuarum habuit Iobus in urbe Aſtaroth Carnaim trans Iordanem, in dimidia tribu Manaſſe; 14. milliaribus ab Hieroſolymis. Aſtaroth verò ſic dicta fuit à Veneris cultu, quæ Syris Aſtaroth dicebatur. Hieronymus de locis Hebraicis. Bernardus à Breitenbach ſcribit ſepulcrum Iobi adhuc monſtrari peregrinantibus prope urbem Aſtaroth. Multi credunt ab Eſavi poſteris natum eſſe Iobum. Sed vero ſimilius eſt, quod Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis & Lutherus

Iob, Latinè dolens ſeu lugens.

Tempus quo vixit Iobus.

Sedes.

Aſtaroth.

Genus.

therus in Geneſin ſcribunt, illum ex Vz, qui filius fuit Nahoris, Abrahami fratris, ortum eſſe. Sunt qui Idumeæ regem fuiſſe exiſtimant. Alij generum Iacobi Patriarchæ fuiſſe opinantur, propter ductam ejus filiam Dinam. Quoquo modo ſe res habet, patet ex hiſtoria, eum Chaldæis fuiſſe vicinum: Quippe Fortuna. *qui agrum ejus populati ſunt, domum diripuerunt, & pecudes abegerunt. Apparet opulentum fuiſſe, & laudatur inprimis illius patientia, fides, atq; conſtantia, quòd deſertus ab omnibus creaturis à ſolo Deo pependit, nec ſpem in eo fixam abjecit. Iccircò coronam victoriæ adeptus tandem eſt, & liberos, facultates maxima acceſſione auctas, & ſpacium vitæ duplicatum recepit. Suidas.*

Hactenus hiſtoriam mundi per annos bis mille trecentos decem perſecuti ſumus, in qua præcipua capita ſunt hæc: Capita hiſtoriȩ à mundi initio. *Primò creatio mundi. II. Lapſus & reſtitutio. III. Deſcriptio diluvij. IV. Nova propagatio generis humani per Noami poſteros. V. Hiſtoria Patriar-*

cha-

Digitized by Google

tharum; Adami; Noami, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & Ioſephi.

Cùm autem ſervitute diuturnà premerentur Iſraëlitæ in Ægypto, nec finem aut liberationem ullam oculis ſuis proſpicerent: auſa eſt tandem aliquando tribus Ephraim, cujus autoritas id temporis maxima fuit, promiſſam terram Canaan invadere. Profecta eſt enim ad urbem Gath, ut pecora ejus raperet: Sed repreſſa eſt, & ab indigenis Githæis interfecta. Ex quo in luctum tantum conjectus eſt Ephraim pater, ut ad conſolandum illum venerint fratres ejus, ut ſcribitur 1. Paral. 8. Hæc temeritas occaſionem præbuit Pharaoni, ut inclementius tractaret Iſraëlitas. Iccircò omnes vias iniit, quibus potentiam eorum infringeret & labefactaret, ne vel ſeditionem in Ægypto excitarent, vel cum hoſte ſe conjungerent adverſus Ægyptios. Primùm graviſſimis laboribus luti & lateris eos duriter exercuit. Secundùm, Obſtetricibus mandatum dedit occidendi omnes infan-

Temera[illegible] tribus Ephraim conatus.

Pharaonis inclementia adverſus Iſraëlitas.

infantes maſculos in partu mulierum Ebræarum. III. Cum ab obſtetricibus deluderetur, edictum propoſuit de abÿciendis infantibus Ebræorum in flumen. Iſraëlitæ verò tanta ſervitute ac tyrannide oppreſſi, gemitibus multis deplorarunt calamitatem ſuam, & clamor eorum ad Deum penetravit. Erant profectò horrenda filiorum Iacobi ſcelera, quorum pœnas luere ipſos, & eorum poſteros haud dubiè in iſta ſervitute oportuit.

(Sunt, qui putant Pharaonem fuiſſe Buſiridem, qui hoſpites mactaſſe dicitur, fortaſſe propter ocioſos infantes Hebræorum, qui hoſpites in Ægypto erant. Eſtq; is, qui inuſitatæ & prodigioſæ molis, & altitudinis pyramides conſtruxit.)

Moſis nativitas.

Anno mundi 2373. natus eſt Moſes ex patre Amram, & matre Jochhæbet de tribu Levi. Eſt autem occultatus à parentibus, contra regis edictum, menſes tres, quod elegans eſſet puellus. Poſtea verò arculæ arundineæ bitumine ac pice oblitæ incluſus, in ripa Nili expoſitus eſt, ubi conſpexit eum Pharaonis filia Ther-

Digitized by Google

Thermuthis, juſſitq́ue ex aquis extrahi, & in filij loco habuit. Ex quo nomen etiam accepit, quaſi ex aquis extractus. Eruditus eſt autem in aula Ægypti, in omni Ægyptiorum ſapientia uſq; ad annum ætatis 40. Educatio.

Anno mundi 2414. relicta aula inviſit fratres ſuos Iſraëlitas mirè afflictos, & maluit eſſe ſocius ærumnarum popularium ſuorum, quàm aulæ delitias ſequi. Cumq́ue vidiſſet, Iſraëlitam quendam injuria affici ab Ægyptio, defendit eum, occiſo Ægyptio. Etſi autem cadaver arena texit: tamen comperit altero die, cum rixantes populares ſuos dirimere voluit, palàm eſſe hoc facinus factum. Iccircò metu coactus in Midian profugit, 45. milliaribus, ibiq́ue annos 40. commoratus eſt, ne à Pharaone comprehendi poſſet. Et quanquam in exilio fuit tunc: tamen miris modis mitigavit Deus ærumnas eius. Nam & in ſacerdotis Midian, cui Jethro nomen fuit, noticiam venit, & filiam eius Ziporam in uxorem accepit.

Aulâ relicta cum Iſraëlitis ſe conjunxit.

Fugit in Midian.

retinuit. Primùm ne offenderet Deum, & pollueret conſcientiam. Deinde ne gratiam & dona Dei amitteret. Tum ut ne exemplo ſuo malo doctrinam de vero Deo, quam profitebatur, deformaret. Poſtremò ne pœnas, quas libidinoſis minatur Deus, ſibi accerſeret. Hera autem cùm perſvadere nullo modo poſſet Joſepho, ut libidini ſuæ obſequeretur: aſtutè incitavit maritum adverſus illum, ficto crimine, quaſi pudicitiam ipſius oppugnaſſet. Ac ut crimen magis veriſimile eſſet, pallium Joſephi oſtendit, quod in fuga poſt ſe reliquiſſet. Huic calumniæ fidem habens herus, indicta cauſſa in carcerem conjecit Joſephum, tanquam maleficum, ab eoq; pœnam mœcho debitam ſumere voluit. In hoc carcere manſit triennium, & mirificè divinam conſolationem ſenſit, animoq; infracto liberationem expectavit. Nec duriter, ut alij captivi & malefici, eſt tractatus, ſed carceri præfectus fuit, ut Dominus potius carceris, quàm captivus videretur. Acceſsit etiam donum interpretatio-

Carcer.

Digitized by Google

pretationis ſomniorum, quo divinitus fuit ornatus, ut eo tanquam alâ ad ſummum dignitatis gradum eveheretur. Nam & in carcere ſomnia pincernæ, & piſtoris regij, qui propter delicta ſua compedibus vincti erant, ſic interpretatus eſt, ut eventus prædictioni reſponderit. Et poſt biennium ad Pharaonem adductus interpretem ejus ſomniorum præ omnibus ariolis Ægyptijs ſeſe præbuit.

Anno mundi 2230. oblata ſunt Pharaoni duo ſomnia. Vnum de ſeptem tauris pinguibus, quos macilenti totidem devorant. Alterum de ſeptem turgidis & prægrandibus ſpicis ex uno culmo enatis, quas aridæ totidem abſumũt. Hæc cum exponere ſapientum nullus poſſet; accerſitus eſt Joſeph, cujus peritiam pincerna regi commendaverat. Sic igitur ex carcere eductus, ſomnia regis interpretatus eſt de venturis ſeptem annis fœcundis, & totidem infœcundis. Propter hanc interpretationem princeps Ægypti conſtitutus eſt, & pater patriæ appellatus. Hoc officij munere functus eſt

Exaltatio Joſeph.

Converſio fortunæ Joſephi adverſæ & afflictæ in proſperam & florentem; compedes mutantur in torquem aureum, palliũ

Ioſeph, & dulcem patris ſui conſpectum, quo annos 22. caruerat, tandem recuperavit. Ab Oni deduxit eum ad urbem, quæ vocatur Tanis, & Pharaoni exhibuit, cui pater mœſtus ſuæ vitæ curriculum breve & ærumnoſum commemoravit. Ab eo autem benignè dimiſſus rediit in urbem Oni, quæ fuit in terra Goſen, ibiq; mortuus eſt. Funus autem à Ioſepho, fratribusq; ejus & regni Aegyptii proceribus exportatum eſt in Hebron, milliaribus 70. obliqua ſcilicet via. In hac parte hiſtoriæ Ioſephi complures ſunt ejus virtutes maximè admirabiles. Primùm placabilitas, quòd injuriam tam atrocem à fratribus ſibi illatam oblivione delet, & mala eorum facta benefactis ſuis penſat. Etſi enim durius initiò cum illis egit: tamen vindictæ cupiditatem explere noluit, ſed ad agnitionem ſalutarem ſui delicti eos ſaltem revocare voluit.

Pharao eſt idem quod baro, hoc eſt, liber Dominus, regiæ dignitatis nomen apud Ægyptios, ſicut Ptolomæi poſt Alexandrũ, & apud Romanos Cæſaris, & Auguſti, apud Philiſtæos Abimelechi.

Virtutes præcipuæ Ioſephi.

Qui finxerant Joſephũ à fera beſtia eſſe devoratum, ij nunc conſcientiæ tanquam beſtiæ morſu atq; carnificina crucientur.

Iccircò totum ſeſe tandem aperuit, inquiens: Ego ſum frater veſter, quem in Ægyptum vendidiſtis: Nolite in metu eſſe. Deinde poſt mortem patris ab ijs ad pedes ipſius abjectis rogatus, ut ignoſceret, clementiſſimè reſpondit: Metuere nolite: Vos quidem de me cogitaſtis malum: Sed Deus cogitavit bonum. Is voluit me πρόξενον, *id eſt, præmiſſum hoſpitem & nutricium familiæ paternæ eſſe in maxima annonæ difficultate. Quamobrem nolite metuere, ego paſcam vos, & parvulos veſtros. Altera virtus eſt pietas in parentem ſenio confectum. Tertia caſtitas tanta, quanta ferè in nulla hiſtoria invenitur.*

Anno mundi 2310. mortuus eſt Joſeph ætatis ſuæ anno 110. cùm jam in Ægypto regnaſſet annos 80. Sepultuſq; in Ægypto: Sed oſſa ejus longo pòſt tempore, nempe in exitu populi ex Ægypto, tranſlata ſunt in Canaan, & in confinio Manaſſe & Ephraim ſepulta, quemadmodum in teſtamento ſuo ipſe ordinaverat.

A mort

A morte Joſephi cœpit ſervitus Iſraëlitarum in Ægypto, quæ duravit annos 114. Servitutis initium.

Jobus ab Euſebio lib. 1. demonſtrationis Evangelicæ collocatur inter Abrahamum & Moſen, ita ut quinque generationibus Abrahamum ſequatur, duabus verò Moſen antecedat. Quòd ſi ita eſt, ante Moſen vixit Iobus in terra Vz, quæ ſic nominata eſt ab VZ, filio Aram, Gen. 10. Complexa autem fuit terra VZ totam regionem ab urbe Damaſco uſque ad Iordanem: Sed ſedem rerum ac fortunarum ſuarum habuit Iobus in urbe Aſtaroth Carnaim trans Iordanem, in dimidia tribu Manaſſe; 14. milliaribus ab Hieroſolymis: Aſtaroth verò ſic dicta fuit à Veneris cultu, quæ Syris Aſtaroth dicebatur. Hieronymus de locis Hebraicis. Bernardus à Breitenbach ſcribit ſepulcrum Iobi adhuc monſtrari peregrinantibus prope urbem Aſtaroth. Multi credunt ab Eſavi poſteris natum eſſe Iobum. Sed vero ſimilius eſt, quod Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis & Lu-

Iob, Latinè dolens ſeu lugens.

Tempus quo vixit Iobus.

Sedes.

Aſtaroth.

Genus.

therus

therus in Geneſin ſcribunt, illum ex Vz, qui filius fuit Nahoris, Abrahami fratris, ortum eſſe. Sunt qui Idumeæ regem fuiſſe exiſtimant. Alij generum Jacobi Patriarchæ fuiſſe opinantur, propter ductam ejus filiam Dinam. Quoquo modo ſe res habet, patet ex hiſtoria, eum Chaldæis fuiſſe vicinum: Quippe qui agrum ejus populati ſunt, domum diripuerunt, & pecudes abegerunt. Apparet opulentum fuiſſe, & laudatur inprimis illius patientia, fides, atq; conſtantia, quòd deſertus ab omnibus creaturis à ſolo Deo pependit, nec ſpem in eo fixam abjecit. Iccircò coronam victoriæ adeptus tandem eſt, & liberos, facultates maxima acceſſione auctas, & ſpacium vitæ duplicatum recepit. Suidas.

Fortuna.

Hactenus hiſtoriam mundi per annos bis mille trecentos decem perſecuti ſumus, in qua præcipua capita ſunt hæc: Primò creatio mundi. II. Lapſus & reſtitutio. III. Deſcriptio diluvij. IV. Nova propagatio generis humani per Noami poſteros. V. Hiſtoria Patriarcha-

Capita hiſtoriæ à mundi initio.

Digitized by Google

tharum; Adami; Noami, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & Ioſephi.

Cùm autem ſervitute diuturna premerentur Iſraëlitæ in Ægypto, nec finem aut liberationem ullam oculis ſuis proſpicerent: auſa eſt tandem aliquando tribus Ephraim, cujus autoritas id temporis maxima fuit, promiſſam terram Canaan invadere. Profecta eſt enim ad urbem Gath, ut pecora ejus raperet: Sed repreſſa eſt, & ab indigenis Githæis interfecta. Ex quo in luctum tantum conjectus eſt Ephraim pater, ut ad conſolandum illum venerint fratres ejus, ut ſcribitur 1. Paral. 8. Hæc temeritas occaſionem præbuit Pharaoni, ut inclementius tractaret Iſraëlitas. Idcircò omnes vias iniit, quibus potentiam eorum infringeret & labefactaret, ne vel ſeditionem in Ægypto excitarent, vel cum hoſte ſe conjungerent adverſus Ægyptios. Primùm graviſſimis laboribus luti & lateris eos duriter exercuit. Secundum, Obſtetricibus mandatum dedit occidendi omnes infan-

Temerarius tribus Ephraim conatus.

Pharaonis inclementia adverſus Iſraëlitas.

infantes maſculos in partu mulierum Ebræarum. III. Cum ab obſtetricibus deluderetur, edictum propoſuit de abijciendis infantibus Ebræorum in flumen. Iſraëlitæ verò tanta ſervitute ac tyrannide oppreſſi, gemitibus multis deploraunt calamitatem ſuam, & clamor eorum ad Deum penetravit. Erant profectò horrenda filiorum Iacobi ſcelera, quorum pœnas luere ipſos, & eorum poſteros haud dubiè in iſta ſervitute oportuit.

(Sunt, qui putant Pharaonem fuiſſe Buſiridem, qui hoſpites mactaſſe dicitur, fortaſſe propter ocioſos infantes Hebræorum, qui hoſpites in Ægypto erant. Eſtq; is, qui inuſitatæ & prodigioſæ molis, & altitudinis pyramides conſtruxit.)

Moſis natiuitas.

Anno mundi 2373. natus eſt Moſes ex patre Amram, & matre Jochhæbet de tribu Levi. Eſt autem occultatus à parentibus, contra regis edictum, menſes tres, quod elegans eſſet puellus. Poſtea verò arculæ arundineæ bitumine ac pice oblitæ incluſus, in ripa Nili expoſitus eſt, ubi conſpexit eum Pharaonis filia Ther-

Thermuthis, juſſitq́ ex aquis extrahi, & in filij loco habuit. Ex quo nomen etiam accepit, quaſi ex aquis extractus. Eruditus eſt autem in aula Ægypti, in omni Ægyptiorum ſapientia uſq́ ad annum ætatis 40. Educatio.

Anno mundi 2414. relicta aula inviſit fratres ſuos Iſraëlitas mirè afflictos, & maluit eſſe ſocius ærumnarum popularium ſuorum, quàm aulæ delitias ſequi. Cumq́ vidiſſet, Iſraëlitam quendam injuria affici ab Ægyptio, defendit eum, occiſo Ægyptio. Etſi autem cadaver arena texit: tamen comperit altero die, cum rixantes populares ſuos dirimere voluit, palàm eſſe hoc facinus factum. Iccircò metu coactus in Midian profugit, 45. milliaribus, ibiq́ annos 40. commoratus eſt, ne à Pharaone comprehendi poſſet. Et quanquam in exilio fuit tunc: tamen miris modis mitigavit Deus ærumnas eius. Nam & in ſacerdotis Midian, cui Jethro nomen fuit, noticiam venit, & filiam eius Ziporam in uxorem accepit. Aulâ relicta cum Iſraëlitis ſe conjunxit. Fugit in Midian.

L *Anno*

Vocatio.

Anno mundi 2453. vocatus eſt Moſes à Deo immediatè ex ardente rubo, in deſerto montis Sinai, ubi oves ſoceri paſcebat, ad munus educendi Iſraelitas. Venit itaq; in urbem Tanis, itinere milliarium 16. expoſuitq; illis mandatum Domini de eductione in terram ſanctam, additis ſignis, quæ vocationi fidem faciebant. Mox executurus Domini mãdatum cum Aarone acceſſit Pharaonem, & dimiſſionem populi petivit. Hãc verò cum obſtinato animo pertinaciterq; denegaret Pharao, ac duriùs inſuper populum premeret quàm antè, decem plagis Ægyptus affecta eſt, ut dimittere tandem Hebræos cogeretur. Primùm enim converſæ ſunt aquæ in ſanguinem. II. Innumerabilis multitudo ranarum opplevit terram. III. φθειρίασις, id eſt, pedicularis morbus homines & jumenta vexavit. IV. Varietas inſectorum totam Ægyptum vaſtavit. V. Lues in pecora ſævijt. VI. Exulceratio homines & pecudes invaſit. VII. Grando plantas, beſtias, & homines in agro verſan-

Moſes ex paſtore factus dux, Prophetaq;.

Quando duplicantur lateres, venit Moſes.

Digitized by Google

verſantes interemit. VIII. Locuſtæ abſumſerunt quicquid à grandine intactum fuerat. IX. Caligo orta eſt triduana, adeò denſa, ut agnoſcere alter alterum non poſſet. X. Percuſſi ſunt primogeniti per totam Ægyptum tam inter homines, quàm inter jumenta. His plagis ita perculſi ſunt Ægyptij, ut ad exeundum Iſraelitas urgerent.

Caligo ingens etiam extitit in Hiſpaniola, cum Columbus ſecundò in eam veniſſet anno Chriſti 1493. Cicero ſcribit, tantas quondam in Sicilia fuiſſe tenebras ex eruptione Ætneorum ignium, ut per biduũ homo hominem non agnoſceret.

Anno mundi 2454. celebratum eſt primum Paſcha, & egreſſi ſunt Iſraelitæ ex Ægypto ſpolijs amplis onuſti, nempe vaſis argenteis & aureis, item veſtimentis, quæ ab Ægyptijs juſſu Domini petierant, ducente quidem Moſe, ſed præeunte filio Dei, interdiu in columna nubis, ut monſtraret eis viam: noctu verò in columna ignis, ut præluceret eis ad faciendum iter nocturnum. Erant autem filiorum Iſraelis ſexcenta millia, Numerus Iſraelitarum.

 præ-

præter parvulos, & promiſcuum vulgus, quod magno numero ſecutum eſt. Nam ex 70. animabus, quæ cum Patriarcha Jacobo Ægyptum ingreſſæ ſunt, nata ſunt ſexcenta millia hominum bellicoſorum.

Annos iam commorati erant in Ægypto 215. Etſi enim Moſes, & hunc ſecutus ſanctus Paulus annos quadringentos triginta numerant: Tamen illi non ſunt anni commorationis Ebræorum in Ægypto: Sed totius peregrinationis Abrahami, & poſterorum eius, à migratione ex Haran, quæ incidit in annum mundi 2024. uſque ad promulgationem legis, quæ facta eſt anno mundi 2454. ὡς ἔγγιστα, non præcisè, quadringenti verò anni, qui Gen. 15. & Act. 7. nominantur, de ſemine Abrahami loquuntur, & à nato Iſaaco incoari debent.

Tempus commorationis Ebræorum in Aegypto.

Ex Ægypto egreſſi recta quidem via venerunt in deſertum Ethan 15. milliaribus: non tamen per Philiſtæorum regionem, quæ proxima erat, ſed iuſſu Dei

Acta in deſerto per 40. annos.

Dei retracti ſunt in montana & aſpera loca. Poſuerunt igitur caſtra in Pihachiroth, ubi utrinq; concluſi montibus, tanquam labris, ante ſe mare rubrum, poſt ſe hoſtem inſequentem habebant.

Quanquam autem juſſu & quaſi ſalvo liberoq; commeatu profecti erant: Tamen inſecutus eſt eos Pharao cum exercitu hoſtili, omnemq; regni ſui conatum in eorum perniciem convertit. Cujus impetum in ſe cum viderent Iſraëlitæ, in anguſtias magnas redacti ſunt. Senſerunt enim ſe, tanquam mures in muſcipula, captos eſſe. Poſt eos erat hoſtis, ante verò, mare magnum, ad latus utrumq; montes excelſi. Quid igitur animi illis fuiſſe putabimus? Satis quidem formidinem ſuam declararunt, dum fremere adverſus Moſen cœperunt, ſed ſedati tamen ſunt à Moſe, qui juſſit eos expectare certam Dei liberationem. Exod. 12.

Interim verò nubes, in qua angelus Domini, id eſt, filius Dei ipſe erat, ut antea præceſſerat Iſraëlitas, ſic tunc ſe mediam interpoſuit inter hoſtilem exercitum, Filius Dei ſe interponit inter hoſtes & Hebræos.

tum, & Iſraëlitas. Hac fulgura edidit, quibus terruit Ægyptios, ne contingere Iſraëlitas poſſent: Iſraëlitis verò lucem præbuit, ne nocturnis tenebris terrerentur. Eadem nubes manſit cum arca fœderis in domo Dei, totis 40. annis, quibus in deſerto vagatus eſt populus. Et quando is proficiſci, ſive caſtra movere debuit, anteceſſit nubes cum arca, dixitq́ Moſes: Exurge Domine, & diſſipentur inimici tui: cum verò conſiſtere debuit, demiſit ſe nubes, & dixit Moſes: Convertere Domine ad multa millia Iſraëlitarum.

Pervio facto mari per baculum Moſi, tranſierunt Iſraëlitæ non abſq́ pavore. Tametſi enim præſentiam & opem Dei ex omni parte perſpiciebant: tamen vim & impreſſionem hoſtis inſequentis metuebant. Nec ferre abſque horrore poterant fulgura, quibus ad terrendos & diſijciendos hoſtes Deus utebatur. Cernebant etiam utrinque pendentes in ſublimi aquas, tanquam montes ſuper capita ſuſpenſos. Harum fragore animus etiam

Curvata in montis faciem circumſtetit unda.

etiam fortis debilitari potuit. Accedebat mulierum, puerorum, infantium ploratus & ejulatus incredibilis.

Nec brevi tempore tranſiri tantum mare potuit, cujus latitudo milliaria Germanica, ut ex Ptolemæo apparet, quindecim continuit. Conſumtos itaq; eſſe in eo tranſitu dies complures propter tanta impedimenta, conſentaneum eſt. Scribit Philo totum Iſraelitarum iter ex Ægypto in Judæam ſpacio tridui potuiſſe confici, ſi rectà iviſſent. Sed placuit Deo per vaſtas ſolitudines, via minimè compendiaria eos ducere, ut obœdientiam eorum experiretur.

Quid verò hoſti inſequenti accidit? Is cum inſano mentis errore ſibi perſvaſiſſet, ſe eodem modo tranſiturum eſſe, vadum maris ingreſſus eſt, & recurrentibus aquis, cum omnibus ſuis copijs atque præſidijs circa diluculum diei oppreſſus eſt, & abſorptus: Præſente & inſpectante BaalZephon Idolo, quod illic in monte collocaverat, & procul

Pharao in mari interijt, ut qui undis perdiderat inſtantes Hebræorū, undis ſuffocaretur.

Digitized by Google

dubio tunc in tanto periculo ſedulò invocaverat.

Hac illuſtri victoria recreati Iſraëlitæ carmen εὐχαριστικὸν *cecinerunt Deo. Poſtea verò progreſſi in deſertum Marah, aquas nullas invenerunt præter amaras, quas bibere non potuerunt. Iccircò murmurare adverſus Moſen cœperunt. Sed clamante Moſe oſtendit illi Dominus lignum, quod in aquam conjectum ſaporem ejus mutavit.*

Maran, id eſt, amarus. Inde Marcolphus q. amarus canis, à Marah, & Kelephi, canis. Templa Dei vaſtat Marcolphus, Zoilus artes turbat, Therſites regna quieta movet. Man, ſignificat deſtinatum, ſcilicet in cibũ.

Trigeſimo die poſt exitum, cùm eſſent in deſerto Sin, miſit Deus in caſtra magnam vim coturnicum, & poſtero die de cœlo ſparſit Manna, quo totos 40. annos paſti ſunt Iſraëlitæ. Paulò pòſt deficiente aqua, multisq́ omnium ætatum contabeſcentibus in Maſſa & Meriba, juſſit Deus Moſen ferire petram, ex qua continuò aqua univerſa multitudini potum præbens effluxit. Cùm autem Amalek opprimere Iſraëlitas conaretur, pugnante Joſua, precante verò Moſe, victus eſt exercitus Amaleciticus. Moſes quoq; de conſilio ſoceri ſui Jethron, elegit judi-

Digitized by Google

judices minorum negociorum in populo, tribunos, decuriones, & centuriones. Obligatus item eſt populus ſolenni pacto ad obœdientiam Dei.

Quinquageſimo die poſt exitum in monte Sinai promulgata eſt Lex de cœlo, voce terribili inter fulgura & tonitrua, audientibus ſexcentis millibus virorum. Cùm autem diutiùs commoraretur Moſes in monte: metu ceſſit Aaron furioſo populo, & vitulum conflatilem juſſit fabricari, imitatione quadam Ægyptiorum, qui Apin ſpecie vituli propter agriculturam colebant. Quamobrem iratus Deus univerſam multitudinem deleviſſet, niſi precatione Moſi placatus eſſet. Manſit autem tunc Moſes in monte 40. diebus ſine cibo & potu, tandemq́ ad populum fulgente facie reverſus eſt.

Decalogi promulgatio. Sina, idem eſt quod rubus.

Idolatria populi, abſente Moſe.

Anno mundi 2455. erectum eſt & dedicatum tabernaculum arcæ in deſerto, quod nubes gloriæ ſive majeſtas Domini ſtatim replevit, ut divinæ præſentiæ teſtimonium præberet. Moyſi conſternato horrenda ſpecie promulgatæ legis, oſtendi-

Moſi cornua affinguntur propter fulgorem cutis in facie ipſius, quem ex colloquio cum Deo conceperat. Nam verſio Latina ait radiaſſe faciem ejus inſtar cornu.

ſtenditur gloria Dei, duo filij Aaronis Nadab & Abihu abſumuntur igni egrediente à Domino, propter illatum coram Deo alienum ignem, de quo non præceperat Deus. Dedicatio tabernaculi. *Numeratur populus, habitoq́; delectu inveniuntur 603550. ad militiam idonei, præter Levitas, pueros, & mulieres.*

Celebratur ſecundum Paſcha, & poſtquam annum jam conſederat populus ad montem Sinai, nubes à tabernaculo elevata eſt, & ſignum profectionis dedit. Itaque progreſſus eſt ex deſerto Sinai in deſerum Paran, ubi nubes ſe demiſerat.

Populo adversùs Dominum murmurante, abſumta ſunt caſtra extrema, igni divinitùs immiſſo, qui tamen orante Moyſe reſedit.

Legit Moyſes 70. ſeniores, qui ſocij laborum & conſiliorum eſſent. Coturnices vento Domini adductæ, magnis agminibus in caſtra involarunt.

Exarſit æmulatio Aaronis & Mariæ contra Moſen de antecellentia. Sed di-

divinis

Digitized by Google

vinitus ita repreſſa eſt, ut Maria percuteretur ſubita lepra. Cum veniſſent in Idumææm, ad urbem Cades Barnea, quæ decem milliaribus aberat ab Jeroſolymis, miſſi ſunt exploratores Ioſua & Calebus in terram Canaan, qui diebus quadraginta peragrarunt milliaria centum ſexaginta duo. Cùm autem reverſi eſſent, & mira de munitione urbium, proceritateq; incolarum prædicaſſent, murmuraverunt Iſraëlitæ adversùs Dominum, quaſi ſpes occupandæ terræ illius nulla ſupereſſet. Iccircò iratus Dominus retraxit eos ab aditu terræ ſanctæ ad mare rubrum milliaribus 37. retinuitq; in deſerto uſq; ad 40. annum ab exitu.

Violator Sabbati juſſu Dei ſaxis obrutus eſt. Factio Choræ hiatu terræ abſorpta eſt. Virga Aaronis contra naturæ ordinem floruit, & amygdalas genuit.

Anno 2493. profluxit aqua ex petra, bis feriente Moſe & Aarone. Aaron ſummus pontifex mortuus eſt anno ætatis 123. eiq; ſucceſſit filius Eleazar. Serpens æneus erectus. Sihon rex Heſbon

bon, & Og rex Baſan occiſi ſunt. Balaam Propheta Meſopotamiæ conductus à Balac rege Moabitarum ad maledicendum Iſraëlitis, benedixit illis, & ſimul vaticinium de Chriſto edidit. Viginti quatuor millia virorum perierunt propter ſcortationem, & cultum Baal Peor: Sed Pinehas placavit iram Dei, occiſo ſcortatore cum ſcorto in continenti.

Baal Peor os hians Maulaff / epitheton Priapi.

Denuò numeratus eſt populus. Ioſua dux populi inauguratus eſt à Moſe, Iſraëlitæ vicerunt Midianitas, omnesq́; maſculos interfecerunt cum quinque regibus: In qua clade Balam quoque occubuit, ut impietatis ſuæ pœnas perſolveret. Moſes prælegit, & repetivit legem Domini propter eos, qui promulgationem ejus in monte Sinai non audierant: Ex quo vocatur Devteronomium, id eſt, ſecunda Lex, quòd repetita fuerit à Moſe, videlicet 40. anno poſt promulgationem in monte. Moſes ante exitum ex hac vita edidit carmen εὐχαριστικὸν, velut cycnæam cantionem, quo beneficia Dei Iſraëlitis exhibita celebravit. Vidit eminus

Devteronomium.

eminus in monte Piſga, qui ſex milliaribus aberat ab Jeroſolyma, terram promiſſam. Benedixit & valedixit tribubus duodecim, & mortuus eſt in monte Nebo, ſepultusq; à Deo, anno ætatis ſuæ 120. Calendis Martij, confecto & abſoluto curriculo 120. annorum, laboribus, moleſtijs, difficultatibus, periculis, curis & contentionibus pleniſsimo.

Heros fuit tantus, quantus vix in terris extitit. Virtutibus excelluit eximijs, ſuſtinuit molem gubernationis incredibilem. Sed vitijs tamen non planè caruit. Abnuebat nimis pertinaciter munus gubernationis à Deo mandatum, & in deſerto iuſſus ferire petram, dubitavit de Dei fide. Quamobrem iratus Deus, in terram promiſſam introire eum non eſt paſſus. Revera autem pro immenſis ſuis laboribus nihil præmij in hac vita recepit, ſed poſt mortem deniq; gloria æterna ornatus eſt. Id quod apparet ex ſepultura à Deo ipſo facta, & ex colloquio eius cum Chriſto in monte Thabor.

Anno

Liber Joſuæ complectitur hiſtoriam 18. annorum, Gen. 2310. Exodi 144. Levitic9 mẽſis unius, Numeror. 38 Devteronomium duorũ menſium.

Anno mundi 2494. Moſi ſucceſſit Joſua ex tribu Ephraim. Eſt autem Joſua idem quod Jeſus, Latinè ſervator. Hujus munus fuit, ducere populum Dei in terram promiſſam, eamq́; ſorte Iſraëlitis diſtribuere. Vocatus eſt ad hoc officium à Moſe primùm. Deinde confirmatus à Deo ipſo, qui præſentiam & auxilium in tanta mole gubernationis disertè illi promiſit, & virtute, felicitate, & autoritate apud populum circumdedit eum. Ingreſſus in hoc munus primùm omnium miſit exploratores in terram Canaan, qui reverſi lætum attulerunt nuncium de pavore incolarum terræ. Quare haud moratus Iſraelitas per Jordanem divina potentia exiccatum duxit, & in terram promiſſam introduxit. De tot autem Iſraelitis, nempe ſexcentis millibus, qui ex Ægypto exierant, nemo in terram iſtam venit, præter Ioſuam & Calebum, extinctis cæteris in deſerto propter inobædientiam. Factus eſt autem tranſitus iſte die decimo menſis primi, id eſt, Aprilis circa Paſcha,

Profeſſio ſeu officium.

Joſuæ res geſtæ.

Tranſitus per Jordanis alveum.

quo

quo pleniſſimo alveo fluere & exundare Iordanis ſolebat. Secundò factus eſt in loco mari mortuo vicino, è regione Ierichuntis, ubi torrentes, & flumina multa ſuos alveos in ipſum exonerant, & tam latitudinem, quàm profunditatem ejus augent. Tertiò ſtetit aqua in ſublimi accumulata tàm diu, donec populus omnis ſiccis pedibus tranſiit, & ſacerdotes arcam fœderis geſtantes ex fluminis vado in ripam ulteriorem egreſſi ſunt. Quartò memoriæ cauſa Ioſua duodecim lapides in medio Iordane, & totidem in Gilgal collocavit. Decimo quartò die reſtituta eſt circumciſio, & celebratum eſt Paſcha, multis annis intermiſſum, & deficiente Manna, azymi panes ex frugibus terræ Canaan facti ſunt.

Obſidione cincta eſt Ierichò ſex diebus, ſeptimo autem cantu tubarum per ſacerdotes arcam fœderis geſtantes, ac clamore populi tanquam terræ motu quaſſata corruit. Sed hanc divinam victoriam horribiliter deformavit furtum Achan, qui ſpoliorum partem Deo conſe- Expugnatio Ierichuntis.

conſecratam rapuerat. Propterea ſaxis eſt obrutus. Deinde vicit Joſua illuſtri prælio regem Ai, & ſuſpendit ex arbore. Recitari juſſit Deuteronomium, & ſervavit Gibeonitas propter inſiurandum, quod dederat. Poſthac quinq; reges Amorræorum in terra Canaan delevit, inhibente Sole & Luna curſum ſuum, donec hoſtes ſuos ulciſcerentur. Iſraëlitæ. In hoc perpetuo curſu fortunæ, & victoriarum triginta reges & unum debellavit Joſua, & tota quidem terra potitus eſt, ſed gentem tamen Cananæorum non penitus delevit. Remanſerunt enim Jebuſæi, & alij tanquam reliquiæ, à quibus exercerentur Iſraëlitæ, ne ſecuri prorſus fierent.

Miraculum repreſſi curſus Solis & ſtellarum omnium. Non enim poteſt impediri unius Planetæ motus, quin ſimul inhibeatur curſus omnium ſtellarum fixarũ & errantium.

Anno mundi 2500. ſorte diviſit Joſua terram, familijsq; ſingulis, excepta Levitica, ratam partem aſſignavit: Sibi verò nullam tribuit, ſed oblatam à populo accepit. Tabernaculum item fœderis in Silo erexit. Quod reliquum fuit temporis uſque ad mortem Joſuæ, id in pace & tranquillitate conſumtum eſt.

Hinc

Digitized by Google

Hinc terra ſancta hoſpitium atq; ſedem præbuit Iudæis, annos 1540. uſq; ad Veſpaſianum.

De anno Iubilæo.

Anno mundi 2500. cœpit annus Jubilæus Moyſi primus, nempe poſt Jubilæum mundi quinquageſimum. Tot enim Jubilæi, ſive quinquageſimi anni ab exordio mundi uſque ad præſentem effluxerunt. Cœpit autem hic Jubilæus ſeptimo anno poſt occupationem & partitionem terræ, fuitq; ſeptimus annus poſt Sabbatarius, id eſt, remiſſionis annus, quo à cultura quievit terra, ſecundùm præſcriptum Dei Lev. 25. Nomen habet Jubilæus à Jobelim, Hebræa voce: qua tubæ ſignificantur, eò quod tubarum cantu indictus eſt populo. Inſtitutus autem eſt propter uſus tres, quorum primus fuit Aſtronomicus, ut videlicet certa eßet temporum ſupputatio in populo Dei. Per Iubilæos. n. Judæi, perinde ut Græci per Olympiades, Romani per luſtra, annos numerarunt. Jubilæus.

rarunt. Secundus fuit Politicus. Cavit enim Deus per Jubilæum annum, ne pauperes bonis paternis excluderentur, ſed quinquageſimo quoq; anno fundi aviti quocunque modo alienati, veris dominis reſtituerentur, & hoc modo familiarum diſtinctio conſervaretur. Tertius uſus Allegoricus fuit. Voluit enim Deus Jubilæum eſſe typum veri Iubilæi, hoc eſt, æternæ liberationis à peccato, morte, & omnibus miſeriis in altera vita.

Anno mundi 2511. cum jam ſingulis momentis appropinquantem mortem expectaret Ioſua, univerſum populum in concionem advocavit, eumq; oratione gravi & ſenili hortatus eſt ad curam cuſtodiendi doctrinam, & cultum Dei verum, ac fugiendi Idolatriam: Eamq; concionem erecto ſub quercu lapide, velut perpetuo voluntatis ſuæ teſtimonio, obſignavit, & mortuus eſt anno ætatis 110.

Liber judicum continens hiſtoriam 300. annorum, à

A morte Ioſuæ tribus Iudæ rexit populum divino juſſu. Hac duce Calebo bellum intulit Cananæis, quorum ad decem

cem millia cecidit. Cepit quoq; eorum regem Adonibeſeck, cui pollices manuum & pedum amputavit, quemadmodum ipſe ſeptuaginta regibus antè fecerat, qui præciſis pollicibus manuum & pedum micas ſub menſa ejus collegerant. Cepit etiam Jeruſalem, Hebron, & alias urbes.

Juda verò principe judæi ſunt appellati, qui antè Hebræi nominabantur, & terra, quam incoluere, judæa.

Anno mundi 2512. Othoniel vel Athniel de tribu Juda factus eſt Judex populi, qui præfuit annis quadraginta, & liberavit Iſraëlitas ex ſervitute Syriaca, cui annos octo propter Idolatriam ſubjecti fuerant.

Principes, quos Hebræi judices vocãt in populo Dei, non in annum conſtituti, ſed perpetua juriſdictione ſubnixi.

Anno 2552. Ehud annos octoginta. Is interfecit Eglon regem Moabitarum, cui Iſraëlitæ annos octodecim propter peccata ſua ſervierant.

Anno 2632. Debora Prophetiſſa, annis 40. Hæc duce Barac vicit Siſeram ducem Gabin regis Cananæorum, qui triſti ſervitute oppreſſerat Iſraëlitas annis viginti.

Anno 2672. Gedeon annis 40. Is ſolo clangentium tubarum ſono, fra-

ctarumq́ lampadum comploſione & ſtrepitu numeroſiſsimum exercitum Madianitarum, & Amalecitarum vicit: Vno videlicet milite Gedeonis 450. hoſtibus oppoſito. Nam in exercitu Gedeonis fuerunt 300. in exercitu Midiam verò 135000.

Anno 2712. Abimelech annis tribus occidit fratres ſuos ſeptuaginta, & velut tyrannus interfectus eſt fragmine molæ à muliere dejecto.

Anno 2715. Thola annis 23.

Anno 2738. Jair annis 22.

Anno 2760. Jephthe annis 6. qui Ammonitas vicit, & filiam ſuam hoſtiam mactavit ob votum temerarium.

Anno 2766. Abeſsem vel Ebzan annis 7.

Anno 2773. Elon annis 10.

Anno 2783. Abdon annis 8.

Samſon & eius res geſtæ.

Anno 2791. Samſon annis viginti. Natus eſt hic ex Manoa patre de tribu Dan, & matre ſterili, angelo annunciante ejus nativitatem & officium, quòd videlicet Nazareus, id eſt, ſeparatus vel conſe-

conſecratus DEO eſſet futurus, & ex manu Philiſtæorum liberaturus Iſraëlem. Significat autem Samſon, idem quod Sol, quia imago fuit Jeſu Chriſti, veri Nazarei & Solis Juſticiæ. Vxorem duxit divino inſtinctu, vel fatali potius impetu, filiam Philiſtæi, quo occaſionem invadendi Philiſtæos aliquando adipiſceretur. In via autem ad ſponſam diſcerpſit leonem, & in reditu ex cadavere ejus mel ſumſit, & edit cum parentibus ſuis. In nuptijs ænigma propoſuit convivis, more in multis gentibus ſervato, & veſtes ſolventibus illud promiſit: De comedente exivit cibus, & dulcedo de forti. Quod cùm ſolvere nemo poſſet, à ſponſa tandem exoratus ipſe explicavit de melle ex mortuo leone ſumto. Hanc interpretationem cum convivæ ex ore ſponſæ exceptam recitaſſent, reſpondit ipſe: Niſi vitula mea araſſetis, non inveniſſetis. Quæ ſententia ad Eccleſiæ doctrinam recte accommodatur, quàm qui non audit, toto cœlo à veritate aberrat. Profectus eſt ergo Simſon, & triginta

Aenigma Samſonis.

Palæſtinos interfecit, veſtibuſq; ſpolavit, quò promiſſum ſuum convivis exolvere poſſet. Deinde cùm erepta illi eſſet uxor, & alteri data à parentibus, putavit juſtam ſibi oblatam eſſe cauſſam ulciſcendi Philiſtæos. Junxit itaq; vulpium tercentum caudas cum facibus ardentibus, & ſegetes eorum incendit. Poſtea habitavit in rupe Ethan, ubi populares ipſum captum & vinctum hoſtibus tradiderunt. Verùm Simſon ruptis funibus evaſit, & arrepta aſini mandibula, mille Palæſtinos trucidavit. Cùm verò labefactus eſſet labore tanto & ſiti, fons ex dente abjectæ maxillæ ſcaturijt, & eum recreavit.

Strategema Simſonis.

Exitus.

Hactenus curriculum Samſonis fuit felix, & gubernatum eſt divinitùs. Nũc verò converſis rebus voluptati ſeſe frangendum & debilitandum tradit. Amat enim meretricem in Gaza, ubi deprehenſis civium inſidijs, duas fores portæ civitatis cum duobus poſtibus & vectib. humeris ſuis in faſtigium montis quinq; milliaribus aſportat. Poſtea cœpit amare

Deli;

Delilam, à qua turpiter circumventus in poteſtatem Philiſtæorum venit, qui oculos illi effoderunt, tantiſper dum feſtum idolo ſuo Dagon celebrarunt, & accerſitum Samſonem ludere coram ſe inſtar morionis juſſerunt. Tum enim precatus priùs vindictam contra Palæſtinos, comprehendit duas medias columnas, quibus domus univerſa nitebatur, & diruit domum, ipſeq́; unà ruens cum Philiſtæis epulantibus ampliùs ter mille interijt, anno mundi 2810.

Cumulata ſunt in judicum gubernatione peccata, & abjecto vero Dei cultu, Idolatria & libidinum confuſio crevit, bellaq́; inteſtina etiam exorta ſunt. Ex quo excidium funeſtum tribus Benjamin ſecutum eſt, ob Levitæ cujusdam concubinam, qua cives Gibeæ contra hoſpitalitatis iura ad mortem uſque abuſi erant. Quamobrem Levita uxoris corpus diviſit, & ad omnes tribus Iſraëliticas miſit, ut ad juſtam vindictam eas inflammaret. Hoc horrendum ſpectaculum Iſraëlitis juſta & pia arma induit.

Et etiamſi infelici eventu bis cum Benjamitis congreßi ſunt: tandem tamen in juſta cauſſa, Dei implorata ope, victores evaſerunt, & tribum Benjamin penè totam deleverunt.

Eli Sacerdos & judex Iſraëlitarum.

Anno mundi 2833. Eli ſummus Sacerdos, & dux populi factus regnavit annos 40. Eſt autem rejectus à Deo propter tria crimina. Primum fuit profanatio ſacrificiorum. II. Nimia indulgentia in liberos peſſimè utentes ſacerdotali dignitate & munere ad libidinem & petulantiam. III. Avaritia, quòd quæſtui habuerit ſacerdotalem dignitatem. Propter hæc crimina Iſraëlitæ cæſi ſunt à Philiſtæis, arca Domini capta eſt, filij Eli duo in acie ceciderunt, & ipſe natus jam annos 98. audita clade Iſraëlis, de ſella lapſus cervicem fregit.

Samuel in Prophetarũ choro primꝰ, cui continua ſerie ſucceſſerunt alij uſq; ad Malachiam.

Anno mundi 2834. natus eſt Samuel ex Elcana patre, & Hanna matre, de tribu Levi. Eſt autẽ Samuel idem quod petitus à Deo, ſcilicet per preces ardentes matris ſterilis. Iccircò dedicatus

tus eſt & conſecratus miniſterio Dei ab ineunte ætate.

Anno mundi 2830. vocatus eſt Samuel à Deo ad munus propheticum, cui præfuit annis 40. uſq; ad regnum Davidis, connumeratis ſcilicet decem annis regni ſalutis. Fuit autem Samuel tàm concionator fidelis, quàm gubernator ſalutaris: ἀμφότερον ποιμὴν ἀγαθὸς, κρατερός θ' ἡγητήρ, *id eſt, utrunq;, paſtor bonus & fortis dux. Non ullius hominis gratia, neq; muneribus flecti potuit, ſed caſtè, conſtanter, integreq; ſancto, ſed ærumnoſo & difficili munere ſuo functus eſt. Cùm Philiſtæi expeditionem contra Iſraëlitas ſuſcepiſſent, non armis, ſed precibus eorum potentiam & minas proſtravit. Impetravit enim tonitru ingens à Deo, quo territi hoſtes in fugam verſi ſunt, & cæſi ab Ebræis. Confectus ſenio Judices dedit populo filios ſuos, qui avaritia & iniquitate ſua moverunt Ebræos, ut regem peterent, ſpreto Deo. Unxit igitur Samuel Saulem, nec longè pòſt rejecto Saule, unxit Davidem, & anno*

quod Moſi non accidit, qui quoque dux chori Prophetici appellatur.

Samuelis vocatio.

Digitized by Google

no ætatis 75. mortuus eſt.

Saul primus rex populi Dei, & ſic converſa eſt Ariſtocratia in regnum.

Eſt autem hæc tertia ſpecies gubernationis in populo Dei. I. Patria. II. Iudiciaria. III. Regia.

Anno 2881. rex Iſraëlis factus eſt Saul de tribu Benjamin, & vicit illuſtri prælio Ammonitas. Verùm cum biennium regnaſſet, rejectus eſt à Deo propter duo crimina. Primò propter πολυπραγμοσύνην, *quòd ſine vocatione per ſeſe ſacrificaſſet. Secundò propter violationem mandati Dei de interficiendis omnibus Amalecitis. Iccircò deſertus à Deo in omne flagitium ruit. Odit & perſecutus eſt Davidem propter dona, quibus à Deo ornatus erat, cum cæſo Goliado creſcere eum videret, & ſe quaſi inferiorem duci. Occidit 85. ſacerdotes Domini, nulla alia de cauſſa, niſi quòd Abimelech ſacerdos Davidi exulanti panes ſanctos & gladium Goliadi dediſſet. Confugit ad Diabolum, conſulta, in extremo periculo & deſperatione, venefica, ſeu Pythoniſſa; quæ manes ſpecie Samuelis ex orco eduxit. Mox ergò tragicè periịt. Nam amiſſo exercitu ſibi ipſi necem conſcivit, ne in manus Palæſtinorum veniret. Nec is ſolus, ſed cum eo*

etiam

etiam filius ejus Ionathas, virtute & pietate commemorabili prædirus in prælio occubuit.

Prima unctio Davidis.

Anno mundi 2883. unctus eſt David à Samuele, ut eſſet rex Iſraëlis, anno ætatis ſuæ 20. regnante adhuc, & inſciente Saule, Sed rejecto à Deo. Fuit autem David filius Iſai natu minimus, de tribu Iudæ, fortis, magnanimus, prudens, & forma præſtans, Muſica & alijs honeſtis diſciplinis perpolitus. Sic dictus ab amore. Eſt enim David idem quod dilectus, unde & Didonis nomen eſt. Vices fortunæ varias expertus eſt: Primùm opilio fuit ante & poſt unctionem. Ac inter paſcendum oves patris ab adoleſcentia ſtatim documenta dedit ingenij, induſtriæ, virtutis & felicitatis. Nam cum leonibus luſit, & cum urſis, tanquam cum hœdis & ovibus, ut Siracides ait.

Davidis fortuna.

Deinde ab ovium grege accerſitus eſt in aulam, & citharæ ſuæ cantu malum Spiritum, qui turbabat regem, ſæpe compeſcuit & profligavit. Fuit autem David

David, Saulis Musicus & armiger factus est.

Davidem ſolùm Muſicus in aula, ſed etiam armiger regis. Sed inde propter bellum contra Philiſtæos dimiſſus ad patrem rediÿt. Nec pòſt multò ætatis ſuæ anno 24. ad fratres ſuos in caſtra Saulis miſſus, occaſionem divinitùs oblatam nactus eſt virtutis ſuæ edendi ſpecimen. Nam in caſtris vidit & audivit Goliadum Philiſtæum vaſto & prægrandi corporis robore, oreq; impio & immani convicia facientem Iſraëlitico exercitui & ad monomachiam fortiſſimũ quemque per totos 40. dies provocantem. Hujus maledicta cum iniquo animo ferret David, contra omnium opinionem & expectationem dimicaturum ſe eſſe cum illo, oſtendit. Congreſſus eſt igitur cum eo, tyro cum veterano, inermis cum armato, nulla re niſi fundâ & lapide inſtructus. Goliadus verò panoplia indutus erat, ac lorica quidem illius quinquies mille ſiclos æris, id eſt, amplius ſeptuaginta octo libras continebat. Haſtæ autem ferrum ſexcentos ſiclos ferri, id eſt, amplius novem libras. Hunc tanta corporis

poris & armaturæ mole tumentem & ſibi præſidentem gigantem adortus David, ſolius Dei præſidio fretus, primo ictu frontem ejus ſauciavit, lapide caſſidem æneam perrumpente, & mortem ſubitam afferente. Proſtrato autem Goliado, mox David caput, arrepto ipſius gladio amputavit, & victoria divina potitus eſt. Egit igitur triumphum, multorum præſertim mulierum præconio & cantu celebratum, factaq; eſt divinitus in eum animorum inclinatio in populo. Monomachia Davidis & Goliadi. Davidis triumphus.

Saul verò accenſus æmulatione doluit tanta felicitate atq; autoritate Davidis, metuens ne ſibi præferretur, & regnum eriperet. Iccircò perſecutus eſt eum non vi ſolùm, ſed etiam fraude. Nam & filiam ſuam illi uxorem per inſidias dedit, & omnes occaſiones quæſivit, quibus è medio tollere illum poſſet. Haſta trajicere conatus eſt, occidere voluit in lecto, nec latere ulla in urbe aut agro paſſus eſt. Quin parentes etiam innocentes propter Davidem ſede & fortunis omnibus expulit. In hoc exilio Davidis fuga & exilium. 1. Sam. 11.

modò

modò ad ſuos, modò ad hoſtes confugere coactus eſt David, & quidem ab hoſtibus clementer aliquoties tractatus eſt, à ſuis verò ſæpius deſertus & proditus.

Davidis & jonathæ amicitia.

Vnum Jonathan, Saulis filium, in tanta fortunæ acerbitate fidum, benevolum, conſtantemq́; cognovit. Non autem defuit Davidi occaſio occidendi Saulem, & ſeſe regnumq́; ſibi commiſſum in libertatem vindicandi: Sed manus inferre uncto Domini nefas eſſe duxit. Maluit igitur has tam acerbas, & diuturnas exilij ærumnas per multos annos perferre, & divinam liberationem expectare, quàm vindictæ cupiditate DEVM offendere. Neq; fruſtra talem patientiam exercuit. Nam ita fortunam adverſam ferre didicit, & Pſalmos multos, quibus ſeipſum erudivit, compoſuit, & ad nos omnes erudiendos poſt ſe reliquit.

Davidis unctio ſecunda.

David ter unctus eſt. 1. in Bethlehem, 2, &

Anno mundi 2891. mortuo Saule, denuò unctus eſt David, anno ætatis ſuæ trigeſimo, in urbe Hebron, ubi regnavit annis ſeptem, nondum tamen inte-

integro regno potitus, propter Isboſethum, Saulis filium, qui regnum affectabat, & cum Davide de imperio decertabat. 3. in Hebron.

Anno mundi 2898. interfecto Iſboſetho, & compreſſis ſeditionibus inteſtinis, David 38. annos natus omnium tribuum conſenſu tertiò unctus eſt in Hebron, & in regno totius Iſraelis & Iudææ confirmatus. Regnavitq́ Ieroſolymis annos 33. In hoc temporis ſpacio res domi militiæq́ præclaras geſſit. Num & Ieruſalem cepit, deletis Iebuſæis, regniq́ ſedem ibi collocavit, & hoſtes cæteros Philiſtinos, Moabitas, Ammonitas, Syros, Idumæos, Amalecitas, & Gigantum familias oppreſſit & extinxit. Tum rempublicam religione, legibus, & diſciplina munivit: arcam Domini Ieroſolymam cum ſolennitate, & lætitia magna traduxit, & cultum verum in Eccleſia per totum regnum conſtituit. Pſalmos plurimos compoſuit, & promiſſionem de Meſſia ex ſua familia naſciturо accepit. Ex quo non rex ſolùm, ſed

Vnctio Davidis tertia, & univerſalis gubernatio.

David doctor Legis & Evangelij, Propheta & Patriarcha.

ſed Propheta etiam, vel certè Regius Propheta jure omni nominatur. Vt autem felix hactenus inter tot adverſa fuit David: Ita deinceps in proſperis rebus turpiſſimè lapſus eſt, & ſceleribus horrendis ſeſe, & Eccleſiam contaminavit. In gubernatione nonnulla neglexit, & aliquoties in errores impegit, ut cum adulari ſe paſſus eſt à Siba, ut facultates domini Mephiboſethi illi attribueret. Sed omnium fuit atrociſſimum, quod Bathſebam, Vriæ boni & innocentis viri uxorem rapuit, & ipſum maritum in prælio occidendum curavit. De hoc nefario crimine adulterij, & homicidij accuſatus à Nathane Propheta, pænitentiam egit, & abſolutionem accepit. Veruntamen pœnis corporalibus punitus eſt, & congruit modus pœnæ cum modo delicti. Nam Ammon filius amore ſororis ſuæ Thamar exarſit, & ad ſtuprum eam rapuit. Abſolon verò fratrem ſuum Ammonem interfecit in convivio. Poſtea reconciliatus patri regnum invaſit, & patrem in exilium projecit,

Davidis peccata.

Pœnæ peccati Davidis.

concu-

concubinasq; ejus publicè ſtupravit. Ex quo bellum inteſtinum ortum eſt, in quo Abſolon in fugam verſus cæſarie ramis quercus involutus adhæſit, & tribus Joabi haſtilibus trajectus eſt. Extincto Abſolone, David in regnum reductus eſt, & deleta Seba ſeditioſo, aliisq; adverſariis, confeſſionem illuſtrem edidit, velut ultimam vocem, ſeu cygnæam cantionem de Deo, de Meſſia, de beneficiis, & regno ejus, item de pœnis hoſtium Evangelii. Poſt hæc πολυπραγμοσύνῃ, *qua dam lapſus populum numeravit. Iccircò lethali lue peſtilentiæ extincta ſunt ſeptuaginta millia hominum intra triduum. Senectute confectus, filium Salomonem ſucceſſorem regni deſignavit, eumq; in ſolio collocatum de rebus ad gubernationem neceſſariis admonuit, videlicet de legis divinæ cura, & animi magnitudine, in tam arduo officii munere, aliisq; quæ poſt mortem ſuam fieri voluit, ac cum patribus dormivit, anno ætatis 70. mundi verò 3930. regnavit annis 40. Joſephus ſcribit Salomonem defodiſſe*

2. Sam. 22.

Peccatum David aliud.

Senectus & mors.

N multa

Digitized by Google

multa talentorum millia in Davidis ſepulcro, Hyrcanum verò pontificem, in obſidione urbis, inde exemiſſe auri talenta ter mille. Herodem porrò idem tentantem, pecuniæ nihil inveniſſe, Sed aurea ornamenta abſtuliſſe permulta, & ne interius penetrale aggrederetur, igni prohibitum eſſe. Cedrenus.

Inauguratio Salomonis.

Anno mundi 2931. Salomon, vivo patre inauguratus, regnare cœpit; & regnavit annos quadraginta. Huius adoleſcentia optimis diſciplinis dedita fuit. Vſus eſt enim præceptore Nathane Propheta, qui non ſolùm religionem curæ habuit, ſed etiam politicæ gubernationis partem ſuſtinuit.

Inſtitutio & diſciplina Salomonis.

Ab hoc igitur inſtructus eſt ijs artibus, quibus ad Eccleſiæ, & reipubilcæ adminiſtrationem opus eſt. Factus eſt enim utrumque, & doctor ſalutaris Eccleſiæ, & rex politicus, omnium mortalium ſapientiſſimus.

Nomen.

Eſt autem Salomon idem quod Εἰρηναῖος*, Latinè pacificus, Germanicè verò Fridericus, nomen ſcilicet cum re conſentiens. Sub illo enim in pace & tranquillitate ſumma*

ma quiſque ſub ficu & vite ſua ſedit. Præceptor verò appellavit eum Iedidia, id eſt, amabilem, vel carum Deo. Initio ſuæ gubernationis à Deo petyit non aurum, non opes, ſed ſapientiam & facultatem regendi commiſſam politiam. Idcircò tribuit illi Deus utrumq;, ſapientiam tantam, ut admirationi eſſet omnibus penè nationibus, & populis, & opes immenſas. Ac ſi ullo mundi tempore aureum fuit ſeculum, Salomonis ætas aurea, & flos mundi nominari poteſt: quãquam diuturna non fuit, ſicut nulla res humana diu florere ſolet. Sapientia & opes Salomonis. *Iudicium exercuit celebratiſſimum de infante, cujus cauſſa diſceptabant duæ mulieres, utrius eſſet? Hîc Salomon admirabili ſolertia uſus, diſſecari infantem juſſit, & diſtribui altercantibus mulieribus, ex quo ſtatim, utra vera mater eſſet, cognitum eſt, nempè illa, quæ ſectionem infantis prohibebat. Deinde patris teſtamentum executus eſt, & fundamenta templi jecit in monte Moria, anno regni ſui quarto. Vndecimo autem confectum* Iudicium Salomonis.

illud dedicavit. Itaq; ſeptennium totum in eo extruendo conſumtum eſt, centum quinquaginta millium hominum continua opera. Manſit autem arca fœderis, ſive templum Domini annos 486. Salomonis verò templum annos 423. uſq; ad Nebucadnezaris adventum. Rabini aiunt arcam fœderis defoſſam eſſe à Jeremia, obſidionis tempore, in monte Moria, ubi Chriſtus crucifixus eſt.

Salomon rex & doctor, ſicut ſe nominat Eccleſiaſten, id eſt, concionatorem.

Anno mundi 2941. tranſtulit arcam fœderis ex Sione in templum, & precatione ardente, ſacrificiorumq; copia ingenti templum conſecravit. Huic omnium quæ Sol vidit jucundiſſimo ſpectaculo plauſus multiplex non à cuncto ſolùm populo, ſed à Deo ipſo etiam eſt datus. Nam maieſtas Domini ita replevit undiq; templum, ut fungi ſuo munere non poſſent Levitæ & Sacerdotes propter vaporem.

Regia Salomonis.

Abſoluto templo regiam domum extruxit, quæ regni ſedes perpetua eſſet. Aliam etiam domum ædificavit Pharaonis filiæ uxori ſuæ. Quibus perfectis iterum apparuit ei Dominus &

& ad ſectandum patris pietatem, additis inſignibus promiſſis hortatus eſt.

Poſt divini cultus curam, & Eccleſiæ conſtitutionem, ſtudium & operam ad Politiæ & Oeconomiæ ordinationem contulit. Ordinavit enim judicia, tributa & præſidia ad conſervationem regni neceſſaria. Fuit autem reditus Salomonis annuus ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum, quæ efficiunt ferè quadraginta tonnas auri. Argenti verò copia erat innumerabilis ſicut lapidum. Apparet autem in tam florente regno ultra quàm ſatis eſt oneratos fuiſſe ſubditos. Nec laudari poteſt, quòd nimis parcè in tanta affluentia Regi Hiramo officia & merita rependit. Elegit gubernatores regni non ex peregrinis, ſed ex Iſraëlitis, quod eos magis fidos atq; devinctos ſe habiturum credidit. 2. Paralip. 8.

Reditus annuus Salomonis.

Nævi Salomonis.

Claſſem emiſit unà cum Hiram rege ex Ezeon Geber in littore maris rubri verſus meridiem, quadraginta milliaribus ab Jeroſolymis, in Ophyram, id eſt, in Indiam, quæ hodie appellatur Ameri-

Ophyra.

ca, vel Peru, vel novus orbis. Ophyr autem dicta eſt olim ab Eberi nepote, qui Indiam tenuit. Ioſephus vocat auream terram, ab auri ſcilicet optimi copia, quod Ophyrizum, vel obryzum vocatur. Fuit ea navigatio milliarium 1200. nec confici niſi triennij ſpacio potuit. Reverſi navigantes aſportârunt inde auri vim magnam, & alias res precioſas.

Reginæ Auſtri ad Salomonem adventus.

Anno mundi 2954. Regina Auſtri Candace de Saba, regia civitate Æthiopiæ, quæ hodie Elſaba vocatur, ad Salomonem venit itinere 240. milliarium, ut audiret ſapientiam ejus, quam mirificè prædicari audierat. Invenit autem omnia majora, quàm auditione acceperat, & longè ſuperavit præſentia famam. Cedrenus narrat Reginam hanc, quàm Sibyllam vocat, Salomoni viciſſim propoſuiſſe ænigmata. Donavit autem Regina illa Salomoni talenta auri centum & viginti, quæ efficiunt tonnas auri ſeptem, & inſuper viginti millia florenorum Ungaricorum. Viciſſim à Salomone remunerata ampliſ-

ſimis

Digitized by Google

ſimis muneribus in Æthiopiam reverſa eſt. Abduxit verò ſecum duodecim millia Iudæorum in Æthiopiam. Inde gloriantur Æthiopes, ſe ex ſemine Iſraëlis propagatos eſſe, habentq́ Legem & Evangelium, item, circumciſionem. Horum rex dicitur Preto vel precioſus Ioannes, qui & ipſe filium Salomonis ſe nominat, & præcipua regni ſui munera non alijs, quàm Iſraëlitis committit, ut eſt in hiſtoria Æthiopica Franciſci Alvareſi, & Damiani à Goes.

Salomonis fortuna comica in tragicam cõverſa.

Anno mundi 2969. Salomonis fortuna florens ſapientia, gloria, opibus, & omnibus rebus ad beatè vivendum neceſſarijs, in turbulentum ſtatum converſa eſt. Duxit enim plurimas uxores, nempe 700. quibus addidit trecentas cõcubinas, inter quas etiam fuerunt alienigenæ, & de religione diſſentientes. Harum igitur amoribus victus ſuccubuit, & Idola coluit. Inde divina gratia excidit, & pœnas ſibi, totiq́ regno acceſſivit. Secuta eſt enim diſtractio regni, & excitavit Dominus adverſus eum

Hadad, Rezon, & Jerobeam. Defecit etiam ab eo Idumæa & Syria.

Mors Salomonis.

Anno mundi 2970. Salomon ætatis ſuæ anno 60. migravit è vita, converſus ad Deum prius per pœnitentiam, ut Jeronymus ex 24. cap. Proverb. & Hilarius Pſalm 52. affirmant. Scotus verò ſimpliciter damnatum Salomonem putat.

Libri.

Librorum compoſuit octo millia, ſecundùm Joſephum. Hebræi tradunt, ex Ezechiæ regis mandato crematos eſſe libros Salomonis de vi & proprietate animantium, plantarum, lapidum, metallorum, & herbarum. Extincta eſt cum eo concordia Iſraëlitarum, concidit pax ab externis hoſtibus, & periit flos, gloria, robur, & felicitas regni, & Eccleſiæ.

Diſtractio regni poſt Salomonem.

Anno mundi 2971. mortuo Salomone, regnum diſtractum eſt, & ex uno facta ſunt duo. Vnum Judæ, alterum Iſraëlis. Ac Judæ quidem regno, quod complectebatur etiam tribum Benjamin, quæ minima erat omnium, præfuit Rehabeam filius Salomonis, animo levi

& ſu-

Digitized by Google

& ſuperbo, conſilio nullo. Habuitq; hoc regnum Reges viginti, hoc ordine:
I. Rehabeam ſive Roboam. II. Abia. III. Aſa. IV. Joſaphat. V. Joram. VI. Ochoſias. VII. Athalia. VIII. Joas. IX. Amaſias. X. Uzias, vel Oſias. XI. Jotham. XII. Achas. XIII. Ezechias. XIV. Manaſſe. XV. Ammon. XVI. Joſias. XVII. Joachas. XVIII. Jojakim. XIX. Jechonias. XX. Zedechias. Iſraëlis verò regno præfuit Jerobeam ſatrapa Salomonis fortitudine & induſtria clarus. Hoc regnum comprahendebat reliquas decem tribus, & totidem reges habuit, quorum nomina ſunt: I. *Jerobeam.* II. *Nadab.* III. *Baëſa.* IV. *Ella.* V. *Simri.* VI. *Amri.* VII. *Achab.* VIII. *Ahaſias vel Ochozias.* IX. *Joram.* X. *Jehu.* XI. *Joachas.* XII. *Joas.* XIII. *Jeroboam.* XIV. *Zacharias.* XV. *Sellum.* XVI. *Menahem.* XVII. *Pekaia.* XVIII. *Peka.* XIX. *Hoſea. Ex omnibus autem Regibus Juda & Iſraëlis vix tres numerantur pÿ, David, Joſias, Ezechias. Cauſæ*

Cauſæ dilacerationis regni.

 por-

porrò hujus dilacerationis regni principalis fuit decretum Dei Idolatriam Salomonis punituri. ἀφορμὴ *verò inſolentia Rehabeami. Cùm enim populus* σφόδρα ἐχθρῶν*, levationem aliquam publicorum onerum peteret; ſpreto ſeniorum conſilio, junioribus ille obtemperavit, & civilia onera cumulavit. Hoc modo animos populi, ſua ſponte ad defectionem inclinatos, à ſe penitùs alienavit. Miſerandum autem inprimis videtur, quòd unà cum regno etiam religio mutata, diſtracta, atq; depravata eſt. In regno enim Iſraëlitico, Dei cultu abjecto, aureorum vitulorum & Satyrorum cultus receptus eſt, feſtaq́; & ſacrificia non ex præſcripto verbi Dei, ſed humano conſilio inſtituta ſunt. Hanc Idolatriam qui aut amplecti, aut probare noluerunt, hi expulſi ſunt, & relictis facultatibus, Jeroſolymam profugerunt. Hinc ſacerdotum & multorum piorum exilium triſte ſecutum eſt. Jeroſolymis verò cultus Dei verus remanſit annos tres. Poſtea inſolentiores facti cum rege ſubditi legem*

Religionis mutatio in regno Iſraelitico.

Dei

Dei violarunt, & idola amplexi ſunt. Quocirca venit in Judæam Siſac rex Ægypti, & diripuit templum Domini, ablatis omnibus theſauris templi pariter & regis, nempe quinto anno regni Rehabeam: quadrageſimo verò ſecundo poſt ædificationem templi. Ita cum bellis civilibus aßiduis etiam idolorum cultus in regnum utrunq; invectus eſt. Numerantur autem tres pœnarum gradus, qui Salomonis lapſum ſecuti ſunt. I. diſtractio regni. II. exilium perpetuum decem tribuum. III. univerſalis deletio familiæ Salomonis per Athaliam, quæ omne ſemen Salomonis extinxit.

Religio in regno Judæ.

Anno mundi 2988. Rex Judæ factus eſt Abia impius, & poſt eum anno mundi 2991. Aſa pius & juſtus. Is regnavit annos 41. & in mediam mundi ætatem incidit. In regno autem Iſraëlitico Jeroboamo ſucceßit Nadab impius, quem occidit Baëſa cum tota familia Jeroboami, eiusq; loco rex ipſe factus eſt.

ACTA

ACTA TERTII MILlenarij in Politijs ſive regnis munndi præcipuis.

HActenus, qua potuimus brevitate, percurrimus res in Eccleſia geſtas, in millenario mundi tertio: nunc quæ in politijs & florentioribus mundi regnis acciderunt eodem millenario, perſtringemus.

Summum imperium in tertio millenario penes Chaldęos fuit.

Fuit autem in hoc millenario ſummum imperium ſive Monarchia, das Håupt Regiment/*penes Chaldæos ſive Aſſyrios, qui non ſolùm in oriente dominati ſunt, ſed etiam gentes alias ſibi ſubjecerunt.*

Præter Monarchiam, ſive imperium ſummum in Aſſyria, fuerunt hoc tempore etiam alia regna, in Ægypto, Græcia, Italia, Germania, Hiſpania: potentia tamen opibus & dignitate nequaquam cum Aſſyrio conferenda. De quorum initijs ſupra in millenario ſecundo expoſitum eſt.

Agricultura & frugum inventio.

Anno mundi 2007. Oſiris rex Ægypti

gypti unà cum uxore & ſorore ſua Iſide, quæ & Juno Ægyptia & Ceres cognominatur, totum fermè terrarum orbem circumivit, juſticiam & pacem conſtituit, agriculturam etiam homines docuit. Fortaſſe ad hoc uſque tempus contenti fuerunt homines ſimplici victu, qui & ante diluvium uſitatus fuit de radicibus, herbis, glandibus, & reliquis arborum fructibus. Vel certè in meridionalibus, occidentalibus, & ſeptentrionalibus regionibus nondum cognita agricultura ab Oſiride & Iſide primùm monſtrata eſt. Etſi autem ante hoc tempus non penitus fuit incognita hominibus agricultura, cum etiam Noamus fuerit agricola: tamen conſentaneum eſt vero, Oſiridem & Iſidem non parum ad eam artem contuliſſe, Beroſus. Plutarchus verò ſcribit, Oſiridem non tantùm monſtraſſe hominibus uſum frugum, ſed cultum etiam Deorum tradidiſſe, & humanum genus in vitam introduxiſſe non vi & armis, ſed ratione & oratione.

DE

DE GRÆCIA.

Argivorum regnum.

ANno mundi 2113. Argis novum regnum in Græcia extitit, duce & autore Inacho, quod vocatur regnum Argivorum. Hinc Argivi dicti ſunt Græci, quaſi nautæ, à voce ἄργος, quæ navem ſignificat. Nam ex Ægypto, agmine conferto, venerunt in Achaiam, eamq́ occupârunt. Hæc profectio non diſſimilis fuit Argonauticæ expeditioni, cujus ſocij magno ſtudio & cupiditate inflammati novum regnum quæſiverunt. Duravit hoc regnum ad annum mundi 2657. quo à Pelope Mycenas tranſlatum eſt.

Diluvium Atticum.

Anno mundi 2212. diluvium Atticum totam regionem Atticam duobus menſibus obruit.

Regnum Athenienſium.

Anno mundi 2413. regnum Athenienſium incepit, autore Cecrope, à quo Cecropidæ Athenienſes ſunt dicti. Hic condidit Athenas, quæ ab eo Cecropia dici cœperunt. Athenæ verò appellatæ ſunt à Minerva, quæ ἀθήνη dicitur, cui velut præſidi, ſeu patronæ urbs fuit dedicata.

Athenæ Pallasſtad ſicut apud nos Annæ:

quem-

Digitized by Google

quemadmodum apud nos S. Ioachimi vallis, ſeu mons Divæ Annæ vel Mariæ. Dicta autem eſſe videtur ἀθλών ab Hebræa voce Adonai, qua κύριος, dominus, hoc eſt, verus Deus ſignificatur, ut à cultu religionis nomen accepiſſe, hæc urbs videatur, ſuperſtitione quadam, à vero Deo ad cultum idoli facta translatione, vel ab α privandi nota, & θηλη, quaſi ſine matre, aut mamma, ex Iovis cerebro prognata & alta. Alio nomine Pallas dicitur, à vibranda haſta, quemadmodum Minerva à minando, quod in contentione cum Neptuno victrix evaſerit, & urbi huic belli & ſapientiæ gloria florenti nomen fecerit. Incolæ ejus ea vetuſtate ſe eſſe gloriati ſunt, ut αὐτόχθονας ſeſe nominarint, hoc eſt, Aborigenes, ſeu terra ipſa editos. Vnde Cicero pro Flacco ait: Vrbs vetuſtate ea eſt, ut ipſa ex ſeſe ſuos cives genuiſſe dicatur, & eadem terra ſit eorum parens, altrix, & patria. Templum habuit Palladis pulcerrimum, in quo faces perpetuæ, & virgines ſacræ alebantur.

bérga, Mariæberga, Ioachimi vallis.

Fuit

Digitized by Google

Fuit domicilium, vel potius mater Muſarum, hoc eſt, optimarum diſciplinarum, officina eloquentiæ, & lumen totius Græciæ. Habuit templum in monte Martis, qui Areopagus, hoc eſt, Vicus Martius dicebatur, à voce ἄρης, Mars, & πάγος, id eſt, locus eminens. In hoc curia fuit, in qua judicium rerum capitalium exercebatur. Aſſeſſores ejus, vel, ut hodie vocamus, Scabini, Areopagitæ ſunt dicti, judices graviſſimi & juſtiſsimi. Gubernata eſt ea urbs à Regibus uſque ad Codrum, qui pro ſalute ipſius vitam profudit, anno mundi 2 8 9 9. Poſtea rexerunt eam ἄρχοντες, hoc eſt, principes ſive prætores, quorum primus eſt dictus Medon, filius Codri, cujus poſteri Medontidæ appellantur. Hi primum imperium perpetuum, quoad vixerunt, habuêre, deinde ad annos decem. Poſtea Magiſtratus annuus eſt creatus, anno mundi 3 2 9 0 qui ſtatus fuit Democraticus, & à Mahomete Turcorum rege, qui Conſtantinopolim cepit, everſus eſt, poſtquam urbs ſtetit annos ter mille. Hodie

Digitized by Google

die de hac florentiſsima urbe reliquæ ſunt partes tres, in quarum ſuprema arx & templum Dei ignoti ſitum fuit, nunc tota à Turcis incolitur. Media verò à Christianis frequentatur. Infima, quæ & regiam continet, marmoribus & columnis ſuffultam, non frequenter, ſed vix tertia ex parte habitatur. Narravit mihi Immanuel Muſicius nobilis civis Athenienſis, qui græcas & latinas literas in Italia dedicerat, Areopagum eſſe conversum in monaſterium, & de academia nihil eſſe reliquum, niſi verba hæc: σεμνῖς παροδίταις χάιρειν, χάιρετε παροδῖται. *Scholæ ibi planè ſunt nullæ, neq; literarum cultus aliquis aliquus eſt. Christianorum pueri nihil diſcunt, niſi Arithmeticen, ut ad negotiationes ſint idonei, & Muſicen, quæ admirabili ſuavitate ſua etiam exteros cupiditate audiendi incendit, & audientes in admirationem traducit.*

Pauſanias reges Atticos ſic enumerat: Primus Actæus. 2. Cecrops. 3. Cranaus. 4. Amphyction. 5. Erichthonius.

6. Pandion. 7. Erechtheus. 8. Cecrops. 9. Pandion. 10. Ægeus. 11. Theſeus. 12. Meneſtheus. 13. Demophoon. 14. Oxynthes. 15. Aphidas. 16. Melanthus. 17. Codrus.

Diluvium Dercalionis.

Anno mundi 2440. accidit diluvium Deucalionis. Fuit autem Deucalion filius Promethei, Theſſaliæ rex: Vxor verò ejus Pyrrha Epimethei filia: iccircò inundatio illa trimeſtris, quæ ipſo regnante in Theſſalia facta eſt, Deucalionis diluvium appellatur. Eſt autem conſentaneum, eum in tanta eluvione, quæ totam regionem demerſit, confugiſſe in montem Parnaſſum cum conjuge ſua, eóq; ad ſe ratibus venientes homines recepiſſe, ac per gemina montis illius juga foviſſe atq; aluiſſe. Ex quo reparâſſe genus humanum dicitur. Vnde fabula eſt nata, Deucalionem conſulto Themidis oraculo, juſſum eſſe oſſa magnæ matris poſt tergum jacere. Putavit autem matris magnæ oſſa terram vocari. Ideoq; cum Pyrrha uxore lapides poſt tergum projecit, ex quibus homines, mares quidem

Digitized by Google

dem à Deucalione, fœminæ verò à Pyrrha projectis nati ſunt. Quo quidem figmento, quid ſignificatum ſit, haud divinare poſſum: niſi quod opiner duritiem hominum notari, ut λαὸς ſit quaſi λαᾶς lapis, per paronomaſiam. Oroſius lib. 1. cap. 9.

Beroſus & Euſebius ſcribunt, Dionyſium, qui & Bacchus dicitur, primùm plantaſſe vites in Græcia, ex quo vini inventor, & Deus eſt habitus. Duxit exercitus, & Indiam ſuperavit. Ejus feſtum, quod Dionyſia vocârunt, cum temulentia & clamore celebratum eſt. Unde Bacchæ & Bacchantes, Item Bacchanalia nomen habent, ſcilicet à clamore, ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, quod eſt ululare, & incōditè clamare, ſecundùm Euſtathium.

Dionyſius dictus eſt à Jove ἀπὸ τοῦ Διὸς & à Νύσα Bœotiæ urbe, in qua tēplum excelſum habuit, quaſi Jupiter vel Deus Nyſæ, in qua colebatur, ut ſcribit græcus interpres Homeri in catalogo naviũ.

Eodem tempore circa annum mundi 2440. Phaëthontis incendium extitit. Fuit autem Phaëthon dictus à Sole, qui Phaëthon cognominatur à Poëtis, ſcilicet à lucendo. Eſt enim φαέθω idem quod luceo, iccircò, quia Solis, Lunæ & reliquorum ſiderum circuitus

Phaëthon.

& effectus præcipuo quodam ſtudio investigavit, & multos conſequentium temporum eventus ex aſtris prædixit. Ex quo etiam Solis filius eſt appellatus, quod nihil aliud eſt, quàm Aſtronomus, ſeu ſtudioſus Solis contemplator. Arſit eo vivente Æthiopia, atq; etiam Italia tribus in locis ex ingenti æſtu & ardore, quem abſque dubio multò ante prædixerat Phaëthon. Ex quo fabulati ſunt Poëtæ, conſcendiſſe eum Solis currum, & per imperitiam incendiſſe cœlum & terram.

Plato in Timæo: Quod fertur Phaëthontem quondam Solis filium currus aſcendiſſe paternos, & patris aurigatione neglecta exuſsiſſe terrena, ipſumq; flammis cœleſtibus conflagraſſe, quamvis fabuloſum videatur, verum quodammodò putandum eſt. Fit enim longo temporis intervallo cœleſtis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vaſtitas neceſſariò ſequitur.

Trojanum regnum.

Anno mundi 2488. conditum eſt regnum Trojanum à Dardano, qui cum fra-

fratrem ſuum Jaſium ex inſidijs occidiſſet, aufugit in Samothraciam. Vnde longo pòſt tempore reverſus ab Ato rege Mæoniæ partem regionis obtinuit, quæ Dardania ab ipſius nomine dicta eſt. poſtea verò Phrygia eſt nominata. Mortuo Dardano ſucceſſit in regno Trojano filius ejus Erichthonius, Erichthonio Tros, Troi Ilus, Ilo Laomedon, Laomedonti Priamus.

Anno mundi 2559. Minos regnavit in Creta, Rhadamanthus verò in magna parte Aſiæ dominatus eſt, latrones, aliosq́ ſceleratos pœnis, probos verò præmijs affecit. Hinc propter juſtitiæ laudem multos allexit, ut ſponte ſua illius imperio ſeſe traderent. Vnde etiam factum eſt, ut judex bonorum & malorum eſſe cum fratre Minoë & Æaco, apud inferos fingatur. Recitatur verſus ejus ab Ariſtotele lib. 5. Ethic. Εἴκε πάθοι τὰ ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο.

Si quis, quod fecit, patiatur, jus erit æquum. Tucydides lib. 7.

Vixit eodem tempore Erechtheus Atheni-

thenienſium rex, cui cum bellum Eumolpus Thracenſis inferret, conſuluit oraculum, quo pacto victoria potiri poſſet, reſponſum eſt, ſi filiam ante exercitum immolaſſet, victorem eum eſſe futurum. Paruit ille oraculo, & immolata filia hoſtem vicit. Herodotus lib. 8.

Fuit non ita multò pòſt Buſiridem Ægypti regem, cujus ſuprà eſt facta mentio, Seſoſtres, qui ut ait Nicephorus libr. 18. cap. 29. in curru aureo vehi ſolitus eſt, qui à quatuor regibus domitis trahebatur. Ex his cum unus ſæpius reſpiceret ad rotam, interrogavit Seſoſtres, cur id faceret? reſpondit captivus rex, rotæ volubilitatem ſpecto, quæ citò permutat ima ſummis: hæc me de fortuna noſtra admonet. Seſoſtres hoc ſermone permotus reges dimiſit. Meminit etiam argonauticum carmen Apollonij, & Suidas Seſoſtris, quod unà cum Thule totum terræ ambitum peragrarit & circumnavigarit: Thules verò ex oraculo in Serapidis templo quæſierit, numquis eſſet alius rex major ipſo? reſponderit

Seſoſtres.

verò

verò oraculum: πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς, *primùm Deus, deinde Verbum, & Spiritus cum illis. Hac voce audita rex Thules vix egreſſus templô, à ſuis interfectus eſt propter ſuperbiam.*

DE PROMETHEO & Epimetheo.

Circa annum mundi 2568. vixerunt duo fratres diſſimilimis ingenijs præditi, Prometheus & Epimetheus in Theſſalia. Heſiodus vocat eos Japeti filios, quod fama & auditione acceperit, gentem Græcam de Japheti familia prognatam eſſe. Ac Prometheus quidem ſapientiæ, & virtutis ſtudioſus fuit, multarumq́ rerum utilium ſcientiam hominibus oſtendit, quæ res fabulandi occaſionem præbuit Heſiodo, ut ignem ſurripuiſſe illum Jovi finxerit. Et propterea ad Caucaſum alligatus eſſe creditur, ubi epar illius ab aquila identidem erodatur & exedatur. Per ignem enim Jovis ſignificantur ſcintillæ,

Prometheus & Epimetheus.

ſeu radij ſapientiæ divinitus in mentes noſtras ſparſi, quibus honeſta, & turpia diſcernimus. Epimetheus verò voluptati deditus fuit, iccircò Prometheus admonuit eum, ne Pandoram, hoc eſt, voluptatem, blandiſſimam dominam, amplexaretur. Is verò ſpreto fratris conſilio, venientem ad ſe Pandoram comiter hoſpitio excepit. Itaq; mercedem etiam ab ea dignam ſua ſtulticia accepit. Aperuit enim Pandora pixidem ſuam malis omnibus refertam, quæ evolarunt, & calamitatibus omnis generis mundum repleverunt. Quo docere voluit Poëta, voluptatem ſeu cupiditatem eſſe cauſam omnium ærumnarum, morborum, & calamitatum in gente humana, ſicut in verſu veteri dicitur:

Πρωτίστη δ' ἐ κακῶν πάντων ἐπιθυμία ἐστί.

Cupiditas eſt prima cauſa omnium malorum.

Anno mundi 2734. Theſeus Athenis regnavit, cujus egregia & laude digna ſunt facinora. Primùm enim homines diſperſos & in agris vagantes colle- Theſeus.

git,

git, & unum in locum congregavit, quæ civitas appellatur. Ad quam rem ſapientia, conſilio, & eloquentia fuit opus, tum legibus etiam, quibus Reſpub. conſtitui atq; firmari ſolet. Secundò Minotaurum interfecit, qui crudelis Tyrannus fuit, multosq́; Athenienſes diripuit, atq; trucidavit, tum regionem totam latronibus refertam pacavit. Sublato igitur Minotauro, Athenas à difficili tributo liberavit, & obſides Athenienſium liberos ſecum incolumes ex Creta reduxit. Amazonum exercitum ſubegit, & Reginam earum Hippolyten uxorem duxit. Pro tantis beneficijs eam gratiam retulerunt illi Athenienſes, ut per calumniam eum oppreſſum oſtraciſmo expulerint. Verùm longe pòſt tempore memoria ejus renovata eſt, & extructo templo divini honores ei decreti ſunt. Unde Theſea, hoc eſt, Feſta Theſei Athenis celebrari conſueverunt.

Aguina merces reddita Theſeo ab Athenienſib9.

HERCULES ARGIvorum Rex.

O 5 Anno

Herculis nomen.

ANno mundi 2736. Hercules nominis ſui fama, & rebus geſtis orbem terræ implevit. Habet autem nomen ἀπὸ τῆς ἥρας, id eſt, à Junone, ſive aëre, & gloria, quæ κλέος eſt Græcis, quaſi vir aëreus, ſive cœleſtis, hoc eſt, heros; ein Wundermann. *Unde & Herodes eſt dictus. Sunt autem pleraq; fabuloſa, quæ de Hercule ſcribuntur, & alij ſex, ut Cicero, alij 43. ut Varro, numerant. Ac veriſimile eſt complurium heroum acta uni Herculi attribui, ſicut Germani quoq; heroi uni, qualis fuit Theodoricus Veronenſis, aut Hildebrandus, res ab alijs geſtas aſſignant.*

Tacitus: Quicquid ubiq; magnificum eſt, in claritatem Herculis referre conſvevimus.

Parentes.

Natus eſt patre Amphitryone, Thebano rege, & Alcmena matre adultera. Ab his præclarè, liberaliterq; in omni doctrina & diſciplina inſtitutus eſt, per peritiſſimos præceptores. A Lino enim literas & Philoſophiam didicit, ab Eumolpo Muſicam, ab alijs rei militaris ſcientiam, à patre currus gubernationem, à matre Oeconomiam. His diſciplinis tanquam clava arrepta ex Helicone, hoc

Studia.

eſt,

eſt, Muſarum & Apollonis officina inſtructus, ad res magnas gerendum aggreſſus eſt, & vicit monſtra, hoc eſt, difficultates incredibiles ſuperavit, labores exantlavit, pericula ſuſtinuit, latrones terra mariq; propulſavit, & invictum ſeſe ab omni invidia & fortuna præſtitit. Cacum Evandri ſervum, qui Vulcani filius eſt dictus, omnia latrocinijs & incendijs vaſtantem interemit, cepit Ilium, occiſoq;, ob negatam ſibi pro filiæ ſalute mercedem, Laomedonte, regnum Priamo tradidit. Ex quo Herculei labores ceperunt dici, qui ingentes ſunt, & cum multorum invidia conjuncti. Quod enim Homerus ſcribit Junonem, & Aten infeſtas Herculi, tot periculis illum objeciſſe, id invidiæ & odij inſatiabilem penè cupiditatem denotat, utpote virtutis, recteq; factorum perpetuam comitem. Cacus.

Agonem Olympicum in Græcia inſtituit. Verùm hoc nomine malè audit Hercules, quòd Linum præceptorem tabulæ jactu, in qua literas pinxerat, iratus Herculis vitia.

iratus occidit, iccircò quia objurgatus ab eo fuit. Poſita eſt ei ara, quæ Βούζυγος eſt dicta, à bovis jugo. quod duos boves juncti ad eam immolati ſunt cum maledictis, & execratione. Eripuerat enim cuidam aratori duos boves, cum famem pateretur, ne precibus & precio unum bovem ab eo impetrare poſſet. Hos cum ille maledictis multis repeteret, riſit Hercules, & ſe nunquam epulatum eſſe jucundius dixit, quàm inter execrationes iſtas. Lactantius.

Manethon ſcribit, Herculem primum & maximum piratam fuiſſe. Hoc certè exemplum inconſtantiæ virtutis, & omnis felicitatis humanæ eſt, quod ab omni labore invictus, turpiter libidini ſuccubuit. Sedit enim muliebri veſte indutus in Gynecæo colum tenens, & Omphalæ ſerviens, ut verè de eo pronuncietur verſus:

Quem dura ferocem
Prælia non poterant vincere, vicit amor.

Hanc mollitiem exprobrat illi Dejanira uxor, apud Ovid. in Epiſtola:

Mæo-

Mœonias inter calathũ poſuiſſe puellas
Diceris, & dominæ pertimuiſſe minas.

De morte ejus variant narrationes. Alij morbo gravi extinctum tradunt, alij Dejaniram illi miſiſſe ajunt pro philtro veſtem venenatam, quam cum induit, ingenti dolore cruciatus eſt. Cumq́ eum ferre amplius non poſſet, pyram conſcendit, & ab igne violentaq́ morte medicinam doloris petivit. Quanquam autem adſtantes rogavit, ut igni ſubjecto rogum accenderent: inveniri tamen nullus potuit, qui id facere auderet, præter Peantem patrem Philoctetæ, qui pro iſto beneficio ſagittas Herculis accepit. Dejanira verò cognita morte mariti, cujus cauſſa ipſa fuerat, laqueo vitam finivit. Herculis columnæ ſunt duo extremi montes, alter in Hiſpania, alter in Mauritania. Poſteri ejus dicti ſunt Heraclidæ, qui tenuerunt regnum Lydiæ, annis 505. nempe à morte Herculis uſq́ ad mortem Candaulis, qui noviſſimus Heraclidarum fuit, Sardium Tyrannus, mortuus anno mundi 3256. Cæſo autem

Mors anno ætatis 52.

Columnæ Herculis.

Heraclidæ.

Digitized by Google

in Attica Euryſtheo ab Hyllo Herculis filio, Peloponeſum invaſerunt. Ubi Hyllus aliquem ex occurrentis Atrei exercitu, quicunq; is eſſet, ad certamen provocavit, ea conditione atq; pacto, ut ſi ipſe vinceret, Mycenarum regnum occuparent Heraclidæ: Sin minus, intra annos 50. vel ut alij 100. in Peloponneſum non reverterentur. Hîc prodijt Echemon Tegeata, qui monomachiam ſuſcepit, & Hyllum occidit. Itaque cedere Peloponneſo ex pacto coacti ſunt Heraclidæ, circa annum mundi 2768. Finitis verò 100. annis in Peloponneſum poſtliminiò redierunt, & pulſo rege Spartanorum Tiſamene, regnum Argivorum ſibi vendicârunt, occupata Sparta, Argo & Meſſene. Herodotus, Diodorus, Thucydides.

Herod. lib. 9. Diod. 4.

Anno mundi 2737. exarſit bellum Lapitharum cum Centauris. Fuerunt autem Lapithæ & Centauri Theſſaliæ populi bellicoſi, & rei equeſtris periti. Vnde etiam nomen adepti ſunt, ab equitando ſcilicet. ſeu ſtimulando equos

Bellum Lapitharum cũ Centauris.

quos. Valuerunt viribus & robore. Ideoq́ vi ſuperiores eſſe, quàm iuſticia maluerunt, homines immanes, χειροδίκαι, ὑπερφιαλοὶ, ἀθέμιστοι. Bellum autem inde ortum eſt, quod Centauri in nuptijs Hippodamiæ, filiæ Pirithoi, vino ebrij fœminis, quæ in nuptijs erant, vim afferre conati ſunt. Hanc enim injuriam Theſeus & Lapithæ ulturi, multos Centauros interemerunt, reliquos expulerunt. Diodorus libro 4. cap. 8.

BELLVM THEbanum.

ANno mundi 2738. bellum Thebanum infeſtis animis inter duos fratres, Eteoclem, & Polynicem, ex inceſto conjugio Oedipi & Jocaſtæ natos, geſtum eſt. Cauſa eſt, quòd Eteocles, accepto Thebarum regno, fratrem ſuum Polynicem parte legitima privavit, & terra expulit. Is igitur Argos profugit, & ducta Adraſti regis Argivorum filia, ope ſoceri partem regni hæreditarij recuperare ſtuduit. Adduxit igitur exercitum ma-

Regni Thebani conditor fuit Cadmus Agenoris filius, qui ex Phœnicia Iudææ vicina coloniam duxit in Bœotiam, quæ fertiliſsima erat regio Græciæ, nõ multum diſsimilis Turingiæ.

magnum in Bœotiam, & quamvis mater Jocaſta reconciliare exacerbatos fratrum animos conaretur, tamen ab Eteocle nihil, quod juſtum, æquumq́ eſſet, obtineri potuit. Ventum eſt igitur ad arma, & dubio Marte utrinq; diu pugnatum, donec tandem utriq; parti placuit, ut fratres ipſi in monomachia congrederentur, & de regno dimicarent. Congreſſi igitur ſunt animis acerbiſſimis, nec prius, quàm mutuis vulneribus uterq; cecidiſſet, deſtiterunt. Mater autem de hoc certamine facta certior, accurrit properè, ut cruentem illum conflictum prohiberet. Sed cum advenit, utrumq; jacentem in ſangvine ſuo vidit, quo ſpectaculo ſic exhorruit, & exanimata eſt, ut educto ex alterius corpore gladio, manus ſibi attulerit, & ambos prius complexa expirarit.

Eteocles cum morte conflictans, cum proloqui nihil poſſet, nutu ſaltem, quantopere eum tantæ in fratrem inſolentiæ & impietatis pœniteret, ſignificavit. Polynices verò, lacrymis multis ſuum ca-

ſum

Digitized by Google

ſum deplorans poſtremum hoc ſibi concedi petijt, ut, quoniam vivus terra patria frui non potuiſſet, nunc mortuus in ea ſepeliretur. Hic fuit exitus fratrum ætate, viribus, genere, & opibus florentium tragicus planè & lacrymabilis. Sed nondum tamen cæde eorum mutua bellum finitum eſt. Nam Thebani & Argivi pugnam redintegrârunt, & Thebani Argivos cum ſuis ducibus ſeptem in fugam verterunt. In his ducibus præcipui fuerunt Amphiaraus, vates ſapiens, & Capaneus impius & ſuperbus, qui dixit, ſe abſq; Deorum auxilio Thebas eſſe capturum. Ideo fulmine percuſſus eſt à Deo. Creon verò victoria & regno potitus, Oedipum cæcum & decrepitum cum Antigone filia pietate & animi robore præſtante in exilium projecit. Polynicis verò corpus inſepultum abjecit. Oedipus hiatu terræ abſorptus eſt. Antigone, cum contra leges fratrem Polynicen ſepelijſſet, viva in terram defoſſa eſt.

Cadmea victoria.

P AR-

ARGONAVTICA expeditio.

ANno mundi 2740. Argonautæ expeditionem ſuſceperunt in Colchidem, ſic dicti ab Argo navi prætoria, in qua vecti ſunt principes & heroës præcipui in Græcia, Iaſon, Admetus, Peleus, Caſtor, Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, Mopſus, Lynceus, Lalaus, Acaſtus, Meleager & alij, quos recenſet Orpheus & Apollonius. Eſt autem Colchis, in quam profecti ſunt, regio ad Pontum Euxinum, versùs ſeptentrionem, ſita. Cauſa verò tantæ expeditionis fuit, aureum vellus, quod præcipuus & maximi precij theſaurus regni, & fodinis metallicis collectus, ut Strabo putat, vel potius ipſum regnum Aëtæ regis Colchici erat. Eo autem potiri non poterant abſq; Medeæ filiæ regis adminiculo. Cuſtodiebatur enim à Dracone & tauris ignem & fulmina ſpirantibus, perpetuoq; vigilantibus, hoc eſt, à ducibus & exercitibus terribilibus regis Colchici. Quamobrem

Duces.

Plutarchus in vita Pompei narrat fuiſſe aurum, ac arenas in regione Colchica.

obrem Iaſon promiſit Medeæ conjugium, ſi efficeret, ut illi domarentur. Medea ergò inſignis medica, & magica, pharmacum quoddam confecit ex promethei cruore, quod Draconi & tauris ignivomis propinavit, eosq; in ſomnum convertit, hoc eſt, effecit, ut, cum viribus & armis nullis poſſent vinci, ſapientia, ratione & conſilio, quod per Prometheum ſignificatur, vis eorum & tyrannis conprimeretur. Hoc modo potiti ſunt Argonautæ vellere aureo, & opimis ſpolijs locupletati in patriam reverſi ſunt. Verùm Iaſon non ſervavit bona fide, quod Medeæ in Græciam uſq; illum ſecutæ promiſerat. Etſi enim liberos ex ea ſuſceperat: tamen repudiavit illam, ut exulare cum parvis liberis coacta ſit. Quamobrem ut Iaſoni viciſſim ægrè faceret, eius liberos interfecit. Quo comperto, Iaſon mortem ſibi conſcivit. Euripides in Phœniſſis, & Æſchylus ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις.

Medea & Circe Hecates filiæ, veneficę omnes

DE BELLO TROJANO.

Digitized by Google

Troja ubi ſita fuerit.

ANno mundi 2778. cœpit bellum Trojanum. Fuit autem Troja, quæ & Ilium, ab Ilo rege dicitur, urbs Phrygiæ, in minori Aſia. Trojæ rex poſtremus. *Cujus poſtremus rex fuit Priamus, qui adeò exornavit & amplificavit eam, ut omnes alias urbes in toto terrarum orbe potentia & pulcritudine ſuperaret.*

(Terra olim queſta eſt, ſe nimis intolerabili pondere hominum impiorum & inutilium premi. Iccircò à Jove petijt, ut levari aliqua ratione poſſet. Jupiter, cognita cauſæ æquitate, bellum Trojanum excitavit, quo magna pars hominum malorum & inutilium interijt, ex quo levationem aliquam terra ſenſit.)

Cauſa belli.

Cauſa belli fuit Helena, Menelai regis Lacedæmoniorum conjunx, quæ abſente marito, Paridem Priami filium hoſpitio exceperat, & volens à volente per Sidonem & Phœniciam navigio Ilium abducta eſt. Hæc injuria Græcis principibus pia & juſta arma induit: præſertim cùm jure impetrari reſtitutio Helenæ à ſuperbis Trojanis non poſſet. Conjunxerunt igitur ſeſe inter cæteros Agamemnon Impera-

Digitized by Google

perator, Menelaus, Neſtor, Palamedes, Ulyſſes, Diomedes, Ajax Telamonius, Achilles, Patroclus, Ajax Locrenſis, Glaucus, duces, & navibus mille ducentis duabus Trojam venerunt, eamq́ obſidione cinxerunt, ut libidinem & injuriam tantam vindicarent. Sic enim Iſocrates ait: Rapta Helena Græci ſic indignati ſunt, ut ſi tota Græcia vaſtata fuiſſet.

Trojanorum verò duces erant: Priamus rex, Hector, Deiphobus, Troilus, Æneas, Antenor, Memnon Æthiops Tithoni & auroræ filius, & Penteſilea Amazonum regina. Item Telephus Myſorum rex, Germanicè Adeleff vel Adolff, cui Priami ſoror nupta erat, Eurypilus Telephi filius, Helenus Epirotarum rex, Aſcanius procul ex Aſcania, hoc eſt, Phrygiæ urbe, ſecundùm Homeri interpretem & Strabonem.

Quidam Aſcaniam interpretantur eam, quæ ad ſylvam Hercyniã ſita eſt, Germanicè Anhalt.

Collectus eſt autem exercitus Græcorum ab Agamemnone in urbe Bœotiæ, Aulide, ubi oſtentum draconis octo pullos paſſeris cum matre accubante perdentis viſum eſt, & Iphigenia Agame-

mnonis filia ad avertendum adverſos ventos immolata eſt.

Ad Troiam ubi ventum eſt, prælium que primum commiſſum, in quo Proteſilaus occubuit, miſerunt Græci legatos, Menelaum, & Ulyſſem ad Trojanos, ut Helenam repoſcerent. Quam cùm reddere Trojani recuſarent, prælio iterum decertatum eſt, in quo Græci victores extiterunt. Tum urbs obſidione cincta, & vicina oppida, duce Achille, populata ſunt, ut commeatu, & auxilio Trojani privarentur.

In hac populatione capta etiam fuit Chryſa, & quidem in ſpoliorum diſtributione Chryſeis filia ſacerdotis Agamemnoni, loco muneris eximij, tributa eſt, quam cum pater mæſtus, oblato precio, redimere vellet, cum contumelia ab Agamemnone rejectus eſt. Quapropter ab Apolline vindictam petens impetravit, ut peſte graviter affligeretur Græcorum exercitus. Cum autem Achilles ſvaſiſſet, reddendam eſſe ſacerdoti filiam, minatus eſt Agamemnon, ſe illi

Briſei-

Briſeidem, quam honoris cauſa acceperat, erepturum eſſe. Hinc ira exarſit Achilles, & à Jove per matrem Thetidem impetravit, ut in bello ſuccumberent Græci. Ipſe verò à bello prorſus abſtinuit. Cum ergo vehementer urgerentur Græci à Trojanis, exoravit Achillem Patroclus, ut eius arma ſibi induere liceret, repellendorum Trojanorum cauſa à navibus. Quod cum obtinuiſſet, in pugna interfectus eſt. Qua re motus Achilles arma à Vulcano facta induit, & cum alios multos, tum ipſum etiam Hectorem interemit.

Duravit bellum annos decem, menſes ſex, dies duodecim, captaq́ ea urbs, non vi & expugnatione, ſed fraude & proditione Antenoris & Æneæ, cum ſtetiſſet annos 296. nempe anno mundi 2788. die 18. Junij, ſecundùm Dionyſium Halicarnaſſeum. Domicilia Antenoris, & Æneæ ſuſpenſo exuvio maculoſæ pantheræ fuerunt notata, ut internoſci poſſent. Perijt ex utraq́ parte ingens multitudo, ex Græcis quidem 886. millia, Troja capta. Numerus cæſorum.

millia, ex Trojanis verò, uſq; ad proditum oppidum, 676. millia, ſi Dareti
Ajax Telamonius. *Phrygio credimus. Occubuerunt quoq; duces pleriq;, Ajax Telamonius furens ſeipſum occidit eo gladio, quem dono acceperat ab Hectore.* Hector. *Hector interfectus*
Achilles. *eſt ab Achille. Achilles ad aram procumbens in die nuptiali trucidatus eſt à Paride. Cùm enim utraq; pars belli diuturnitate defatigata eſſet, inventum eſt conſilium, ut Achilles duceret filiam Priami, & interea eſſent induciæ, donec nuptiæ in urbe perficerentur. Venit igitur in urbem Achilles perſvaſus à Priamo, & cum procumberet ſupplex ad aram, interfectus eſt à Paride.* Palamedes calumnia circumventus ab Vlyſſe, quaſi colluſionis cũ Trojanis reus. *Palamedes falsò ab Vlyſſe accuſatus, tanquam proditionis reus, lapidibus eſt obrutus. De hoc extat elogium apud Euripidem, quod in theatro recitatum eſt:* ἐκτάνετε, ἐκτάνετε τῶν ἑλλήνων ἄριστον, τὴν οὐδὲν ἀλγυνοῦσαν ἀηδόνα μουσῶν, *interfeciſtis, interfeciſtis Græcorum optimum, nemini nocentem luſciniam Muſarum.*

Capta urbe, crudeliter ſævitum eſt

in

in victos. Pyrrhus occidit liberos Priami, & paulò poſt ipſum quoq; Priamum, qui ad aram ſupplex confugerat. Aſtyanax filius Hectoris præcipitatus eſt de turri alta. Andromache uxor Hectoris in diviſione prædæ data eſt Pyrrho. Hecuba cum filia Polyxena tradita eſt Vlyſſi, tandemq; lapidibus obruta. Polyxena verò ad Achillis cenotaphium mactata eſt. Caſſandra virgo ab Ajace Oileo in Palladis templo violata eſt. Poſt reditum in patriam domi ſuæ occiſus eſt Agamemnon ab uxore Clytemneſtra, & Ægyſtho adultero, quod Chryſeidem ſacerdotis Chryſæ filiam in bello raptam reddere noluit. Menelaus tempus reliquum vitæ in infamia & execratione ſumma omnium penè hominum exegit, nec ferè prodire in publicum auſus eſt. Helena verò in Inſula Rhodo de arbore ſuſpenſa eſt, & ſtrangulata. Pyrrhus Achillis filius ſtans & ſacrificans ab Oreſte furente occiſus eſt in templo Apollinis. Ajax verò Olieus rediturus in patriam tempeſtate perijt, ut pœnas ſtupratæ Caſ-

Priami cædes cum tota familia.

Aſtyanax.

Andromache.

Hecuba.

Polyxena.

Caſſandra.

Infelix Græcorum reditus in patriam.

Agamēnon.

Menelaus.

Helena.

Pyrrhus.

Ajax Oileus.

Digitized by Google

Vlyſſes.

ſandræ ſolveret Deo. Vlyſſes poſt decem annorum errores domum reverſus à filio Telegono, quem ex Circe ſuſceperat, occiſus eſt. Multi naufragio perierunt, alij alijs caſibus.

Deprehenſum eſt utrinq; corruiſſe in hoc bello quindecies centena & ſexagies duo millia hominum. Quanquam Thucydides negat tantum fuiſſe bellum, quantum deſcribitur.

Exitus belli utrique parti lacrymabilis.

Exitus itaq; hujus belli ferè fuit funeſtus tàm Græcis, quàm Trojanis. Eſtq; memorabile ſignum iræ divinæ, quòd præclara hæc urbs ita exciſa eſt, ut ne locus quidem, ubi ſita fuit, inveſtigari poſtea ſatis potuerit. Sic enim Ovidius ait:

Jam ſeges eſt, ubi Troja fuit.

Peccata Trojanorum.

Eſt igitur exemplum illuſtre, quod docet, μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλας εἶναι καὶ τὰς τιμωρίας παρὰ τοῦ θεοῦ, *ut Herodotus lib. 2. ait. Maxima verò delicta Trojanorum fuerunt, luxus, ſuperbia, & libido.*

Trojæ inſtauratio.

Etſi autem longo poſt tempore inſtau-

ſtaurata eſt Troja: tamen non eodem loco collocata fuit. Alexander quidem Magnus, Homeri & Achillis cauſa, ſumtus ad eam ornandam aliquos contulit: Sed poſtea Auguſtus muniendam, & ædificijs inſignibus ornandam curavit propter Æneam Romani imperij autorem. Euſebius ſcribit, à filijs Hectoris & nepotibus Priami recuperatam eſſe Trojam, anno mundi 2 8 0 0. Appianus in bello Mithridatico ſcribit, Ilium anno mundi 3 8 8 7. à Fimbria Rom. Imperatore direptum & exuſtum eſſe, muros dirutos, & cives trucidatos.

(Troja everti non potuit, niſi amiſſo priùs Palladio, id eſt, floruit tantiſper, donec Palladi, hoc eſt, ſapientiæ & doctrinæ ſtudijs dedita fuit. Auguſt. de Civitate Dei lib. 1. cap. 3.

LATINORUM REGNUM.

IN Italia Aboriginum Reges fuerunt, Janus, Saturnus, qui Syriaca lingua ſignificat latentẽ, ex quo etjam Latius fuit appellatus. Sed verius eſt dictus ab Ebræo Sadai, quod eſt omnipotens vel ſufficiens, & omnib.

Janus. Saturnus. Aborigines Græcè αὐτόχθονες indigenæ, ſive carentes origine.

neceſſaria ad vitæ cultum uſumq́ ſuppeditans, vel, ut alijs videtur, ab Hebræo Sathar, id eſt, à latendo, unde & Latium eſt dictus. Hujus imperium adeò fuit juſtum, æquum, & commodum, ut nemo ſervijſſe ſub illo viſus ſit. Inde Saturnia regna dicuntur, quæ pace, juſticia, & bonis omnibus affluunt. Saturno ſucceſſit Picus, Pico Faunus. Regnante Fauno, anno mundi 2720. venerunt in Italiam Evander & Carmenta, ubi benignè excepti oppidulum condiderunt, pro numero hominum, qui duabus navibus ex Græcia advecti erant. Nomen ei fuit Palantium, quod nunc Palatium eſt, in meditullio urbis Romæ ſitum, Dionyſi. Halic. lib. 1.

Regna Saturnia.

Faunus.

Evandri & Carmentæ in Italiam adventus.

Palantium.

Anno mundi 2790. Æneas Trojanus cum ſocijs, quibus Martis vis pepercerat, in Italiam navibus 22. venit. Deleta enim Troja mox in autumno per Helleſpontum navigavit in Thraciam, ibiq́ hybernavit. Sequente anno ex Thracia in Siciliæ portum invectus eſt, & urbes ibi condidit. Tertio anno ſolvit ex

Aeneæ adventus in Italiam. Eſt autem dimiſſus incolumis cũ ſuis, quod ſvaſor fuiſſet reddendæ Helenæ.

ex Sicilia, & per mare Tyrrhenum venit in Italiam, & ad Laurentum conſedit. Latinus rex quamvis territus inopinato peregrinæ gentis adventu: in ſomnis tamen admonitus eſt, ut in ſocietatem regni Æneam reciperet. Quod ubi factum eſt, coniunctis armis Latini & Troiani Rutulos oppugnârunt, atque vicerunt. Inde urbem condiderunt, Lavinium de uxoris Lavinæ, Latini filiæ, nomine appellatam. Poſtea in prælio occubuit Turnus, & Æneas rex Latinorum factus eſt.

A Latino Latini, & lingva latina dicta.

Lavinium.

Aeneas rex Latinorum.

Anno 2794. interijt Æneas in prælio cum Rutulis, & Mezentio Thyrrhenorum rege, cui ſucceſſit filius Euryleon, qui & Aſcanius, item Julus à prima barbæ lanugine dicitur. Is relicto Lavinio Albam longam condidit, duodecim milliaribus diſtantem ab urbe Roma. Hæc fuit ſedes regni Latinorum annos trecentos. Regnârunt enim ibi reges Latini, cognomento Sylvij, continua ſerie uſque ad Romulum & Remum, Romæ conditores, ad hunc modum.

Aeneę mors.

Euryleon.

Virgil. Hic tibi ter centum totos regnabitur annos.

Sylvius

Sylvius frater Aſcanij, ſic dictus, quòd in ſylva fuit nutritus. III. rex Latinorum.

Aeneas Sylvius IV.
Latinus V.
Alba Sylvius VI.
Capetus VII.
Capys VIII.
Capetus Sylvius IX.
Tiberius Sylvius X.
Agrippa Sylvius XI.
Alladius XII.
Aventinus Sylvius XIII.
Procas XIV.
Amulius XV. & poſtremus.

Ab Iulo autem gens Julia omnium maxima & illuſtriſſima deducta eſt, ut ait Dionyſius.

Homerus Iliad. 20. recitat vaticinium de Æneæ regno, & poſterorum eius:

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει·
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε
γένωνται.

Nunc

Nunc verò jam Aeneæ vis imperabit Trojanis:
Et filij filiorum, & qui in poſterum nati fuerint.

DE GERMANORVM Regno.

TVïſconem, Germanicæ gentis conditorem eſſe, ſuprà dictum eſt. Cœpit autem is regnare in Germania anno mundi 1812. Mortuus eſt verò anno mundi 1971. Jecit quædam fundamenta Eccleſiæ & Reipubl. in Germania. Religionem abſque dubio avitam profeſſus eſt, eandemq́ à Germanis ſuis coli etiam voluit. Verùm ea non multò poſt in Idolomaniam Ethnicam verſa eſt. Adorârunt enim Germani, non minus quàm cæteræ gentes, ficta numina, Solem, Lunam, Martem, Herculem, Mercurium, quem Teuthanem vocârunt, item Tanfanem, Godam, Herthum, Tibilenum, Crodum & alios, de quibus millenario quinto.

I. Germanorum rex Tuiſcon.

Antiquiſsima religio in Germania.

Idolatria Germanorũ.

Politiam verò ſuam jure & legibus, quoad temporum & hominum conditio ferebat, firmavit. Nam ex conſilio

Politia & leges Tuiſconis

ſilio

ſilio Sabbathij ſacerdotis Armenij, quem exulem receperat, conventum habuit ad Rhenum, in eoq́; ſtatuta certa condidit, quibus Germani regerentur.

Comprehenſa autem ſunt ejuſmodi ſtatuta rythmis, & melodijs, ut in animis & ore eſſent ſemper. In ſcortatores & adulteros pœnas graves conſtituit. Licuit marito uxorem adulteram acciſis crinibus nudam coram propinquis expellere domo, & per omnem vicum verbere agere, ut ſcribit Tacitus. In coniugio copulandas eſſe perſonas pares ætate, ſtatura & viribus cenſuit, ut & liberi robuſti inde procreari poſſent.

Pœna adulterij.

Lex de conjugio.

Infantes ſuſpectos ſic explorari permiſit, ut in caſſide collocati in Rhenum, vel alium profluentem abijcerentur, ubi ſiquidem ſupernatârunt, pro legitimis, ſin verò ſubmerſi vel ſuffocati ſunt, pro illegitimis habiti ſunt. Inde Claudiani verſus eſt:

Exploratio infantium.

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Proprium nulli conceſſit, ſed communem rerum uſum eſſe voluit. Vrbes tamen,

Communio rerum.

men, pagos, & territoria certis finibus diſtinxit, & circumſcripſit. Tulerunt autem fortè illa tempora talem communionem rerum, cùm videlicet hominum copia nondum magna eſſet. Diſtribuit univerſum regnum in Toparchias, id eſt, Provincias, Landvogteren/ *& Tetrarchias, id eſt, ducatus quatuor, & in unoquoq; ordinavit centum viros ætate, prudentia, & autoritate cæteris antecellentes, à quibus conſilium & auxilium in rebus arduis peteretur, aliaq́; ſancivit, quæ ad religionis & pacis cultum, conſervationemq́; neceſſaria fuerunt.*

Regni Germanorum diſtributio.

Hoc modo præclarè quidem de nobis ſuis poſteris meritus eſt noſter Tuiſcon: verùm à poſteris mala ei gratia relata eſt, quòd non ut hominem benè meritum, ſed ut Deum, & patronum perpetuum coluerunt, & victimas, alioſq́; honores divinos ei tribuerunt.

Tuiſconi honores divini à poſteris tributi.

Poſt Tuiſconem filius eius Mannus regere Germanos cœpit, anno mundi 1965. Vt autem à Tuiſcone nominati

II. Germanorum rex Mannus.

Digitized by Google

Germani unde dicti. Germanus vel Alemannus Allman/vel Garmann.

ſunt, die Deutſchen: *Sic à Manno*, die Månner: *& tandem Germani, quod eſt*, Garmånner *(toti viriles) appellati ſunt: Vnde & Hermanni nomen originem duxit. Cicero putat, à viro virtutem eſſe nominatam. Græci ἀνδρίαν ἀπὸ τοῦ ἀνδρός. Sic Germani vocem* Mañheit/ *à Manno ſecundo Germanorum rege deduxerunt.*

Tres filij Manni & totidem partes Germaniæ.

Habuit Mannus tres filios, de quibus Tacitus, Manno, inquit, tres filios aſſignant, è quorum uno Ingevone vel Vigevone populi Oceano proximi Ingevones, die Einwohner/oder Inwohner/*hoc eſt, Friſij, Weſtphali, Dani, Pomerani, Pruteni. E medio Hermione, Hermiones, vel Heremiones*, die Hermionen/*ut Myſi, Saxones, Boiemi, Sileſij, Turingi. E tertio Iſtevone, Iſtevones, hoc eſt, accolæ Rheni, & Danubij vocantur.*

Ingevones.

Hermiones.

Iſtevones.

Ex Manno dicta eſt der Monn. *A Sunna verò conjuge ejus* die Sonn. *Ab hoc enim tempore ſidera adorârunt Germani.*

Spar-

Spartianus ſcribit Caracallam Imperatorem dixiſſe, eos ſolùm uxoribus ſuis dominari, qui Lunam maſculino genere nominant.

Anno mundi 2037. factus eſt Germanorum rex Ingevon Manni filius, qui Philoſophus fuit, & ſtuduit homines ab immanitate ex crebro armorum & belli uſu concepta ad humanitatem & diſciplinæ cultum traducere. Iccircò ſcholas in Germania aperuit, in quibus artes & diſciplinæ liberales fuerunt traditæ: ut non tam rei militaris peritia, quàm humanitatis, juſticiæ & virtutis ſcientia Germani excellerent. Sed contraria huic eſt narratio Taciti, qui ſuo tempore viros & mulieres literarum ſecreta ignoraſſe ſcribit. Repreſſit Amazones, hoc eſt, viragines, Die Metzen / *quæ duce vel regnante Myrina ex Libya ſive Africa conferto denſóq; agmine irrumpebant, & terrorem ingentem cunctis regibus inijciebant.* III. Germanorū rex Ingevon. Scholarum in Germania initium. Amazones repreſſæ.

Anno mundi 2074. regnare cœpit in Germania Iſtevon quartus rex, Latinè Uſtavus. Conjunx ejus dicta fuit IV. Iſtevon.

Venus Germanica.

Pfreya (vel Phreÿa) Venus Germanica, ex qua etiam Veneris dies, der Freytag/ *nominatus eſt.*

V. Hermannus.

Anno mundi 2125. Hermion ſive Hermannus Germanorum rex factus eſt, Vulcanijs armis, id eſt, fortitudine & felicitate in gerendis bellis clarus, unde nomen etiam accepit. Eſt enim Heer *exercitus. Poſt mortem creditus eſt rectà in cœlum ſubvolâſſe, & ſedem ſuam fixiſſe inter ſidus cœleſte, quod urſa, item plauſtrum dicitur, Germanis* der Heerwagen oder Heermanswagē. *Effigies quoq; eius paſſim in templis collocata eſt,*

Statua Hermanni.

quæ appellata fuit Hermanni ſtatua, Heermansſeule / *vel* Jhrmansſeule. *Erat autem effigies hominis cataphracti, ſive armati toto corpore, qui dextra tenebat haſtam, ſiniſtra libram, in clypeo autem leonem. Quibus abſq; dubio princeps armis, iuſticia, & magnanimitate præditus ſignificatus eſt. Eiuſmodi templum & idolum Carolus Magnus in Saxonia ad Oſſenbrugum invenit, & funditus evertit.*

Anno

Digitized by Google

Anno mundi 2188. regnavit in Germania Marſus, vel Mars Germanicus, à quo Martiſpurgum, & Ditmarſi. vel Ditmarienſes, & ſi qua ſunt generis ejuſdem, nomen ſortita ſunt. Eſt autem Mars Latinis à mare, ut idem ſit cum Manno; Græcè ἄρης vel ἄρσην. Vnde ſunt Marſchallus, quaſi Martis famulus, ſeu præſes rei equeſtris; vel Magiſter equorum, ſive prætorij præfectus. Hinc dies Martis etiam appellatur. Martem enim Latini & Germani pariter coluerunt. Germanicè Dienſtag / *quaſi Dei dies, à* ditt / *id eſt, Deus, Gottica Dialecto, ſicut etiam* Dittrich *vel* Dietz / *quod eſt à Græco* θεὸς, *& dives. Sunt qui putant eo regnante in Germaniam veniſſe Oſiridem & Iſidem, docuiſſeq́ Germanos rationem coquendi cereviſiam, vel cythum, & alia ad victum neceſſaria. Ideo pro Dea Iſis eſt habita & culta, præſertim à Svevis. Ab Iſide etiam dictus eſſe videtur mons Iſidis, & urbs Iſenach in Turingia.*

VI. Germanorum rex Marſus.

Nomen Martis.

Marſchallus à Marte vel à Mara quæ Germanis eſt equa & ſchalck, quo ſervus ſignificatur.

Martis dies.

Iſidis in Germaniam adventus.

Anno mundi 2234. Germanis præ-

VII. Gam

brivius. *fuit Gambrivius Marſi filius, qui & Gampar, vel* Kämpffer / *item Cimber appellatur. Conſedit in Dania, quæ Cimbrica Cherſoneſus nominatur.*

VIII. Svevus. *Anno mundi 2278. ſucceſſit Gambrivio Svevus filius, qui Svevis nomen indidit.*

IX. Vandalus. Vandalorum ſedes. *Sveva mortuo regnavit Vandalus, anno mundi 2324. à quo Vandali,* die wandeln / *qui olim in Polonia, Boruſſia, Pomerania, Marchia, & inferiori Saxonia habitârunt.*

Qui verò Vandali, Germanicè Wenden / *hodie appellantur, impropriè ſic dicuntur: Cùm veriùs ſint Heneti, ſeu Veneti, Italis Sclavi. Vandalium autem ſic deſcribit Crancius, ut comprehendat totum tractum Germaniæ, inter mare Balthicum, Viſtulam, & Albim interceptum.*

X. Germanorum rex Teutanes. *Poſt Vandalum regnavit Teutanes, vel Teuta decimus rex, qui Mercurius Germanorum eſt appellatus, à verbo* deuten / *quod eſt declarare, videlicet anno mundi 2365. Ab hoc Germani*

ni Teutones vel Teutoni, & Germania Teutonia dicta eſt. Teutonia.

Teutanem excepit Alemãnus undecimus rex Germanorum, qui & Hercules Alemanicus appellatur, anno mundi 2392. Ab hoc Germani Alemani, & Germania Alemania vocatur. Circumduxit ſecum leonem vivum catena ligatum. Inſigne etiam leonis uſurpavit in clypeo. Ex quo Germanorum principium inſigne gentilitium Leo eſſe cœpit. XI. Alemannus. Alemania. Leonis inſigne gentilitium.

Alemannum ſecutus eſt Boius, anno 2456. à quo Boij, & Boyenhaim/ *quæ hodiè eſt Praga, nomen acceperunt.* XII. Bojus. Boij hodie ſunt Bavari. Boja Bavaria.

Decimus tertius Germanorum rex, fuit Ingram vel Ingerman. XIII. Ingram.

Decimus quartus Adelger, quo regnante Amazones expeditionem ſuſceperunt in Aſiam. Fuerunt autem illæ Amazones Germanicæ mulieres, quibus duæ reginæ præfuerunt, una exercitum duxit, altera domi Rempublicam gubernavit. Sed repreſſæ ſunt à Bellerophonte Corinthio. Deinde anno mundi XIV. Adelger. Amazones.

Digitized by Google

di 2829. iterum expeditionem in Aſiam ſuſceperunt, duce Amar, & Epheſum diripuerunt, templumq́; Dianæ, igne iniecto, perdiderunt.

XV. Laertes. *Decimus quintus Laërtes, Germanicè* Larin / *anno mundi 2617.*

XVI. Vlyſſes. *Decimus ſextus Vlyſſes, Germanicè* Jlſing / *anno mundi 2668. Hoc regnante Germani expeditionem in Aſiam ſuſceperunt, duce Galtero, ſimiliter etiam Amazones, quarum regina Aegen in mari periit, & nomen mari Aegeo de ſuo nomine impoſuit. Contra Amazones Laomedon Troiæ rex miſit filium ſuum cum exercitu, ſed nihil navare & efficere potuit. Iccircò pacem cum illis fecit.*

Mare Aegeum unde dicatur.

XVII. Brennus. *Decimus ſeptimus Brennus, anno mundi 2721.*

XVIII. Hichtar. *Decimus octavus Hichtar vel Hogkar, quem Latini & Græci Hectorem vocant, anno mundi 2759.*

XIX. Francus. *Decimus nonus Francus Hectoris filius, anno mundi 2790. à quo Franci ſunt nominati. Vnde non abs re creduntur ab Hectore orti Franci, ſed non ab Hectore Troiano.*

Franci ab Hectore orti.

Vice-

Digitized by Google

Viceſimus Wolffheim *Siclingus à* Sieg / *quaſi victorioſus, anno mundi 2833. Hoc regnante expeditio magna in Aſiam ſuſcepta eſt à viris & mulieribus. Ac viri quidem Cimbri* Kämpffer/ *mulieres verò Amazones* Metzen/ *dicta ſunt. Poſt* wolffheim *regnarunt filij ejus, Kels, Gal, Hyllir, ſi Aventino credimus.* XX. Vvolffheim Siclingus.

DE DOCTRINA & doctis viris, ac mulieribus, in tertio millenario.

Sapientiæ & doctrinæ profeſſionem omnem primùm ſibi vindicârunt Chaldæi & Hebræi: id quod oraculum docet à Juſtino recitatum: Doctrinæ profeſſio primùm penes Chaldæos fuit.

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι
αὐτογένητον ἄνακτα σεβιζόμενοι θεὸν ἁ-(γνόν.

Soli Chaldæi, & Hebræi ſapientiam conſecuti ſunt,
Ex ſe genitum venerantes regem Deum ſanctum.

Fuit igitur Chaldæa primùm domi-

cilium artium & literarum, ex qua pro- dierunt artifices Aſtronomiæ, mathematum, medicinæ, & aliarum ſcientiarum.

Zoroaſter.

Quidam Zoroaſtrem Bactrianorum regem autorem magicarum artium faciunt, quem etiam aſtrorum motus ſpectâſſe accuratè perhibent. Vixit anno mundi 1959.

Ex quo Chaldæi paſſim nominantur Aſſyriorum Philoſophi, qui ad Tigridis & Euphratis confluentem habitarunt. Et quia cœlum ibi, propter planitiem magnitudinemq́; regionum, ex omni parte patens atque apertum intueri potuerunt, ſtellarum motus ſtudioſiùs obſervârunt, indeq́; quid cuiq́; eventurum, & quo quiſq́; fato natus eſſet, prædixerunt. Cicer. 1. de divinatione.

Propagatio doctrinæ in occidentales & ſeptentrionales regiones.

Ex Chaldæa propagata eſt artium doctrina in Perſiam, & qui eam profeſſi ſunt, Magi, velut nos vocamus, Magiſtri ſunt dicti. Inde diſſeminata eſt in Indiam, ubi Profeſſores eius vocati ſunt Gymnoſophiſtæ, item Bragmanes. In Ægypto etiam Gymnaſia fuerunt, in quibus

Digitized by Google

quibus ſtudia literarum viguerunt. Vt enim Eccleſiæ & monarchiæ ſedes prima fuit in Oriente: ſic artium etiam & doctrinarum antiquiſſima officina fuit Chaldæa, Aſſyria, Perſia, India, Palæſtina in orientali mundi plaga. Inde in Græciam effuſa eſt ſapiētia & doctrinæ profeſſio, Philoſophiq́ ſunt dicti, qui ea præditi fuerunt. Ex Græcia in Italiam, ex Italia in Galliam, Hiſpaniam, & tandem etiam in Germaniam pervenit. De hac propagatione extat verſus Sibyllinus:

Ἐξ ἰάονος γαίης ἥξει σοφὸν ἰταλίῃσι.
Ex Græca terra veniet ſapiencia Italiæ.

In Eccleſia primùm Patriarchæ unà cum religionis doctrina etiam artium ſcientiam profeſſi ſunt. Poſt Patriarchas, Sacerdotes & Levitæ munus docendi ſuſtinuerunt. Nec ſolùm Legem & Evangelium de Meſſia ſonuerunt, ſed artium etiam cuſtodes & profeſſores fuerunt. Acceſſerunt Prophetæ, qui non tàm religionis veræ doctores, quàm ſcholarum rectores ſeſe præbuerunt.

Patriarchæ, Sacerdotes & Prophetæ Profeſſores doctrinæ fuerunt.

Inter

Sibyllæ vaticinatrices.

Inter gentes paſſim vixerunt Sibyllæ velut prophetides ſive mulieres vatidicæ, vel divinitùs afflatæ, ſic dictæ à δ' ιὸς vel σιὸς Æolicè, & Βυλὴ, quaſi θεοβούλαι, Dei conſilium, Gottes Rath / *quod divina quædam ſeu futura de Chriſto, & regnorum mutationibus, & alios eventus prædixerunt. Harum complures enumerat Suidas. Antiquiſſima & prima*

Sambethe.

putatur eſſe Sambethe, quæ Noami nurus fuiſſe perhibetur. Quod ſi ita eſt, in diluvio cum Noamo in arca eſt vecta. Sunt qui exiſtimant Semi fuiſſe uxorem: ſed λόγος eſt ἀδιάστατος, καὶ ἀμφίβολος, ſermo incertus & dubius. Suidas decem

Decem Sibyllæ.
Plin. lib. 23. cap. 13.

Sibyllas numerat, Chaldæam, de qua modò diximus, Libyam, Delphicam, Italicam, Erythræam, Samiam, quæ & Phyto dicta eſt, Cumanam ſive Amaltheam, quæ anno mundi 3429. novem libros oraculorum Tarquinio Priſco obtulit; quos cùm ille repudiâſſet, cremavit ſex, reliquos verò tres eodem precio, hoc eſt, trecentis Philippeis aureis illi vendere voluit. Qua re permotus rex

eos

eos emit. Helleſpontiam: Phrygiam, Tiburtinam.

Sed quare mulieribus potiſſimum ad vaticinationes uſus eſt Satanas? Reſpondeo: Primum fecit periculum in Eva, quod ubi ſemel ſucceſſit, non ceſſavit deinceps per eundem ſexum ſuas fraudes & artes malas exercere. Videt nimirum molliorem eſſe ſexum muliebrem, & flecti, illicique in fraudem faciliùs poſſe. Ardet præterea vindictæ cupiditate & odio inſatiabili in fœmineum ſexum, ex quo natus eſt Meſſias.

Apparet autem, verſus, qui Sibyllis adſcribuntur, non tàm ab ipſis vaticinatricibus mulieribus, quàm ab alijs eruditis atq; ſapientibus ſcriptos eſſe, & Sibyllarum nomine editos. Id quod Cicero ipſe cenſuit in ſecundo de divinatione, ubi verſus Sibyllinos, quæ ſunt ἀκροστιχίδες, *arte & diligentia potius elaboratos, quam vaticinatione effuſos eſſe ait. Tametſi autem Theologi Græci & Latini frequenter verſibus Sibyllinis ad refellendam Idolomaniam Ethnicam uſi ſunt: tamen nunc in tanta luce verbi divini nihil opus eſt ad confirmanda Eccleſiæ dogmata eos adhibere: cum in promtu ſint multò illuſtriora & ſolidio-*

ra teſtimonia in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis expoſita.

Fuerunt etiam vates in gente Græca & ſacerdotes, qui caſtra ſecuti ſunt, tanquam Prophetæ, & concionatores militares, divinandi arte & autoritate magna præditi.

SERIES DOCTORUM in tertio millenario.

Atlas. *ATlas Maurus excellens Aſtronomus, qui cælum humeris geſtare dicitur, vel ob montem ipſi cognominem, inuſitatæ altitudinis, vel ob inſignem Aſtrologiæ peritiam, circa annum mundi 2400. Item Prometheus, Epimetheus, Argus, quæ ficta magis quàm vera, fabuloſa potiùs quàm hiſtorica nomina eſſe videntur. Cæterùm ab Atlante doctrinam Aſtronomicam accepit Orion, qui in Tanagra Bœotiæ regnavit, ut ſcribit Pauſanias. Dicitur autem à Scorpione occiſus eſſe, propterea quod oriente Scorpio, Orion in cælo occidit.*

Cadmus. *Cadmus Græcas literas ex Phœnicia alla-*

allatas docuit, circa annũ mundi 2507. Herod. lib. 2. Diod.

Orpheus Poëta, & Muſicus, cujus carminis tanta fuit ſuavitas atq; vis, ut duces Argonauticos ab ira & cupiditate ad tranquillitatem revocârit, κίνησέ τε πέτρας, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεινὰ, Movit & ſaxa, & reptilia, & volatilia, circa annum mundi 2700. Σύγχρονος ejus καὶ ὁμότεχνος fuit Amphion, item Linus; cujus hic reliquus eſt verſus: Orpheus. Amphion.

Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

Fuit Herculis præceptor, à quo mercedem malam accepit. Nam cum aſperiùs eum allocutus eſſet aliquando Linus propter ingenij tarditatem, Hercules tabulam, in qua literas pinxerat, in caput præceptoris illiſit, ex quo mortuus eſt Linus. Item Muſæus. Tireſias vates Thebanus cæcus, de quo Homeri extat verſus: Linus. Muſæus. Tireſias.

οἶος πέπνυται, λοιποὶ σκιαὶ ἀΐσσουσι.
Ille ſapit ſolus, reliqui velut umbra vagantur.

Vixit tempore Thebani belli.

Am-

Amphiraus. *Amphiraus vates & dux, de quo Æſchylus* ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις, οὗτος ὁ μάντις σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς, εὐσεβὴς ἀνὴρ, μέγας προφήτης; *Hic vates eſt modeſtus, juſtus, bonus, pius vir, propheta magnus. Item:* οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἐξ ἧς κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα: *Non videri optimus, ſed eſſe vult, profundum ſulcum mentis poſſidens, ex quo proba oriuntur conſilia. Hic virtute & ſapientia excellens vates terræ hiatu abſorptus eſt, cum ſeptem viris & equis: quòd ſe comitem, & ſocium præbuiſset impijs hominibus, Capaneo & Tydeo in bello Thebano. Proinde apud Pindarum Oda 6. Olympiorum de eo exclamat Adraſtus frater:* ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, μάντιν τ᾽ ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι: *Deſidero oculum exercitus, vatem bonum & bellatorem.*

Apollo præſes medicinæ, herbarum & medicinæ uſum monſtravit, qua de cauſa etiam in numerum Deorum relatus eſt. Is apud Ovidium ſic gloriatur:

Inven-

Inventũ medicina meum eſt, opiſexq; per orbẽ
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.

Cæterum Apollini tribuuntur artes quatuor, μουσικὴ, τοξολικὴ, ἰατρικὴ καὶ μαντικὴ; verène an fictè id fiat, affirmare non habeo.

Æſculapius Apollinis filius ob Medicinæ ſtudium dictus, artem medicam expolivit & illuſtravit. Hippolitum & Androgæum in vitam revocavit, hoc eſt, ex lethali morbo ad ſanitatem reduxit, & ſecundùm Ciceronem, primus obligavit vulnus. Vixit circa annum mundi 2720. Manſit autem profeſſio artis medicæ in familia Aſclepiadarum ab Æſculapio propagatorum annis amplius mille, ita ut ſerie continua liberi in parentum veſtigia ſuccederent. Aeſculapius.

Chiron Centaurus præceptor caſtus & ſapiens, ex cujus ludo & diſciplina prodierunt pleriq; principes Græciæ, quorum virtus in Argonautica expeditione eminuit. Docuit autem Græcorum filios, ut Philoſtratus in heroicis ſcribit, λόγους καὶ ἔργα, καὶ τὰ πολεμικὰ, orationes & ope- Chiron Centaurus.

R *ra*

ra, id eſt, dicendi & agendi facultatem, tùm militarem etiam ſcientiam. Item medicinam, muſicam, & juſticiam in omni vita exercendam. Ab hoc Centaurium, herba inventa & nominata eſt. Homer. Iliad. 11. χείρων ἐδίδαξε, Chiron docuit, ſcilicet Achillem, δικαιότατος κενταύρων, juſtiſſimus Centaurorum.

Centaurium.

Podalirius.

Podalirius & Machaon, filij Æſculapij, in exercitu Græcorum ad Trojam, exercuerunt medicinam, de quibus Hom. ἰητῆρ' ἀγαθὼ Ποδαλείριος, ἠδὲ Μαχάων, Medici boni, Podalirius, atq; Machaon. Nominantur ijdem etiam ductores exercitus ab Homero Iliad. 11. Ac Machaon quidem ab Eurypilo Telephi filio occiſus eſt: Podalirius verò, abjecta belli cura, ſcholam aperuit, in qua artem medicam docuit.

Machaon.

Mercurius termaximus.

Mercurius termaximus, Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ſapiens Ægyptiorum fuit. Ter maximus autem eſt dictus, quòd de Trinitate docuit, unam ſcilicet Deitatem eſſe in Trinitate aſſerens, ut Suidas ait: vel quod & Philoſophus maximus

Digitized by Google

ximus, & ſacerdos maximus, & rex maximus extitit. Extant dialogi eius duo Pimander & Aſclepius.

Phœnix Achilli juveni à patre Peleo comes ad bellum datus eſt, ut illum efficeret oratorem verborum, & actorem rerum. Phœnix.

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. Hom. Iliad. 9

Chryſes Apollinis ſacerdos in bello Trojano Iliad. α. Chryſes.

Calchas Theſtoris vatis præſtantiſſimi filius, ſcientiam habuit omnium rerum, & juſſus eſt ab Apolline Græcos in bello Trojano juvare intelligentia & cōſilio, Hom. Iliad. 1. Portentum Draconis paſſeres novem devorantis interpretatus eſt de excidio Trojæ anno 10. obſidionis. Chalchas.

Galli & Germani habuerunt ſuos Druidas, vel Bardos, à Druio Mago ortos. Hi in ſylvis habitârunt, & religionem Ethnicam profeſſi ſunt, ex avium volatu, garrituq́; futura prædixerunt, & hoſtÿs humanis litârunt. Ordinis ſui dogmata atque decreta religioſè Druides.

obſervârunt, & ſi quis ea violare auſus fuit, huic aqua & igni interdixerunt. μετεμψύχωσιν defenderunt, id eſt, tranſanimationem, ut nonnulli loquuntur, ſubq́; quercubus ſacrificârunt Mercurio, Jovi, Berecynthiæ, Apollini, Marti, Minervæ. Reliqua ſunt paſſim in Germania quædam nomina, & veſtigia Druidum, item ſuperſtitiones de Ephialte, & id genus alijs.

Græcarum literarum apud Germanos uſus.

Et quia Græca lingva uſi ſunt, quod tamen aliqui negant, importarunt multa Græca vocabula in Germaniam, quæ hodie uſurpamus. Germani enim uſq; ad Rudolphum Habſpurgenſem peregrinis literis acta ſua ſcripſerunt. Rudolphus verò primus Germanica lingva ordinavit ſcribendæ inſtrumenta. Scribit etiam Cæſar libro primo de bello Gallico, inventas eſſe in caſtris Helvetiorum tabulas Græcis literis ſcriptas. Vnde veriſimile eſt, Græcarum literarum uſum magnum apud Germanos fuiſſe. Niſi forte primores Helvetiorum in veteri Academia Maſſilienſi, quæ in littore Gallico ſita eſt, à Phocenſibus condita,

&

Digitized by Google

& uſu linguæ Ionicæ ac diſciplinæ veteris laude præſtitit, literas Græcas didicerunt. Sunt qui putant, Druidas Germanico nomine à fidelitate appellatos eſſe. De his Cæſar lib. 6. belli Gallici.

QVARTVS Millenarius.

QVartus millenarius complectitur præcipuas maximeq́; memorabiles res in mundo geſtas, ut Cor mundi non immeritò appelletur. Vt enim Cor in animante vim, caloremquè maximum continet: ſic mundus in hoc millenario præcipuum robur habuit, omnesq́; ſuos nervos contendit. Eſt igitur inſignis præter cæteros: Quartus millenarius Cor mundi.

I. Quòd initium eius in mediam mundi ætatem incidit.

II. Quòd mutationes omnium maximas in Eccleſia, & Monarchijs comprehendit.

III. Quòd præcipuam partem hiſtoriæ Propheticæ complectitur.

IV. *Quod res geſtas Perſarum, Græcorum & Romanorum à Græcis, & Latinis hiſtoricis deſcriptas exponit.*

Termini hujus millenarij.

Incipit autem ab Elia Propheta, & deſinit in Chriſti adventu, & viſibili cõverſatione in hoc mundo. Acta partim ſunt Eccleſiaſtica, id eſt, quæ in populo Judaico acciderunt: partim Politica, quæ in Monarchijs & alijs florentibus mundi regnis evenerunt.

Acta duplicia.

Axiologa Qvarti Millenarij in Eccleſia.

1. *Gubernatio Regum & Prophetarum in utroque regno Judaico & Iſraëlitico, uſque ad captivitatem Babylonicam.*
2. *Divina defenſio Eccleſiæ in exilio Babylonico.*
3. *Inſtauratio urbis, & templi Hieroſolymitani.*
4. *Gubernatio ducum & pontificum uſq; ad Chriſtum.*

In Politia.

1. Con-

1. *Continua ſucceſſio Monarchiarum, Babylonicæ, Perſicæ, Græcæ, uſq; ad initium Romanæ.*
2. *Hiſtoria Græcorum.*
3. *Hiſtoria Romanorum.*
4. *Hiſtoria Germanorum.*
5. *Series doctorum & Philoſophorum.*

De Regibus & Prophetis millenariij qvarti.

ANno mundi 3000. natus eſt Elias Propheta, videlicet in media mũdi ætate, in oppido Thesbi, ultra Jordanem in regno Iſraëlis. Elias. Patria. *Eſt autem Elias idem quod Deus meus Jehova,* mein Gott der HErr. *Lambens ubera matris non lac, ſed flammam rapere viſus eſt, ſecundùm Epiphanium. Fuit currus & equitatus Iſraelis, id eſt, præcipuus Doctor Eccleſiæ, in regno Iſraëlis, vel Samariæ, quam annos circiter 20. conſilio, pietate, ſapientia gubernavit, doctrinaq; & precatione plus profuit Reipub. Iſraëliticæ, quàm reges armati curribus & equitatu. Zelo ardente corripuit* Nomen. Infantia. Profeſsio. Acta.

regem Ahabum propter idolomaniam, & cædem Prophetarum. Precatione ſua cœlum clauſit, ne plueret, & poſt annos tres & dimidium, rurſus aperuit. Paſtus
3. Reg. 17. *eſt à corvis in exilio, allato pane & car-*
Ibidem. *ne. Deinde famis tempore mirabiliter altus eſt à vidua Sareptana, cum tota ejus familia, uno pugillo farinæ, & olei ſextario. Suſcitavit ex morte filium eius. Ardens fervore divino ignem cœlo devocavit, quo victima largiſsima aqua madens conſumta eſt. Et mox impetu*
3. Reg. 18. *in ſacerdotes Baaliticos & lucorum facto 850. eorum occidit.*

Etſi autem ſatis hoc illuſtri miraculo doctrina illius & munus Propheticum fuit confirmatum: tantus tamen reginæ
Jeſabelis in Eliam furor. *Jeſabelis furor erat, ut quieſcere nollet, niſi cædem Baaliticorum ſacerdotum ab*
Exilium & jejunium Eliæ. *Elia factam vindicaſſet. Itaq; ex regno Iſraëlis in ſolitudinem ſeceſſit Elias, & in fuga fractus impatientia, & 40. dierum jejunio mortem ſibi optavit. Sed in hoc exilio & jejunio non ſolùm voce & miniſterio angeli cibum & aquam affe-*

rentis

rentis recreatus eſt, ſed inſigni etiam patefactione Dei erectus. Cùm enim de periculo ſuo, & paucitate credentium quereretur, reſpondit ei Deus, ſe reliqua ſibi feciſſe 7000. piorum in regno Iſraelis. Hac divina conſolatione confirmatus rediit in regnum Iſraelis, & reliquum mãdati muneris curriculum conſtantia magna confecit. Impio regi Ahabo, & Jeſabeli triſtem interitum denunciavit; Centum milites, ab Ahaſia impio rege ad ſe prehendendum miſſos, flammis cæleſtibus perdidit.

Poſtremò Eliſæo ſucceſſori Eccleſiæ curam commendavit, per Jordanem illum, pallio diviſis aquis, traduxit, & curru igneo cum equis igneis exceptus ab angelis per turbinem, vivus in cælum vectus eſt, relicto poſt ſe pallio, quod tulit Eliſæus, & aquas Jordanis per illud diviſit, ut tranſire poſſet, anno mundi 3050.

Tranſlatio Eliæ vivi in cœlùm.

Hoc eſt exemplum ſecundum tranſlationis hominis vivi in cœlum. Primum fuit Enochi, qui in curru aureo receptus fuit in cœlum. Quæri poteſt, an etiam alia extent

in hiſtorijs exempla his ſimilia? R. In Euſebio commemoratur exemplum de Cheræmone Epiſcopo pio, qui grandævus confectaq; ætate cum uxore ſua in montem Arabiæ abijſſe dicitur, & ibi cum uxore ita evanuiſſe, ut nuſquam reperiretur. Vnde judicârunt omnes, eum in cœlum eſſe receptum. Poſt natum Chriſtum, anno 2 5 1.

Aſſa rex pius & ſalutaris.

Anno mundi 3 0 0 5. Aſſa rex Judæ in pace bona ſuſtulit idola, deletis cultibus impijs, excelſis, lucis, & peregrinis altaribus, conſtituitq; & munivit regnum legibus, diſciplina, & alijs neceſſarijs præſidijs. Fudit quoq; exercitũ millies millium Zeræ regis Æthiopum & 300. currus falcatos, non tàm armis, quàm precibus ad Deum conceptis. Poſt hanc divinam victoriam fœdus cum Domino renovavit, & totum ſeſe cum univerſo regno illi tradidit. Sed ſequente anno vexatus bello à Baëſa rege Iſraëlis, oblitus Dei, fœdus cum Benhadad rege Syria fecit, eoq; nomine à Propheta Hanani objurgatus ira exarſit, & Prophetam in carcerem coniecit. Proinde bella ſibi attraxit, & morbo incurabili extinctus eſt, anno 3 0 3 1.

2. Paral. 14.

Aſſa fit impius.

Anno

Anno mundi 3031. Joſaphat filius Aſſa, rex Juda factus eſt, verè auguſtus, pius, ſapiens, iuſtus, felix & ſalutaris. Primum omnium curam & cogitationem in Eccleſiam rectè conſtituendam contulit. Delegit enim Theologos pariter & politicos, pietate, iudicio, gravitate, & iuſtitia excellentes, rerumq; uſu peritos, quibus inſpectionem atq; viſitationem Eccleſiæ & Scholarum commendavit. Hi profecti in omnes partes, & urbes regni, in docentes & diſcentes ſtudioſè inquiſiverunt, qua quisque mente aut pietate officium faceret, religionemque coleret. Et pios quidem recteq; officij munus exequentes confirmârunt: ignavos verò, perverſos, & ineptos obiurgârunt & eiecerunt. Senatum etiam Eccleſiaſticum in urbe Hieroſolyma ordinavit, ad quem cognitio & dijudicatio dogmatum, & controverſiarum Eccleſiaſticarum delata eſt. Proximè ſecundum Eccleſiæ curam animum ad Politiam conſtituendam appulit, & iudiciū curiæ in ſingulis oppidis, ſupremum verò iudici-

Joſaphat, h.e. judicium Domini.

Viſitatio Eccleſiæ & Scholarum.

Conſiſtorium.

Judicium Curiæ & Parlamentum.

judicium velut Parlamentum in urbe regia collocavit. Modum etiam judicandi eum præſcripſit, ut Deum inprimis inſpicere, & obſervare omnes cogitationes, & ſententias ſuas meminerint judices, & iccircò ita judicent, ut rationem reddere Deo ipſi poſſint. Deum timeant, cauſas legitimè cognoſcant, & juſtas ſententias juſtè exequantur: tùm avaritiam fugiant, nec quæſtui Rempublicam ullo modo habeant, munera nulla captent, ſed æquos ſeſe erga omnes præbeant. His duabus rebus, pietate adversus Deum, & juſticia erga commiſſos ſibi ſubditos, adeò crevit autoritas Joſaphati, ut terrori eſſet hoſtibus, & carus haberetur à ſuis. Nec tamen labe omni caruit, ſed peccatis tribus magnis ſeſe polluit. Primùm enim affinitatem junxit cum impio rege Ahabo: Secundò præbuit ſe ſpectatorem impiorum ſacrificiorum apud Ahabum: Tertiò induit ſocia arma cum Ahabo adversùs Syros. Quapropter etiam in periculum magnum incidit, ex quo tamen, cum ſeriò Deum invoca-

Modus judicandi legitimus.

Autoritas Joſaphati.

Peccata.

vocaret, evaſit. Poſtremò ingenti multitudine Moabitarum & Ammonitarum circumfuſus, jejunium in toto regno indixit, & precibus ardentibus victoriam admirabilem conſecutus eſt. Anno mundi 3055. ex hac mortali vita in cæleſtem migravit, anno ætatis 60. cum annos 25. regno præfuiſſet. Mors.

Regno Iſraelis in primis annis millenarij quarti præfuerunt reges impij, à Jeroboamo ad Hoſeam, inter quos Ahabi præter cæteros nobilitata & inſanabilis fuit impietas. Nemo enim fuit illi ſimilis, qui ita venditus eſſet ad malefaciendum coram Domino, hoc eſt, ita averſus à Deo, contumax, & propter contumaciam à Deo abjectus, & ad æternas pœnas deſtinatus. Regnare cœpit anno mundi 3028. Vxorem habuit Jeſabelem gentilem & maleficam, ducem ad omnem ſuperſtitionem, idolatriam, fraudem, & crudelitatem in Prophetas Domini. Nabotho vineam Briarei manibus eripuit, ipſumq́; adeò vita privavit. Ideóq́; tandem, anno mundi 3048. in prælio lethaliter

Reges Iſraëlis.

Ahab, id eſt, frater patris.

Jeſabel.

liter vulneratus ſanguinem ſuum, de curru, quo vehebatur, manantem canibus lingendum præbuit, ſicut Propheta Elias illi prædixerat. Jeſabel verò uxor eius juſſu regis Jehu, de arce Jeſreelis per feneſtram præcipitata, equorum ungulis conculcata, & à canibus lacerata fuit, ut vix calvaria, pedes, & ſummæ manus reliquæ humari poſſent.

Jeſreel, id eſt, ſemen Dei.

Eliſa, id eſt, ſalus Dei.

Anno mundi 3050. Eliſæus Propheta ſucceſſor Eliæ, regere & docere Eccleſiam ac cœtum Scholaſticum in regno Iſraëlis cœpit. Natus is fuit in Gilgal, non procul à Jerichunte. Ab agricultura vocatus eſt per Eliam ad munus Propheticum, injecto pallio, quod ſymbolum erat vocationis. Initia gubernationis ejus tribus miraculis Deus ornavit: diviſione aquarum Jordanis per Eliæ pallium, converſione venenatæ aquæ Jerichuntis in ſalubrem, per injectum ſalem, & 42. puerorum maledicorum laceratione per urſos duos ex ſylva erumpentes in Bethel. Viduam piam, pauperem, & ære alieno oppreſſam ſua bene-

Ejus patria.

Vocatio.

Miracula tria ejus gubernationis.

benedictione ita locupletavit, ut olei copia mirabiliter creſcente omne debitum exolveret, & ſe familiamq́ alere poſſet. Alij matronæ locupleti in Sunem, hoſpitæ ſuæ ſterili filium precibus ſuis impetravit, eundemq́ ex morte in vitam revocavit, & deniq; in ſeptem annorum fame eam juvit, effecitq́ ut priſtinas ſuas poſſeſſiones domum ab exilio reverſa recuperaret. Naemanum Syriæ principem liberavit à lepra, ſepties immerſo corpore eius in Jordane, nec argenti ullam partem oblatam ab eo accepit. Cùm bellum eſſet inter regem Iſraëlis Ioramū, & Benhadad Syriæ regem, divino inſtinctu patefecit Eliſæus regi ſuo conſilia regis Syriæ inſidioſa & cruenta. Quod cum ad Syrum eſſet relatum, adeò exarſit iracundia, ut magnas copias ad prehendendum Eliſæum mitteret. Hæ cùm hoſpitium Prophetæ urbem Dothan obſidione cinxiſſent noctu, ipſe angelorum præſidio munitus animo invicto hoſtium copias eluſit, ut cæci, ignariq́ in hoſtis ſui manus venirent. A quo tamen trucidati non

Acta.

Naeman, Id eſt, pulcer.

non ſunt, ſed paſti liberaliter, & ad regem ſuum remiſſi, ſecundùm Eliſæi conſilium. Tandem confecto curriculo circiter 70. annorum, quibus Eccleſiam, ſtudia doctrinæ, & conſilia etiam regum præcipua moderatus eſt, mortem obijt, anno mundi 3104. Adeoq́ etiam mortuus à Deo honeſtatus eſt, ut oſſium eius contactu quidam homo mortuus revixerit, 2. Reg. 13.

Mors Eliſæi.

Anno mundi 3065. Salomonis defecit tota poſteritas, & tranſlatum eſt regnum Judæ ad filium Nathani, qui Davidis quoq; fuit filius, 2. Sam. 5. Ochoſias enim, ſive Ahaſias, poſtremus de Salomonis familia erat. Eo igitur abſque liberis extincto, deſijt planè Salomonis poſteritas. Itaq; ad Joas, qui unus erat reliquus de Nathani familia, regnum tranſlatum eſt hoc anno. Et ita mirabiliter ſervavit Deus promiſſionem de Meſſia ex Davidis ſemine naſcituro. Ex poſteris enim Nathani tandem Meſſias natus eſt. Et hæc cauſa eſt, quare Lucas in Chriſti genealogia Salomonem omiſe-

Nathanus.

omiſit, & Nathanum inſeruit. Inde Aohiſarim, id eſt, fratres principis ſeu regis appellati ſunt hi reges, qui ex Nathani familia propagati ſunt, autore Philone, in breviario de temporibus. Contrà exiſtimant alij, Ioas verè fuiſſe filium Ochoſiæ, nec deſijſſe in eo Salomonis ſtirpem. De quo judicium lectori relinquo.

Amaſias. *Anno mundi 3105. rexit populum Iudæ Amaſias, qui initiò pius fuit & felix, ſed poſt annos 13. victis Idumæis idolatra factus eſt, & ſuperbum ſe in fortuna præbuit, adeò ut præter rem bellum faceret regi Iſraëlis Ioas. Quamobrem ab eo victus & captus eſt, urbs Hieroſolyma direpta, templum ſpoliatum, & bona pars murorum diruta. Poſtremò à conjuratis in oppido Lachis interfectus eſt, anno mundi 3134.*

Jonas. Jonas, id eſt, Columba. *Anno mundi 3123. Ionas Propheta ad Ninivitas miſſus eſt, ut ad pœnitentiam eos per prædicationem iræ divinæ, & impendentium pœnarum hortaretur. Cùm autem defugere vellet autoritatem DEI, ad mare ſeceſſit, in urbe Ia-*

S pho-

pho, quæ eſt Joppe, quinque milliaribus diſtans ab Hieroſolymis, navem conſcendit. Inter navigandum cùm tempeſtas magna coorta eſſet, ut merſura navigantes videretur: ſorte ducta, tanquam περίψημα, *ſeu hoſtia piacularis, de navi in mare abjectus eſt, & ceti hiatu abſorptus in ventre ejus milliaribus amplius 250. trium dierum ſpacio vectus eſt. Ab* 5 *urbe enim Joppe circumnavigata tota minori Aſia, per mare Ægeum tranſiit Conſtantinopolin per Helleſpontum uſq; ad Euxinum mare, in cujus portu demum ejectus eſt, teſte Joſepho lib. 9. antiquit. cap. 14. Inde igitur egreſſus venit Niniven amplius 200. milliaribus, mandatumq; munus executus eſt. Ninive autem civitas iſta fuit ad Trigidem fluvium, milliaribus 170. ab Hieroſolymis. Complexa eſt ambitu ſuo milliaria Germanica duodecim vel quindecim. Hæc audita concione Prophetæ, quē tamē non noverat, convertit ſe vera pœnitentia ad Deum, & interitum tunc quidem evitavit: ſed 60. annis pòſt, in priſtina pecca-*

Ninive.
Quinſai urbs orientali 25. milliaria German. ſecundum longitudinem complectitur.
Moſcha 5.
Gādarum 3.
Alcairus in Aegypto 15.

peccata recidit, & ita periit, ut poſtea inſtaurari non potuerit.

Jonam ſecutus eſt Propheta Nahum, qui pœnas Ninivitis denunciavit, poſtquam ad priora vitia redierant. Nahum.

DE INTERREGNO undecennij ſub Vzia, rege Judæ.

OSias vel Azarias, ſive Vzias, regnare cœpit anno 27. Jeroboami regis Iſraëlis, 4. Regum 15. Jeroboamus verò regnare cœpit anno mundi 3120. Ergò Oſiæ regnum ante mundi annum 3145. incoari non potuit. Ex quo manifeſtum eſt, à morte Amaſiæ, quæ in annũ mundi 3133. incidit, uſque ad initium regni Oſiæ, quod in annum mundi 3145. incidit intervallum eſſe annorum undecim: quod interregnum vocatur.

Anno mundi 3190. Eſaias Propheta in regno Judæ concionatus eſt, natus ex regia familia patruelis Amaſiæ regis, ex quo etiam Chriſtum patruelem ſuum vocat, cap. 5. Eſt autem concionum Eſaiæ tantus ſplendor, copia & perſpicuitas, ut Apoſtolus & ſpe- Eſaias, id eſt, ſalus Domini.

ctator crucis Chriſti veriùs, quàm Propheta fuiſſe videatur, & orator tonans ac fulgurans in Eccleſia jure omni habeatur. Quin ſanandi etiam dono ornatus fuit, & ulcus Ezechiæ regis, applicata ficorum maſſa, curavit. Tum miraculum duplicati diei; Sole decem horis ad ortum ſuum reverſo, denunciavit regi, & conſilia in obſidione urbis Hieroſolymæ gubernavit, liberationemq́ precibus ſuis impetravit. Scripſit hiſtoriam luculentam de ſuæ ætatis regibus, & libertate verè Prophetica accuſavit peccatum Ezechiæ, cum oſtendiſſet theſauros ſuos legatis Babylonicis. Tandem ſumma conſtantia hoc munere Prophetico functus annos circiter 80. mercedem Propheticam ab impio rege Manaſſe accepit, & ſerra diſſectus eſt, ut ſcribunt Epiphanius, & Hieronymus. Coætanei Eſaiæ fuerunt Hoſea & Amos.

Ioel. Micha.

Anno mundi 3200. in regno Iudæ concionati ſunt Prophetæ Ioël, & Micha.

Ezechias rex.

Anno 3227. Ezechias, qui & Hiſkia

kia nominatur, regnare cœpit in Juda, rex pius, ſanctus & felix. Curæ inprimis ei magnæ fuit Eccleſia, & religionis veræ inſtauratio & cultus. Nam fana in montibus magno zelo ſuſtulit, lucos incendit, idola evertit, & ſuperſtitiones omnes abolevit. Paſchatis ſolennitatem multis annis ab impijs regibus intermiſſam reſtituit, & æneum ſerpentem à Moſe erectum confregit. Tum ad Politiæ ſalutarem gubernationem ſe convertit, & jugum Aſſyrij regis à cervicibus ſuis dejecit, & ſatrapam ejus Rabſacen convitijs multis efflagitantem Hieroſolymæ deditionem precibus delevit. Morbo lethali correptus, ardenti precatione vitæ annorum 15. acceſſionem impetravit. Lapſus eſt fortunæ proſpero flatu ad divitias, potentiamq; admirandam provectus. Cùm enim beatus ſibi valdè videretur, oſtendit omnes theſauros ſuos legatis Babylonicis ad ſe miſſis propter miraculum regreſſi Solis. Eaq; re vehementer DEVM offendit, ſed deprecatus eſt culpam, & mitigationem pœnæ conſecu-

Cura Eccleſiæ.

Politiæ.

Liberatio à morbo.

Lapſus.

tus. Spectator etiam fuit acerbiſſimæ calamitatis & deſtructionis regni Iſraëlis. Mortuus eſt anno mundi 3256.

Regni Iſraelis deſtructio & 10. tribuum abductio

Anno 3232. Samaria poſt 3. annorum obſidionem capta eſt à Salmanaſſare Aſſyriorum rege, abductæq; ſunt 10. tribus in regno Iſraëlis, & diſperſæ in Aſſyriam atq; Mediam. Rex verò Iſraelis Hoſea unà abductus, & in carcerem conjectus eſt. Hic eſt triſtis & tragicus regni florentiſſimi exitus, nec reditus ab hoc exilio Iſraelitis unquam conceſſus eſt: ſed regio tota novis incolis, ex Aſſyria permutatione quadam miſſis, occupata fuit, qui Samaritani ſunt appellati, & religionis confuſionem horrendam introduxerunt, miſcentes Judaicæ religioni idola ethnica.

Samaritani.

Cauſæ diſſipationis tribuum tres.

Cauſæ verò tantæ diſſipationis 10. tribuum tres numerantur, 2. Regum 17. 1. eſt idolatria. 2. Contemtus miniſterij. 3. Contumacia in atrocibus delictis. Ad has principales cauſas acceſſit hæc ἀφορμὴ, videlicet perfidia regis Hoſeæ, qui contra fidem, datam Aſſyrio, fœdus cum rege Ægypti

gypti fecerat, nec tributum annuum, quod pactum erat, penſitavit. Duravit autem Iſraëlis regnum annis 262. nempe à morte Salomonis uſq; ad hunc Hoſeam: habuitq; reges impios & ſceleratos, quorum novem tamen placidam mortem obierunt, novem verò interfecti ſunt, & ultimus in Aſſyriam captivus abductus eſt. Vocata eſt tota regio 10. tribuum Samaria, complexa in longitudine milliaria 14. in latitudine verò quinque, nempe ab Antipatride uſq; ad Carmelum montem.

Tempus regni Iſraelitici.

Nomen Samariæ & ambitus.

Anno mundi 3313. Judæ rex factus eſt Joſias, pius & juſtus, qui rejectis idolis verum Dei cultum. Zelo magno reſtituit, templum Domini reparavit, Paſcha ſolennitate ingenti celebravit, librum legis ab Hiskia ſacerdote ſummo repertum, publicè prælegendum curavit. Tandem in prælio periit ſagitta percuſſus, cum Nechao Ægyptio regi rectè monenti ſtultum bellum intuliſſet. Qui deinceps populum Iudæ rexerunt, impij fuerunt: Ideoq; pœna diu abeſſe non potuit.

Hiſtoria Joſiæ.

Joſias, id eſt, ignis Dei.

Digitized by Google

Hieremiæ curriculũ lõgum & ærumnoſum.

Hieremias, id eſt, excelſus, vel exaltans Dominum.

Anno mundi 3325. Hieremias Propheticum munus in regno Judæ ſuſcepit, & docuit annis 41. Habuit certè curriculum curis, laboribus, moleſtijs, & periculis plenum. Incidit enim in finem & destructionem regni, tanquam in ſentinam horrendorum ſcelerum atque pœnarum. Conflictatus eſt cum hominibus impijs, obſtinatis, & furenter omnes comminationes & conciones contemnentibus.

Conſtantia.

Apparet eum tot penè habuiſſe hoſtes, quot auditores. Sed conſtanter tamen nihilominus officium ſuum executus eſt, nec ulla fortunæ acerbitate deterreri ſe, aut depelli à docendi munere paſſus eſt.

Infirmitas.

Documentum infirmitatis humanæ ſtatuit, cum vexatus crebris convicijs, contumelijs, verberibus, carcere, & ad mortem deniq; ipſam à plebe poſtulatus, natalis ſui horam deteſtatus eſt, & hominem ſe natum eſſe doluit. Ac in primis quidem annis, regnante Joſia, aliquid tranquillitatis & laxamenti habuit.

Viciſſitudo bonorum & malorum.

Sequentibus verò uſq; ad captam Hieroſolymam, non regum tantùm impio-

piorum, ſed improbæ etiam multitudinis mentes penè unus ſibi infenſas & adverſas ſenſit. Hoc verò inprimis offendit, & à ſe omnium mentes abalienavit, quod in urbis obſidione novo exemplo contra ſuperiorum Prophetarum morem ſvaſit deditionem, fore certò pollicens, ut poſt 70. annos in patriam Judæi revertantur. Huic concioni quotquot obtemperârunt, ut Jeconias rex & alij, quamvis in Chaldæam captivi ſint abducti, divinitùs tamen in illa ſervati ſunt. Qui verò furenter reſtiterunt, cùm pœnam à Jeremia prædictam annos 10. ferè differri cernerent, ſuperbiſſimè in Prophetam inſultârunt, & indignis modis eum tractârunt. Donec tandem in Ægyptum migrârunt, ubi partim fame, partim crudelitate regum Ægyptiorum interierunt. Etſi autem Hieremiæ rex Babylonicus pepercit, eiq́ue in patria manere cum reliquijs populi conceſſit: tamen à furioſis Judæis ſimul in Ægyptum abductus eſt, ibiq́ue propter conſtantem veritatis profeſſionem à Iudæis interfectus

Digitized by Google

Tachpanes id eſt, firmū præſidium.

Captivitas Babylonica ſive expugnatio Hieroſolymæ & abductio populi.

eſt lapidibus, in urbe Tachpanes.

Anno mundi 3354. Rex Babylonicus Nebucadnezar cepit & diripuit urbem ac templum Hieroſolymitanum. Regem verò Jojakim catenis vinctum in Babylonem abducere voluit, ſed in itinere mortuus ille aſini ſepultura extra urbem Hieroſolymam ſepultus eſt, juxta Jeremiæ vaticinium, hoc eſt, cadaver ejus abjectum eſt ſine ſepulturæ honore, ut eſca avium & beſtiarum fieret, iccircò quod ad regem Ægypti Nechaum defecerat, cui etiam tributum annis octo penſitarat. Etſi autem tributum Nebucadnezari denuò promiſerat Jojakim: tamen poſt annos tres iterum deſcivit. Quamobrem reverſus in Judæam Nebucadnezar, ad iſtum modum perfidiam ejus vindicavit.

Jojakim vel Joachim, Latinè Joachimus, idem eſt qui reſurgens, Græcè ἀναστάσιος.

Poſt Jojakimum filius ejus Jeconias, cum menſes tres regnaſſet, de Jeremiæ conſilio regi Babylonico ſeſe dedidit, & ſponte in Babyloniam cum aliquot millibus hominum; in quibus etjam Daniel & Ezechiel fuerunt, migravit. Hunc clementer tractavit Evilmero-

merodach, filius Nabugdonoſoris, ex carcere liberavit, & victum honoremq́ regium attribuit: Tum regnum etiam ipſius filio reddidit. Populum verò Iudaicum in captivitate multis miraculis Deus ornavit & ſervavit.

Anno mundi 3365. iterum capta eſt Hieroſolyma à Nebucadnezare Babylonico. Rex verò Zedekias Herichuntem fugiens retractus eſt, & ad Nebucadnezarem in Riblatam, quæ eſt Antiochia Syriæ, ductus, ubi liberi ejus & principes regni omnes, ſpectante ipſo, trucidati ſunt. Ipſe verò effoſſis oculis, catenisq́ conſtrictus, Babylonem abductus eſt, in carcere ad mortem uſque retentus. Vrbs verò cum templo exuſta eſt, & totum regnum ita exciſum, ut nihil niſi plebecula infima fuerit reliqua. Hic finis fuit tàm florentis regni, quod duravit à Salomonis obitu, annis 395. Excidium univerſale regni judæ. Tempus regni judæ.

ACTA IN EXILIO Babylonico.

GRaves ſolēt eſſe exilij ærumnæ, quas Tyrteus in Elegia ſua deploravit: Aerumnæ exilij. Iſt orat. Lycurgi contra Leoc.

Curat

Curat nemo vagos, & lædere nemo veretur:
Non exul curæ ducitur eſſe Deo.

Eas ſentire Judæos quoque in Babylonico exilio oportuit. Careban patria, ſpoliati erant fortunis, privati templo & cultu divino, in terra hoſtili alienos mores atq; leges ſequi cogebantur. Quod quàm ſit acerbum, nemo facile dixerit. Mitigatio. *Sed mitigavit tamen DEVS iſtas calamitates, & præſentiam ſuam in ipſo etjam exilio abundè declaravit.* Miracula exilij. *Evexit enim Danielem, ut ornamento & ſolatio magno eſſet exulibus Judæis. Servavit tres viros in flammis, cùm Coloſſum regis adorare omnes juberentur. Texit Danielem inter leones, & mirabiliter Eccleſiæ reliquias cuſtodivit. Tum, quod vel maximè dignum eſt admiratione, quatuor Reges ſive Monarchas in regno Babylonico & Perſico ad veram Dei agnitionem & invocationem convertit.* Haman, id eſt, ſuperbus, elatus. *Cùm etiam periculum impenderet maximum, propter calumnias Hamani, qui edictum regium impetraverat, quod univerſam Iudæorum gentem delere jubebat;*

bebat: Sic Deus calumnias per reginam Eſtheram Iudæam detexit & fraudem omnem propulſavit, ut ſoli ſuo autori exitio eſſet. Eſther, id eſt, virgo pudica, alma.

DE DANIELE.

D*Aniel adoleſcens ſumma ſpe & animi, & ingenij præditus, anno mundi 3354. in Aſſyriam abductus, ſtatim in diſciplinam ſcholæ regiæ traditus eſt, ubi ad ſapientiam & eloquentiam præclarè inſtructus fuit, cum ſocijs & æqualibus ſuis, Sadrach, Meſach, Abednego. Inde ad regem adductus, ſomnium ejus mirabile interpretatus eſt, & ſe, aliosq; Magos, qui ad necem rapiebantur, liberavit. Ob hanc divinam ſapientiam evectus eſt, & præmijs, honoribusq; ſummis affectus. Verùm ut nulla fortuna florens ſatis ſtabilis eſt: Sic Danielem etjam invidia & calumniæ aulicæ graviter afflixerunt. Cùm enim de crimine alio nullo accuſari poſſet: impulerunt aulici quidam malevoli regem, ut religionis cauſa Danielem in foveam leonum conij-*

Diſciplina.

Somnij interpretatio.

Miranda defenſio.

Digitized by Google

Vaticinia. conijceret. Vbi tamen mirabiliter ille paſtus eſt, & ab Angelo ſervatus. Ex viſionibus compluribus numerum & ſtatum Monarchiarum, tum Chriſti adventum in carnem, ac finem mundi prædixit. Præceptor fuit regum, Nebucadnezaris, Evilmerodachi, Baldaſaris, Darij, Cyri. Babylone ſepultus eſt.

Ezechiel, id eſt, robur Dei.

Ezechiel quoq; ex Judæa Babylonem cum rege Jeconia profectus Judæos in exilio conſolatus eſt, & confirmavit, ne deceptos ſe à Jeremia putarent, certò reverſuros in patriam pollicens.

Reditus judæorum ex captivitate in Judæam, duce Zorobabele & pontifice Joſua.

Anno mundi 3435. finitis 70. annis Babylonicæ captivitatis, conceſſa eſt Judæis à Cyro poteſtas in Judæam redeundi, templumq; reparandi, redditis vaſis, quæ Nebucadnezar abſtulerat, promiſſisq; ſumtibus ad ædificationem neceſſarijs. Reverſi ſunt igitur lætis animis in patriam numero 42360. exceptis ſervis & ancillis, ſuaq; oppida quæque tribus

Cyrus oppidum.

recuperavit. In reditu honoris & gratitudinis cauſa extruxerunt oppidulum Cyri, in quo Theodoretus Epiſcopus fuit, à Cyri

Digitized by Google

à Cyri ſcilicet tam benefici regis nomine, ut memoria tanti ejus beneficij ad omnem poſteritatem extaret. Multi tamẽ nolentes deſerere facultates ſuas in Babylone manſerunt. Inprimis verò Hieroſolymis congreſſi, altare extruxerunt, in quo ſacrificarunt Domino, & feſtum tabernaculorum celebrârunt.

Anno mundi 3437. fundamenta templi jacta ſunt. Et quanquam antea edicto regio inceata fuit templi extructio: ttmen edicto contrario Cambyſis ſive Arthaſaſtæ ab incepto opere coacti ſunt deſiſtere Judæi. Nam vicini principes impedire inſtaurationem politiæ & templi, fraude, bellis, & calumnijs conabantur. Aedificatio prohibita.

Anno mundi 3443. Joſua Sacerdos ſummus in Aſſyriam profectus diuturnis precibus à rege Cambyſe veniam ædificandi fruſtrà flagitavit. Tandem verò poſt annos 8. regnante Dario, domum redijt. Interim divinitùs excitati ſunt duo Prophetæ, Haggæus, & Zacharias, qui populum, & principes anxios de ſucceſſu

& defenſione confirmârunt, & ut ædificare pergerent, hortati ſunt. Darius quoque edictum Cyri de inſtauratione templi ſumtibus regijs renovavit. Perfecta eſt igitur ædificatio templi, anno mundi 3456.

Eſdræ adventus in Judæam.

Anno mundi 3514. conceſſu Artaxerxis V. Perſarum regis, Hieroſolymam venit ex Babylone Eſdras Scriba excellens, cum Sacerdotibus, Levitis, & magna multitudine Judæorum, afferens regium privilegium de inſtaurando cultu Dei, & politia in urbe Hieroſolyma. Is ſcripta Prophetica collegit, doctrinæ veræ ſtudia inſtituit, & mores populi emendavit.

Anno mundi 3527. cùm nondum abſoluta eſſet ædificatiò urbis Ieruſalem, miſſus eſt ab Artaxerxe Longimano Nehemias regis pincerna Hieroſolymam, cum literis & ſumtibus, ad abſolvendum ædificationis opus. Hortatus eſt igitur populum ad conſtantiam in ſuſcepto, propoſitoq́ʒ conſilio & opere, addita conſolatione, ne in tantis difficultatibus

Nehemias.

bus animis frangerentur. Hoc modo omnis cura & opera dies & noctes poſita eſt in ædificatione, & qui laborârunt, una manu ædificârunt, altera gladium ad repellendum hoſtem tenuerunt, cum humana diligentia divinum auxilium coniungentes. Abſoluto opere, omnem curam & cogitationem ad inſtaurandam religionis puritatem, & politicarum legum autoritatem Nehemias contulit. Perfectiſq; omnibus duodecim annorum ſpacio, Babylonem rediјt.

DE STATV ECCLESIAE ET POLITIAE IN POPVLO IVdaico, poſt captivitatem Babylonicam.

ABolita erat in captivitate Babylonica dignitas regia in populo Dei, propter peccatum. Quocirca cùm iam novum templum, & nova politia conderetur, placuit DEO etiam imperij formam novam in populo ſuo inſtituere. Ea erat poteſtas Pontificum & Ducum, quæ duravit annis 534. uſq; ad Chriſtũ, pontificem & principem æternum, hoc ordine:

T SERI-

SERIES PONTIFICUM.

I. Ioſua reverſus è Babylone, Anno mundi 3435. ſedit annis 29.
II. Ioachimus vel Iacimus, annis 48.
III. Eliaſibus, annis 20.
IV. Iojada, annis 23.
V. Iohannes vel Ionathan, vel Iothamus, annis 24.
VI. Iaddus vel Iaddua, annis 10.
VII. Onias 1. cognomento Priſcus, annis 27.
VIII. Simon 1. cognomento Juſtus, annis 13.
IX. Eleazarus, annis 20.
X. Manaſſes, annis 27. Ioſephus lib. 11. τῆς ἀρχαιολ. ultimo.
XI. Onias 2.
XII. Simon 2. juſtus, annis 28.
XIII. Onias 3. annis 39.
XIV. Ieſus vel Iaſon.
XV. Onias vel Menelaus.
XVI. Iacimus vel Alcimus, annis 4.

Mortuo Alcimo ſeptennium abijt, quo nullus fuit Pontifex. Itaque ad Aſmona-

Digitized by Google

monæam familiam pontificatus tandem per Syriæ reges translatus eſt: quæ non contenta pontificia dignitate, etiam regiam poteſtatem invaſit. Prodierunt autem ex ea pontifices octo, reges verò quinque. Poſt Aſmonæos iterum ſucceſſerunt Pontifices, hoc ordine:

XXIV. Analus.
XXV. Jeſus.
XXVI. Simon, cognomento Cantharas.
XXVII. Joazarus.
XXVIII. Eleazarus.
XXIX. Matthias.
XXX. Jeſus.
XXXI. Caiphas, ad quem Chriſtus adductus eſt in paſſione. Quòd autem in hiſtoria paſſionis Chriſti etiam Annas nominatur Pontifex, ſic habet: Verè tunc Pontifex ſummus erat Caiphas, Annas verò pontificius, reliqui principes claſſium ſacerdotalium. Diſtincti enim fuerunt gradus, ut unus eſſet ſummus pontifex, alij principes ſacerdotum, vel de

Digitized by Google

genere pontificio, Actor. 4. David ſacerdotes diſtinxit in claſſes 24. qui his præerant, ἀρχιερεῖς pontifices nominabantur. Ex quo etiam Sceva quidam pontifex appellatur, Actor. 19. cuius tamen nomen in pontificum catalogo nuſquam reperitur. Series ducum:

I. Zorobabel dux Iudæorum annis 74.
II. Moſella, vel Rieſa, annis 66.
III. Johanna, annis 53.
IV. Iudas, cognomento Hircanus, annis 14.
V. Ioſephus primus, annis 7.
VI. Semeis, vel Abner, annis 11.
VII. Matathias, vel Eli, annis 12.
VIII. Maatus, vel Aſar, annis 9.
IX. Nanges, vel Nagid Artaxat, annis 10.
XI. Eslius, vel Agai Hellus, ann. 8.
XI. Naumus, vel Maſtot, annis 7.
XII. Amoſius Siraclus, annis 14.
XIII. Matathias Siloa, annis 10.
XIV. Ioſephus Arſes, annis 60.
XV. Iohannes Hircanus, à quo ad Aſmonæos

monæos, qui ſunt Maccabæi, translatus eſt principatus. In hoc deſiit ſceptrum domus Davidis, uſq; ad Chriſtum.

Aſmonæi familia à Simeone Aſmonæi filio orta, ſecundum Ioſephum, principatum tenuit in Sacerdotio & regno annos 132.

Ex Aſmonæorum autem familia prodierunt principes hi:

1. *Matathias pater, ann.1.* 2. *Iudas, ann.6.* 3. *Ionathas, an.18.* 4. *Simon, ann. 8.* 5. *Hircanus Priſcus, annis 31.*

Ex eodem reges orti ſunt, hoc ordine:

I. *Ariſtobulus, anno 1. Spreto pontificatu regem ſe fecit.*

II. *Iamneus Alexander, an. 26.*

III. *Alexandra, eius uxor, an. 9.*

IV. *Hyrcanus vivente matre regnum invaſit.*

V. *Ariſtobulus an. 3. hic captus à Pompeio, Romam miſſus eſt, ann. 3909. eſtq; hoc modo Iudæa Romanis ſubiecta & tributaria facta.*

Gubernatio Iudææ per duces & ſummos ſacerdotes, quæ eſt quarta Imperij forma in hoc po-

Fuit autem aliquandiu tranquillitas mediocris in Iudæa, dum regebatur à ducibus & ſummis Sacerdotibus. Sed ſcandalis multis tamen Eccleſia eſt deformata. Nam & de ſummo Sacerdotio

Digitized by Google

pŭlo, & vocatur poteſtas Pontificum. Ac Duces quidem ex tribu Iudæ, Pontifices verò ex Levitica creabantur.

tio certamina fuerunt, & Sabbatum populus profanavit, nec Levitis debitas mercedes ſolvit, tum ethnicas etiam uxores contra legem DEI duxit. Quamobrem ex ira DEi juſta venit tandem Hieroſolymam Perſicus præſes Vagoſes, & templum ſpoliavit. Poſtea Ochus rex Perſarum VIII. annuis penſionibꝰ templum privavit, tributum indixit, aliaq́ crudeliter egit in Iudaea, familijs quibuſdam procul in Hyrcaniam ad Caſpium mare abductis.

Anno mundi 3640. Alexander Magnus Hieroſolymam iratus venit, ſed placatus ab Iaddo ſacerdote ſummo, qui ei cum veſte pontificia, & choro ſacerdotum, ſeniorumq́ obviam proceſſit, & pacem petivit. Templum igitur ingreſſus eſt Alexander ſumma cum reverentia, & ſacrificia Deo Iſraëlis obtulit, à quo ſe adiutum eſſe in tot prælijs atq́ victorijs fatebatur. Iccircò quia ſpeciē numinis viderat dormiens, ſimilem Iaddo ſacerdoti, quæ ad bellū Perſis inferendū adhortata erat, & dextram tanquam ductri-

ductricem porrexerat. Quare Alexandri adventu recreati ſunt Judæi, αὐτονομίαν ſuam receperunt, pacem recuperarũt, & à tributorũ penſione liberati ſunt.

Anno mundi 3798: dominante in Syria Antiocho Epiphane, graviter afflicti ſunt Judæi. Vix enim hoc Antiocho Sol quicquam vidit indignius & crudelius. Ingreſſus eſt Hieroſolymam cum exercitu, ſpoliavit templum, diripuit urbem, & magnam hominum multitudinem trucidavit. Tum idolum Jovis Olympij in templo ſancto collocavit, & ſacrificare illi juſſit Judæos. Acceſſit etiam Sacerdotum nefaria ambitio & avaritia. Nam Jaſon cum virtute non poſſet emergere, 590. talẽtis, hoc eſt, 442500 Ioachimicis ſacerdotium ſummum ab Epiphane emit, advenientemq́ furiam illam magnificè in urbem recepit. Ludos item & mores ethnicos in urbem Hieroſolymam primus importavit. Poſt annos tres, Jaſone excuſſo, ſacerdotium ſummum conſecutus eſt precio multò maiore Menelaus vel Onias, cuius ductu

Ieruſalem capta & direpta bis ab Epiphane. Antiochus, id eſt, adverſarius. Epiphanes, id eſt, nobilis, κατ' ἀντονομασίαν, dictus eſt Epimanes, id eſt, furioſus. 2. Macca. 4.

in ſanctiſsimam templi partem ingreſſus Epiphanes, vaſa ſancta eripuit, & in Syriam aſportavit, unà cũ talentis 1800. hoc eſt, 1350000. Ioachimicis. Tum hominum multitudinem ingentem trucidavit, & promiſcuè in omnem ætatem & ſexum ſævijt, ut tridui ſpacio circiter 80000. homines in urbe ceciderint, & aliquot millia abducta ſint, & vendita. Ita quæſtui haberi cœpit religio, & venalia fuerunt ſacra Hieroſolymis.

Res geſtæ Maccabæorum.

Anno mundi 3806. Matathias Sacerdos, homo privatus, pia & iuſta arma induit contra Antiochi Epiphanis duces, & filios etiam ſuos ad defendendum Eccleſiæ reliquias hortatꝰ eſt. Mox igitur ſequente anno filius eius Iudas Maccabæus, qui animi magnitudine cæteros anteibat, dux Iudæorum factus, exercitum Epiphanis profligavit, templum repurgavit, encœnia celebravit. Huic ſucceſsit frater Ionathas, Ionathæ Simon, Simoni Hyrcanus, qui omnes in id enixè operam dederunt, ut ex Iudæa peregrinas gentes & idola eijcerent, & qui-

Maccabæus id eſt, Domine quis ſimilis tibi in Dijs? Exod. 15. Hæc enim verba non ſolùm in animo & ore habuit, ſed etiam in vexillo pinxit. Encœnia renovalia, Kirchweih. Sectæ in po-

quidem varia fortuna præliati ſunt.

Sub Iohanne Hyrcano ortæ ſunt ſectæ in populo Iudaico, ut ſcribit Ioſephus lib. 13. cap. 8. Antiquit. Iudaic. Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſæorum. pulo Iudaico circa annum mundi 3830.

Phariſæi dicti ſunt enarratores, à Paras, quod eſt interpretatꝰ eſt, ſive expoſuit, ut ſit Phariſæus idem quod Doctor ſeu Profeſſor. Voluerunt enim eſſe Doctores Theologiæ, ſive interpretes ſcripturæ ſacræ. Profeßi quidem ſunt Moſen & prophetas: ſed verum ſenſum Propheticum corruperunt. Meßiam enim finxerunt fore politicum Regem. Legem dixerunt flagitare tantùm externam diſciplinam, ac per obœdientiam eius poſſe hominem mereri vitam æternam. Traditionibus, ieiunijs, lotionibus, & id genus alijs ſeſe onerarunt, eaq; onera obœdientiæ illi, quam lex DEI exigit, antetulerunt. De quorum ordine, legibus, ceremonijs, moribus, profeßione, peregrinatione, rerum communione, ſpecie religionis & ſanctitatis ſcribit Ioſephus lib. 2. cap. 12. capti. Iudaicæ. Phariſæi.

Sadducæi. *Sadducæi ex iuſticia appellati ſunt, à voce Zaddik, id eſt, juſtus. Quia non interpretes, ut Phariſæi, ſed factores legis videri volebant. Reÿciebant Prophetas omnes, præter Moſen. Meßiam ſomniabant politicum regnum eſſe incoaturum, animas hominum unà cum corporibus interire fingebant, corporum reſurrectionem penitus negabant.*

Eſſæi. *Eſſæi, id eſt, Operarÿ, fugere volebant profanam Sadducæorum licentiam, & hiſtrionicam Phariſæorum ſimulationem. Ideoq; totos ſe in ſolitudine in laboribus collocârunt. Libros legis accuratè legerunt, honeſtè vixerunt, ſedulò orârunt, & ne libidine aliqua aut cupiditate incenderentur, opus fecerunt ſedulò, & medicinæ ſtuduerunt. Habitârunt in hortis balſami ad arcem Engedi, item ad Jordanem, & Jerichuntem, ubi balſamum nobile ſtillavit, & roſæ fragrantes, aliæq; plantæ & flores ſalubres nati ſunt. Jn horum diſciplina S. Johannes Baptiſta educatus eſſe creditur.*

Epipha-

Digitized by Google

Epiphanius ſcribit, ſeptem fuiſſe hæreſes apud Iudæos: quod deplorandum ſanè eſt, adeò laceratam, & in tot ſectas diſcerptam fuiſſe religionem. Ordines verò duo præcipui in hiſtoria Evangelica commemorantur: Vnus & primarius τῶν ἀρχιερέων, ſummorum ſacerdotum ſive pontificum fuit. Alter inferior τῶν γραμματέων, Scribarum. Fuerunt autem Scribæ, νομικοὶ καὶ νομοδιδάσκαλοι, legis periti, vel magiſtri Scripturæ ſanctæ, hoc eſt, profeſſores traditionum humanarum, ſimiles Canoniſtis in eccleſia Romana. Fuit quoq; Senatus ſummus in populo Iudaico à Moſe juſſu Dei conſtitutus, qui à viris 71. ex omnibus tribubus, ſacerdotibus, Levitis & aliis ordinibus delectis, ætate & ſapientia antecellentibus gubernatus eſt, qui ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, principes populi, πρεσβύτεροι appellati ſunt: Conſilium verò ipſum πρεσβυτέριον, hoc eſt, Senatus, & Sanhedrin, quod eſt, συνέδριον, voce depravata, id eſt, conſeſſus ſeniorum, vel parlamentum Iuda-

Summi Sacerdotes.

Scribæ.

Senatus ſummus.

daeorum. Duravit annis 1500. uſq; ad Herodem, qui occiſis ijs qui de familia Davidis erant, in eorum locum Proſelytos ſubſtituit, qui ex gentibus ad populum Iſraëlis aggregati, iuxta leges divinas vivebant, autore Philone. Fuerunt enim tres gradus membrorum Eccleſiæ, etiam Chriſti tempore, Iſraëlitæ, Proſelyti, & viri religioſi.

Proſelytus Latinè acceſſorius. Einkömmling/Jüden genoſſe.

Anno mundi 3856. Aegypti rex Ptolemaeus Lathurus, qui & Soter, & Phyſcon fuit nominatus, immanem ſævitiam in Iudæos exercuit. Occidit 30000. homines, populatus eſt villas, trucidavit mulieres & infantes, trucidatosq; in fruſta deſſecuit, elixari & coqui iuſſit, ac veſci Iudæos coëgit.

Lathurus, id eſt, clam reverſus. Soter, id eſt, Servator, Phyſcō, die groſſe dicke wurſt.

Anno mundi 3898. Ariſtobulus ſacerdos ſummus, ſpreto ſacerdotis nomine, regem ſe primus nominavit Iſraëlis, poſt captivitatem Babylonicam. Fuit crudelis & nefarius. Regnavit anno uno. Ab hoc propagatum eſt regium diadema ad alios etiam in hoc populo.

Ariſtobulus, id eſt, optimus conſiliarius.

Anno mundi 3909. obſeſſa & expugna-

pugnata eſt Hieroſolyma à Pompeio, quem Ariſtobulus rex Iudaeæ contra fratrem ſuum Hyrcanum in Iudæam multis muneribus invitatum attraxerat. Ingreſſus eſt tunc Pompeius in ſanctum ſanctorum, & Hyrcano ſacerdotium ſummum attribuit, Ariſtobulum verò vinctum Romam miſit. Hoc modo Iudæi amiſſa libertate, Romanis parere coacti ſunt. Pompeius.

Anno mundi 3915. cùm miſerè turbata eſſet Iudæa ab Alexandro, Ariſtobuli filio, qui Roma ex captivitate profugerat, miſſus eſt in Syriam Aulus Gabinius, ad pacandum Iudæam. Fuit ergò is primus Syriæ præſes ſive Proconſul, cui ſucceſſerunt ordine alij, Craſſus, Caſſius, Bibulus. Præſides primi Syriæ Landvögte oder Oberheuptmänner.

Anno mundi 3919. iterum direptum fuit templum Hieroſolymitanum à Craſſo Romanorum imperatore, qui theſauros eius omnes, quos Pompeius intactos reliquerat, abſtulit, nempe myriadem hoc eſt, 10000. talenta, quæ faciunt 60. auri tonnas. Ideo non multò Craſſus.

poſt

pòſt huius ſacrilegij pœnas DEO iuſtas exſolvit, dum à Parthis cæſus eſt, qui caput ei amputârunt, & aurum liquefactum in os infuderunt, ut auro, quod ſitiverat, ſatiaretur, autore Dione.

Antipater.

Anno mundi 3925. Antipater à Iulio Cæſare præfectus eſt Judææ, velut tutor & procurator. Cumq́; paulò ante muros urbis Hieroſolymæ demolitus eſſet Pompeius, conceſſit Julius Hyrcano pontifici, ut eos repararet. Tum αὐτονομίαν Judæis, hoc eſt, poteſtatem vivendi ſuis legibus reſtituit, Joſephus Antiquit. lib. 14. cap. 17.

αὐτονομία conceſſa Iudæis à Iulio.

Antipatri Idumæi filius.

Anno mundi 3932. Herodes Romam profugiens, expoſito miſerabili ſtatu Judææ, rex Judæorum creatus, & coronatus eſt. Inde recuperata Galilæa & Judæa, regnare Hieroſolymis cœpit, & ſceptrum à Juda abſtulit. Deinceps igitur à peregrinis regibus & ethnicis Judæa fuit gubernata. Herodes enim non ex Judæis, ſed ex Edomitis natus erat. Fuit autem Herodes rex ſapiens, felix, & integer. Graſſantem in Judæa famem

Sceptrum à Iuda ablatum.

Herodes.

Digitized by Google

mem ſua benignitate ſublevavit. Templum Hieroſolymitanum magnificentiſſimè exornavit, & ſolennitate maxima dedicavit. Sævitiam tamen magnam exercuit tàm in ſuos, quàm in Iudæos.

Eſt autem Iudæa in provinciæ formam redacta à Pompeio, conſule Cicerone. Regium verò titulum conſecutus eſt Herodes ab Antonio & Auguſto, ob navatam in bello contra Pompeium fidem, & operam: ea tamen conditione, ut Auguſtum imperatorem agnoſceret ſuperiorem dominum, nec ſine eo quicquam ſtatueret de ſumma rerum. Vnde factum eſt, ut in orbis deſcriptione Auguſtus à Iudæis æquè penſionem unius didrachmi exegerit, atque à Syris.

Iudæa in provinciæ formam redacta.

Fit mentio Herodum trium in hiſtoria novi Teſtamen :

Tres Herodes.

Aſcolonita necat pueros, Antipa Iohannem :
Agrippa Iacobũ, tenet hic in carcere Petrum.

Aſcalonita dicitur hic Herodes primus & magnus, ab Aſcalone, Philiſtinorum urbe, Antipatri Idumæi filius, qui 37. annis regnavit Hieroſolymis. De Antipa, & Agrippa, quære in millenario quinto.

Anno

Anno mundi 3969. miſſus eſt angelus Gabriel ad Zachariam Sacerdotem, qui habitavit Hieroſolymis, in altera urbis parte, ut nunciaret ei Iohannis Baptiſtæ nativitatem.

Ioan. Baptiſta.

Et poſt menſes ſex anni ſequentis, qui eſt 3970. à condito mundo, idem Angelus eſt miſſus ad Mariam virginem, quæ habitavit in oppido Nazareth, 16. milliaribus ab urbe Hieroſolyma, & nunciavit ei decretum de conceptione & incarnatione Meſsiæ in utero illius. Sic ergò conceptus eſt Meſsias in beatiſsimæ virginis utero, obumbrante & operante Spiritu ſancto, 25. die menſis Martij. Natus verò eſt eodem anno in Bethlehem, milliari uno & dimidio ab urbe Hieroſolyma, die 25. menſis Decembris, victo iam, pacatoq́ terrarum orbe, & tertium ab Auguſto Iani templo clauſo, nempe initio Monarchiæ quartæ, anno imperij Auguſti 42. cenſum in Syria agente, vel cenſum à Syris, & Iudæis exigente Publio Sulpitio Quirino, quem Lucas & Ioſephus Cyrenium, Tacitus verò

Nativitas Chriſti.

verò Quirinum vocat. Ioſeph. antiquit. lib. 18. cap. 1. & 3.

Hebræi eorumque Rabini numerant à mundi initio uſq; ad Chriſtum annos 3759. Euſebius 5199. Philippus 3963. Lutherus 3960. Alphonſus 6984. Gilbertus 4090. Pantaleon, Krantzemius, Bucholzerus 3970. Iulius Scaliger 4712. Idem ait interceſſiſſe quinque paſchata ab initio prædicationis Chriſti uſque ad eius mortem.

Infantia Chriſti.

Anno mundi 3971. die primo Ianuarij circumciſus eſt puer Ieſus. Anno ſecundo ætatis eius venerunt Magi ab Oriente, hoc eſt, ex Perſiæ urbe Suſa ducentis, triginta, & amplius milliaribus, & adorârunt natum Meſſiam, oblatis muneribus. Quadrageſimo die adductus puer eſt in templum Hieroſolymitanum. Et paulò pòſt Ioſephus cum Maria & infante reverſus in patriam Nazaretham, & ab angelo admonitus profugit Hermopolim in Aegyptum, anno ſcilicet ætatis Ieſu ſecundo, ut ait Epiphanius. Inde revocatus ab angelo, regnante in Judæa Archelao, Herodis filio, Nazaretham redijt, milliaribus amplius 92. Poſtea anno ætatis ſuæ 12. in Paſcha-

V te

Digitized by Google

te venit Chriſtus in templum, audivit doctores, cum admiratione omnium reſpondit, & ſapientiam ſuam divinam declaravit.

Anno mundi 3999. Imperij verò Tiberij 15. Præſide Iudææ Pontio Pilato, Roma miſſo, ſummo Pontifice Caipha, juſſu divino cœpit Iohannes prædicare, & baptiſare in deſerto, factus præco primus IESV Chriſti in novo Teſtamento. Erat autem tunc, poſt mortem ſcilicet Herodis, hoc modo diviſum eius regnum per Auguſtum Cæſarem. Primus Herodis filius Archelaus factus eſt Ethnarcha, hoc eſt, gubernator dimidiæ partis regni. Secundus Philippus Tetrarcha factus eſt in Trachonitide, Batanæa & Ituræa. Tertius Herodes Antipas, factus eſt Tetrarcha in Iudæa & Galilæa. Pilatus autem Romanorum præfectus ſedem habuit Cæſareæ Stratonis, quæ in littore maris ſita fuit.

Miniſterium Iohannis.

Diviſio regni Herodis Luc. 3.

Pilatus ſextus præſes Iudæorum.

RATIO

2.

RATIO NVMERATIONIS ANNORVM A CONDITO mundo ad nativitatem & mortem CHRISTI, ex vaticinio Danielis 9. capit.

PRimùm ponit Daniel hebdomades ſeptuaginta, quæ ſint futuræ ab inſtauratione templi & politiæ Iudaicæ uſque ad mortem Meſſiæ, per quam lex implenda erat, & totum redemtionis opus conſummandum. Et quidem disertè terminos hebdomadum conſtituit. Nam terminus à quo, eſt exitus ſermonis, terminus verò ad quem, mors CHRISTI.

Secundò, diſtinguit hebdomadas ſeptuaginta, velut totum in partes, nempe in hebdomadas ſeptem, in hebdomadas ſexaginta duas, & in hebdomadam unam.

Tertiò, deſcribit fatalem periodum politiæ Moſaicæ, quæ Meſſiæ mortem conſecuta eſt.

DE TERMINO A QVO ſive initio ſeptuaginta hebdomadum.

V a Initi-

INitium ſeptuaginta hebdomadum eſt faciendum ab exitu ſermonis, ut iterum habitaretur & ædificaretur Ieruſalem. Hic exitus ſermonis non eſt alius, quàm edictum Artaxerxis Longimani quo tribuebatur Iudæis plena, & minimè impedita, ſicut antè, poteſtas reparandi templum, & politiam Iudaicam, cum videlicet Eſdras cum magna populi Iudaici multitudine, & poſt eum Nehemias Hieroſolymam venit, & totum opus ædificationis abſolutum eſt. Eſt autem promulgatum illud edictum anno mundi 3514. Anno regni Artaxerxis. 7. Hoc enim anno demum plena, integra, & ut ita dicam, finalis liberatio, & migratio ex Babylonica captivitate facta eſt.

Finis verò, ſeu terminus ad quem 70. hebdomadum, eſt mors Chriſti. Per hanc enim ſolam expiatum eſt peccatum, reſtituta juſticia, & confirmatum Teſtamentum novum, nempe in ſangvine ipſius, ut verba inſtitutionis teſtamenti Chriſti habent. Oportet igitur numerare ab an-

ab anno mundi 3514. ſeptuaginta hebdomadas, hoc eſt, 490. annos. Vna enim ſeptimana ſeptem annos continet. Ergo 70. hebdomades 490. annos efficiunt. Iam hos 490. annos adde 3514. annis, & proveniet numerus annorum mundi uſque ad Chriſti mortem 4004. Hoc anno cùm mortuus ſit Meſſias, certum eſt, eũ anno mundi 3970. eſſe natum.

DE DIVISIONE SEptuaginta hebdomadum.

PRimæ ſeptem hebdomades ſunt anni 49. ſequentes hebdomades 62. efficiunt annos 434. Ita hebdomades fiunt 69. anni verò 483. qui adiecti annis 3514. quando ſermo exÿt, complent annos 3997. Reliqua eſt hebdomas una, nempe ultima & ſeptuageſima, in cuius medio Meſſias cœpit teſtamentum ſeu fœdus novum ſancire, docendo Evangelium, & edendo miracula. In fine autem ſive exitu eius morte ſua idipſum confirmavit, nempe ætatis ſuæ anno 34. Hæc itaq; hebdomas addita annis ſuperioribus, abſolvit numerum annorum qua-

daeorum. Duravit annis 1500. uſq; ad Herodem, qui occiſis ijs qui de familia Davidis erant, in eorum locum Proſelytos ſubſtituit, qui ex gentibus ad populum Iſraelis aggregati, iuxta leges divinas vivebant, autore Philone. Fuerunt enim tres gradus membrorum Eccleſiæ, etiam Chriſti tempore, Iſraelitæ, Proſelyti, & viri religioſi.

Proſelytus Latinè acceſſorius. Einkömmling/Jüden genoſſe.

Anno mundi 3856. Aegypti rex Ptolemæus Lathurus, qui & Soter, & Phyſcon fuit nominatus, immanem ſævitiam in Iudæos exercuit. Occidit 30000. homines, populatus eſt villas, trucidavit mulieres & infantes, trucidatosq; in fruſta deſſecuit, elixari & coqui iuſsit, ac veſci Iudæos coëgit.

Lathurus, id eſt, clam reverſus. Soter, id eſt, Servator, Phyſcō, die groſſe dicke wurſt.

Anno mundi 3898. Ariſtobulus ſacerdos ſummus, ſpreto ſacerdotis nomine, regem ſe primus nominavit Iſraelis post captivitatem Babylonicam. Fuit crudelis & nefarius. Regnavit anno uno. Ab hoc propagatum eſt regium diadema ad alios etiam in hoc populo.

Ariſtobul9, id eſt, optimus conſiliarius.

Anno mundi 3909. obſeſſa & expugna-

pugnata eſt Hieroſolyma à Pompeio, quem Ariſtobulus rex Iudææ contra fratrem ſuum Hyrcanum in Iudæam multis muneribus invitatum attraxerat. Ingreſſus eſt tunc Pompeius in ſanctum ſanctorum, & Hyrcano ſacerdotium ſummum attribuit, Ariſtobulum verò vinctum Romam miſit. Hoc modo Iudæi amiſſa libertate, Romanis parere coacti ſunt. Pompeius.

Anno mundi 3915. cùm miſerè turbata eſſet Iudæa ab Alexandro, Ariſtobuli filio, qui Roma ex captivitate profugerat, miſſus eſt in Syriam Aulus Gabinius, ad pacandum Iudæam. Fuit ergò is primus Syriæ præſes ſive Proconſul, cui ſucceſſerunt ordine alij, Craſſus, Caſſius, Bibulus. Præſides primi Syriæ Landvögte oder Oberheuptmänner.

Anno mundi 3919. iterum direptum fuit templum Hieroſolymitanum à Craſſo Romanorum imperatore, qui theſauros eius omnes, quos Pompeius intactos reliquerat, abſtulit, nempe myriadem hoc eſt, 10000. talenta, quæ faciunt 60. auri tonnas. Ideo non multò Craſſus.

poſt

mem ſua benignitate ſublevavit. Templum Hieroſolymitanum magnificentiſſimè exornavit, & ſolennitate maxima dedicavit. Sævitiam tamen magnam exercuit tàm in ſuos, quàm in Iudæos.

Eſt autem Iudæa in provinciæ formam redacta à Pompeio, conſule Cicerone. Regium verò titulum conſecutus eſt Herodes ab Antonio & Auguſto, ob navatam in bello contra Pompeium fidem, & operam: ea tamen conditione, ut Auguſtum imperatorem agnoſceret ſuperiorem dominum, nec ſine eo quicquam ſtatueret de ſumma rerum. Vnde factum eſt, ut in orbis deſcriptione Auguſtus à Iudæis æquè penſionem unius didrachmi exegerit, atque à Syris. Iudæa in provinciæ formam redacta.

Fit mentio Herodam trium in hiſtoria novi Teſtamen : Tres Herodes.

Aſcolonita necat pueros, Antipa Iohannem:
Agrippa Iacobũ, tenet hic in carcere Petrum.

Aſcalonita dicitur hic Herodes primus & magnus, ab Aſcalone, Philiſtinorum urbe, Antipatri Idumæi filius, qui 37. annis regitavit Hieroſolymis. De Antipa, & Agrippa, quære in millenario quinto.

Anno

Digitized by Google

Anno mundi 3969. miſſus eſt angelus Gabriel ad Zachariam Sacerdotem, qui habitavit Hieroſolymis, in altera urbis parte, ut nunciaret ei Iohannis Baptiſtæ nativitatem.

Ioan. Baptiſta.

Et poſt menſes ſex anni ſequentis, qui eſt 3970. à condito mundo, idem Angelus eſt miſſus ad Mariam virginem, quæ habitavit in oppido Nazareth, 16. milliaribus ab urbe Hieroſolyma, & nunciavit ei decretum de conceptione & incarnatione Meſſiæ in utero illius. Sic ergò conceptus eſt Meſſias in beatiſſimæ virginis utero, obumbrante & operante Spiritu ſancto, 25. die menſis Martij. Natus verò eſt eodem anno in Bethlehem, milliari uno & dimidio ab urbe Hieroſolymæ, die 25. menſis Decembris, victo iam, pacatoq́ue terrarum orbe, & tertium ab Auguſto Iani templo clauſo, nempe initio Monarchiæ quartæ, anno imperij Auguſti 42. cenſum in Syria agente, vel cenſum à Syris, & Iudæis exigente Publio Sulpitio Quirino, quem Lucas & Ioſephus Cyrenium, Tacitus verò

Nativitas Chriſti.

Digitized by Google

verò Quirinum vocat. Ioſeph. antiquit. lib. 18. cap. 1. & 3.

Hebræi eorumque Rabini numerant à mundi initio uſq; ad Chriſtum annos 3759. Euſebius 5199. Philippus 3963. Lutherus 3960. Alphonſus 6984. Gilbertus 4090. Pantaleon, Krantzemius, Bucholzerus 3970. Iulius Scaliger 4712. Idem ait intercesſiſſe quinque paſchata ab initio prædicationis Chriſti uſque ad eius mortem.

Anno mundi 3971. die primo Ianuarij circumciſus eſt puer Ieſus. Anno ſecundo ætatis eius venerunt Magi ab Oriente, hoc eſt, ex Perſiæ urbe Suſa ducentis, triginta, & amplius milliaribus, & adorârunt natum Meſſiam, oblatis muneribus. Quadrageſimo die adductus puer eſt in templum Hieroſolymitanum. Et paulò pòſt Ioſephus cum Maria & infante reverſus in patriam Nazaretham, & ab angelo admonitus profugit Hermopolim in Aegyptum, anno ſcilicet ætatis Ieſu ſecundo, ut ait Epiphanius. Inde revocatus ab angelo, regnante in Judæa Archelao, Herodis filio, Nazaretham redijt, milliaribus amplius 92. Poſtea anno ætatis ſuæ 12. in Paſcha- Infantia Chriſti.

Digitized by Google

te venit Chriſtus in templum, audivit doctores, cum admiratione omnium reſpondit, & ſapientiam ſuam divinam declaravit.

Anno mundi 3999. Imperij verò Tiberij 15. Præſide Iudææ Pontio Pilato, Roma miſſo, ſummo Pontifice Caipha, juſſu divino cœpit Iohannes prædicare, & baptiſare in deſerto, factus præco primus IESV Chriſti in novo Teſtamento. Erat autem tunc, poſt mortem ſcilicet Herodis, hoc modo diviſum eius regnum per Auguſtum Cæſarem. Primus Herodis filius Archelaus factus eſt Ethnarcha, hoc eſt, gubernator dimidiæ partis regni. Secundus Philippus Tetrarcha factus eſt in Trachonitide, Batanæa & Ituræa. Tertius Herodes Antipas, factus eſt Tetrarcha in Iudæa & Galilæa. Pilatus autem Romanorum præfectus ſedem habuit Cæſareæ Stratonis, quæ in littore maris ſita fuit.

Miniſterium Iohannis.

Diviſio regni Herodis Luc. 3.

Pilatus ſextus præſes Iudæorum.

RATIO

2.

RATIO NVMERATIONIS ANNORVM A CONDITO mundo ad nativitatem & mortem CHRISTI, ex vaticinio Danielis 9. capit.

PRimùm ponit Daniel hebdomades ſeptuaginta, quæ ſint futuræ ab inſtauratione templi & politiæ Iudaicæ uſque ad mortem Meßiæ, per quam lex implenda erat, & totum redemtionis opus conſummandum. Et quidem diſertè terminos hebdomadum conſtituit. Nam terminus à quo, eſt exitus ſermonis, terminus verò ad quem, mors CHRISTI.

Secundò, diſtinguit hebdomadas ſeptuaginta, velut totum in partes, nempe in hebdomadas ſeptem, in hebdomadas ſexaginta duas, & in hebdomadam unam.

Tertiò, deſcribit fatalem periodum politiæ Moſaicæ, quæ Meßiæ mortem conſecuta eſt.

DE TERMINO A QVO ſive initio ſeptuaginta hebdomadum.

V 2 *Initi-*

Digitized by Google

INitium ſeptuaginta hebdomadum eſt faciendum ab exitu ſermonis, ut iterum habitaretur & ædificaretur Ieruſalem. Hic exitus ſermonis non eſt alius, quàm edictum Artaxerxis Longimani quo tribuebatur Iudæis plena, & minimè impedita, ſicut antè, poteſtas reparandi templum, & politiam Iudaicam, cum videlicet Eſdras cum magna populi Iudaici multitudine, & poſt eum Nehemias Hieroſolymam venit, & totum opus ædificationis abſolutum eſt. Eſt autem promulgatum illud edictum anno mundi 3514. Anno regni Artaxerxis. 7. Hoc enim anno demum plena, integra, & ut ita dicam, finalis liberatio, & migratio ex Babylonica captivitate facta eſt.

Finis verò, ſeu terminus ad quem 70. hebdomadum, eſt mors Chriſti. Per hanc enim ſolam expiatum eſt peccatum, reſtituta juſticia, & confirmatum Teſtamentum novum, nempe in ſangvine ipſius, ut verba inſtitutionis teſtamenti Chriſti habent. Oportet igitur numerare ab an-

ab anno mundi 3514. ſeptuaginta hebdomadas, hoc eſt, 490. annos. Vna enim ſeptimana ſeptem annos continet. Ergo 70. hebdomades 490. annos efficiunt. Iam hos 490. annos adde 3514. annis, & proveniet numerus annorum mundi uſque ad Chriſti mortem 4004. Hoc anno cùm mortuus ſit Meſſias, certum eſt, eũ anno mundi 3970. eſſe natum.

DE DIVISIONE SEptuaginta hebdomadum.

PRimæ ſeptem hebdomades ſunt anni 49. ſequentes hebdomades 62. efficiunt annos 434. Ita hebdomades fiunt 69. anni verò 483. qui adiecti annis 3514. quando ſermo exÿt, complent annos 3997. Reliqua eſt hebdomas una, nempe ultima & ſeptuageſima, in cuius medio Meſſias cœpit teſtamentum ſeu fœdus novum ſancire, docendo Evangelium, & edendo miracula. In fine autem ſive exitu eius morte ſua idipſum confirmavit, nempe ætatis ſuæ anno 34. Hæc itaq; hebdomas addita annis ſuperioribus, abſolvit numerum annorum qua-

dringentorum nonaginta, quem hebdomades ſeptuaginta ſignificant.

Fatalis autem politiæ Iudaicæ periodus per abominationem deſolationis, id eſt, abominandam deſolationem, hebraico more, notatur, quæ Chriſti mortem excepit, quando confuſionibus opinionum & cultuum, tumultibus, cædibus, & alijs horrendis malis, omnia in hoc populo plena fuerunt, donec univerſale excidium conſecutum eſt.

ACTA QVARTI MILLENARII IN MONARCHIIS ET POLITIIS.

I. STATVS MONARCHIARVM IN QVARTO millenario.

INitio quarti millenarij floruit & adhuc dominata eſt Monarchia Aſſyriorum ſive Chaldæorum & Babyloniorum. Reges in ea fuerunt potentiſſimi, quorum res geſtæ non ſunt mandatæ literis, hoc ordine:

Nimro-

Nimrodus.
Belus.
Ninus.
Semiramis.
Ninyas.
Arius.
Aralius.
Baleus I.
Armatrites.
Belochus I.
Baleus II.
Soſares.
Lampares.
Pannias.
Soſarmus.
Mitreus.
Tautanes.
Teuteus.
Tymeus.
Dercilus.
Altadas.
Mamitus.
Mancaleus.
Spherus.
Mamelus.
Sparetus.
Aſcatades.
Amyntas.
Belochus II.
Bellopares.
Lamprides.
Eupales.
Laoſthenes.
Pirithidias.
Ophrateus.
Ophraganeus.
Aſcrazapes.
Tonoſconcolerus, quem Græci Sardanapalum dicunt.

Hic Sardanapalus anno mundi 3129. rex Aſſyriorum & Monarcha mundi factus eſt, homo mollis, effœminatus, impudicus, & totus ocio ac voluptate

Sardanapalus princeps vel judex omnia deſtruens.

 diſſlu-

diffluens, qui faciem more meretricis fuco pinxit, inter pellices ſedit & ſtolam muliebrem induit. Hic cùm cura gubernationis nulla planè afficeretur, nec ulli copiam ſui conveniendi faceret, in odium offenſionemq́ omnium incurrit. Inventus eſt itaq; tandem Medorum præfectus Arbaces ſive Arbactus, qui aditum ad eum vix magno negocio, vel dono potius dato, impetravit. Intromiſſus in gynæceo reperit illum habitu & opere muliebri implicatum. Ex quo iuſta ira exarſit, & mox cum Beleſo vel Phulbelocho Babyloniorum duce inita ſocietate bellum Sardanapalo intulit. In quo primùm victus Beleſus, mox pugnam inſtauravit, & denuò profligatus eſt. Sed nec tertio prælio ſuperatus & caſtris exutus deſiſtere voluit. Iccircò tandem aggreſſus Sardanapali exercitum ſomno & vino gravatum fudit, regemq́ Sardanapalum in urbem Nini confugientem inſecutus eſt, & obſidione cinxit. Etſi autem urbs tanta mœnium altitudine fuit munita, ut expugnari penitus

non

Digitized by Google

non potuerit : tamen poſt biennij obſidionem accreſcens continuis imbribus Euphrates fluvius, partem murorum demolitus eſt. Hinc diffidens & deſperans rebus ſuis Sardanapalus pyram in regia extruxit, in eáq; ſe, regias veſtes, aurum & argentum, uxores atque Eunuchos exuſſit. Idq; factum eſt anno mundi 3148. cum iam ſtetiſſet Monarchia Aſſyriorum à Nimrodo uſq; annos 1360. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 7.

Monarchia bipartita: Belochus vel Beleſus Babyloniam, Arbaces Mediam atque Perſiam obtinet.

Anno mundi 3149. mortuo Sardanapalo Arbaces Medis & Perſis, Phulbelochus autem Chaldæis & Aſſyrijs imperare cœpit, nec propter Sardanapali interitum Monarchia Aſſyriorum eſſe deſijt, ſed manſit eadem imperij forma in ijſdem regnis, mutatis tantùm perſonis.

Series regum Aſſyriæ.

Anno mundi 3180. Phul bellum intulit regi Iſraelitico, Manahem, & vectigalem eum ſibi fecit, 2. Reg. 15.

2. Reg. 15. Tiglat Phul Aſſar.

Anno mundi 3199. Phul Aſſer quem ſcriptura vocat Tiglat Phul Aſſar, Aſſyriorum rex factus Babyloniæ dominatus eſt annos 28. Is partem re-

diffluens, qui faciem more meretricis fuco pinxit, inter pellices ſedit & ſtolam muliebrem induit. Hic cùm cura gubernationis nulla planè afficeretur, nec ulli copiam ſui conveniendi faceret, in odium offenſionemq́ omnium incurrit. Inventus eſt itaq́ tandem Medorum præfectus Arbaces ſive Arbactus, qui aditum ad eum vix magno negocio, vel dono potius dato, impetravit. Intromiſſus in gynæceo reperit illum habitu & opere muliebri implicatum. Ex quo iuſta ira exarſit, & mox cum Beleſo vel Phulbelocho Babyloniorum duce inita ſocietate bellum Sardanapalo intulit. In quo primùm victus Beleſus, mox pugnam inſtauravit, & denuò profligatus eſt. Sed nec tertio prælio ſuperatus & caſtris exutus deſiſtere voluit. Iccircò tandem aggreſſus Sardanapali exercitum ſomno & vino gravatum fudit, regemq́ Sardanapalum in urbem Nini confugientem inſecutus eſt, & obſidione cinxit. Etſi autem urbs tanta mœnium altitudine fuit munita, ut expugnari penitus

non

non potuerit: tamen poſt bienniĳ obſidionem accreſcens continuis imbribus Euphrates fluvius, partem murorum demolitus eſt. Hinc diffidens & deſperans rebus ſuis Sardanapalus pyram in regia extruxit, in eaq́ſ ſe, regias veſtes, aurum & argentum, uxores atque Eunuchos exuſſit. Idq́ſ factum eſt anno mundi 3148. cum iam ſtetiſſet Monarchia Aſſyriorum à Nimrodo uſq́ſ annos 1360. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 7.

Anno mundi 3149. mortuo Sardanapalo Arbaces Medis & Perſis, Phulbelochus autem Chaldæis & Aſſyriĳs imperare cœpit, nec propter Sardanapali interitum Monarchia Aſſyriorum eſſe desĳt, ſed manſit eadem imperiĳ forma in ĳſdem regnis, mutatis tantùm perſonis.

Monarchia bipartita: Belochus vel Beleſus Babyloniam, Arbaces Mediam atque Perſiam obtinet.

Anno mundi 3180. Phul bellum intulit regi Iſraelitico, Manahem, & vectigalem eum ſibi fecit, 2. Reg. 15.

Series regum Aſſyriæ.

Anno mundi 3199. Phul Aſſer quem ſcriptura vocat Tiglat Phul Aſſar, Aſſyriorum rex factus Babyloniæ dominatus eſt annos 28. Is partem re-

2. Reg. 15. Tiglat Phul Aſſar.

gni Iſraëliti vaſtavit, civibus multis in Aſſyriam abductis, 4. Reg. 15. Huic
Salmanaſſar. *ſucceſſit Salmanaſſar vel Nabonaſſar, anno mundi 3224. qui Samariam cepit, & decem tribus Iſraëlis abduxit,*
Sennacherib. *3. Reg. 17. Salmanaſſero Sennacheribus vel Saneribus, anno mundi 3235. Is obſidione cinxit Ieruſalem: angelus verò Domini perdidit exercitum eius. Ipſe domum reverſus à filijs in templo interfectus eſt. Statua ei erecta fuit in templo cum hac inſcriptione:* ἐμέ τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔσω. *Herodot. 2. Sublato ad hunc modum Sennacheribo, regnum in Baby-*
Aſſar Haddon. *lone occupavit Aſſar Haddon, filius Sennacheribi. Anno mundi 3250. Brodach*
Merodachus. *Baladã, qui & Merodachus, & Mardocenpadus appellatur, Monarcha factus eſt, omnemq́; Aſſyriorum potentiam ad Chaldæos tranſtulit. Hic eſt qui legatos ad regem Iudæ Ezechiam miſit, Eſaiæ 39. Merodacho autem ſucceſſit Benme-*
Nabochdonoſor. *rodachus, Benmerodacho Nabochdonoſor maior ſeu ſenior, qui regnavit annos 35. Hunc ſecutus eſt filius Nabochdono-*

donoſor II. cognomento Magnus, anno mundi 3347. Ptolemæo Nebopallaſar dicitur, regnavit annos 44. Is deditione cepit Iudæam, & regem Ioiakim ad dependendum ſtipendium ſive tributum adegit, quod ille antè regi Aegyptio annis octo penſitârat. Cũ autem à Nebucadnezare deficeret Ioiakim, attraxit iterum Babylonios, qui illum duabus catenis vinctum abduxerunt. Sed in itinere mortuus eſt, ſecundùm vaticinium Ieremiæ, cap. 22. Poſtea anno mundi 3363. obſedit Nebucadnezar Ieruſalem, captamq́ incendit, templum evertit, & populum abduxit in Babylonem. Regi verò Zedechiæ oculos effodit, mactatis prius filiis eius, ipſo inſpectante. Nebucadnezari Magno ſucceſſit filius Evilmerodachus, anno mundi 3390. regnavit annos circiter 28. Poſtremus Babylonis rex fuit Balthaſar vel Belſazer, quem Herodotus nominat Labynetum, qui in convivio cum ſatrapis ſuis vino repletus contumelia affecit DEVM Iſraëlis. Itaque noctu inter-

Balthaſar, id eſt, Dominus militiæ.

mi & ingenij, tum morum etiam mirificam ſuavitatẽ complexus eſt: ſed Harpagum ſic ultus eſt, ut filium eius unicum, annos 13. natum mactaret, & ad veſcendum illius carne aſſa pariter & elixa eum invitaret. Peracta cœna interrogavit Aſtyages Harpagum, nunquid lautè vixiſſet? Cui cum annuiſſet Harpagus, reliquias pueri mox afferri Aſtyages, & de ijs ſumere, ſi quid liberet, Harpagum juſſit. At ille conceptum animo dolorem omnem ſic repreſſit, ut nihil perturbari tam crudeli ſpectaculo videretur. Nihil igitur reſpondit aliud, niſi placere ſibi quicquid feciſſet rex. Verùm cùm adoleviſſet Cyrus, hortationibus crebris illum incitavit Harpagus contra avum, quibus etiam perſuaſus Cyrus, bello Aſtyagem perſecutus eſt, vivumq; cepit, & regno exuit. Sic ergo Cyrus rex Medorum factus eſt, anno mundi 3413. Herod. lib. 1. Iuſtinus lib. 1.

Poſtea anno mundi 3425. Crœſum rog. Lydiæ regem vicit, & regno eius titus eſt. Cùm enim Crœſus opibus & poten-

Hiſtoria Crœſi.
Cauſſæ ſuſcepti belli à Crœſo.

potentia ſua nimium confideret, & in libertatem vindicare affinem ſuum Aſtyagem cuperet: Oraculorum ambiguitate deceptus, inſano conatu bellum Cyro fecit, ab eoq́; bis ſuperatus domum rediјt, ineunte vere bellum redintegraturus. Sed inſecutus eſt eum ſumma contentione Cyrus, & Sardibus urbe regia obſeſſum poſt paucos dies cepit, & compedibus vinctum in ſtruem ingentem lignorum impoſuit, ut combureretur. Vbi cùm miſerabiliter clamâſſet Crœſus, O Solon, Solon: Interrogavit Cyrus, quidnam vellet? Reſpondit Crœſus, ſe iam recordari ſapientiſſimæ admonitionis Solonis, ne quis ſe beatum putaret ante vitæ finem. Hac voce commonefactus Cyrus ſe quoque mortalem eſſe, & fortunæ telis propoſitum cogitavit. Ideoq́; Crœſum ex incendio eripi mox juſſit, & in amici numero locoq́; duxit. Herodot. lib. 1.

Mirum eſt, quod in hac hiſtoria narrat Herodotus in Clio de Crœſi filio, qui cùm in multam uſq; ætatem loqui nihil potuiſ-

Digitized by Google

potuiſſet, iamq́ pro muto atque elingui haberetur, poſtquam vidit, capta urbe, patrem gladio ſtricto ab hoſte invadi, diducere os in ſummo angore cœpit, & ingenti nixu impetuq́ ſpiritus linguæ nodum rupit, voce alta exclamans: Miles parce, rex eſt. Mox & hoſtis gladium retraxit, & adoleſcens plana fari deinceps potuit.

Anno mundi 3434. Cyrus cum avunculo ſuo Dario Medo, qui & Gyaxares à Xenophonte nominatur, Babylonem expugnavit, eo ſcilicet tempore, quo rex Belſazer cum ſuis optimatibus feſtos dies celebravit, & grandia convicia vero DEO Iſraëlis fecit. Defecerant autem à Balthaſare ad Cyrum duo principes, Gobrias & Gabatas, vindictæ cupiditate incenſi, quòd Gobriæ filium rex Balthaſar iniuſtè occiderat in venatione. Hi igitur primi urbem & arcem ingreſſi mox regem trucidârunt, Xenophon lib. 7. Κύρου παιδείας. *Per hanc victoriam tranſlata eſt Monarchia Aſſyriorum ad Perſas: & primus Monarcha apud* Babylon capta. Finis Monarchiæ primæ.

apud Perſas factus eſt Cyrus, qui cum Dario Medo regnavit annis duobus, ſecundum Metaſthenem. Suntq́ anni ab initio Monarchiæ uſq; ad hunc finem eius, 1614.

SECVNDA MONARCHIA PERSICA.

Cyri benignitas in Danielem & Iudæos.

ANno mundi 3435. vel certè in fine huius anni mortuꝰ eſt Darioꝰ Medus, is ſcilicet, qui Danielem Prophetam honore auxit, proiectumq́ ob invidiam aulicorum leonibus extraxit, & pro eo adverſarios cum uxoribus & liberis leonibus laniandos & vorandos tradidit, ſicut Daniel. 6. & à Ioſepho lib. 10. cap. 14. antiquit. ſcribitur. Cyrus ergo ab hoc anno regnavit ſolus, & inprimis ampla beneficia captivis Iudæis tribuit. Nam & poteſtatem redeundi in patriam, inſtaurandiq́ templum illis permiſit, & viatico eos inſtruxit, regijs muneribus ædificationem templi adiuvit, & vaſa, quæ Nebucadnezar abſtulerat, heroica munificentia reſtituit, Eſd. 1. cap. Quamobrem

obrem Meſſias, hoc eſt, unctus & electus Domini nominatur ab Eſaia capit. 45. Item ædificator Hieroſolymæ. Factusq́ eſt adeò ex ethnico veri DEI cultor, per Danielis doctrinam, quæ latè in Perſia propagata eſt. Cùm autem Aſiam & Orientem totum in ditionem poteſtatemq́ ſuam redigiſſet: bellum cum Maſſagetis acre ſuſcepit. Ac initia quidem benè ſe dederunt. Nam cùm in hoſtilem terram veniſſet, caſtra, quæ locaverat, deſeruit cum vino & epulis, quaſi rebus ſuis diffidens in fugam ſe daturus eſſet. Mox igitur hoſtis cum tertia parte copiarum inſequens caſtra Cyri diripit, vinoq́ & epulis ſeſe onerat: quo cognito Cyrus hoſtem ebrium opprimit & cædit. Verùm in regina Maſſagetarum Tomyride tantum erat animi, ut hanc cladem ultura, iterum aſtutè Cyrum adoriretur. Nam diffidentiam ſimulans, perſequentem illum ad anguſtias montium perducit, ubi univerſum eius exercitum, qui erat 200000. hominum, delevit. In hoc prælio ſcribit Herodotus & Iuſtinus, Cyrum

Bellum Cyri cum Maſſagetis, h. e. populis ortis ex Myſis pariter & Getis.

Strategema Cyri.

Tomyris Saxonica vox, die Temmeterin/ h. e. victrix ſeu domitrix: vel die Meyerin/ h. e. villica vel regina. Philip. Strategema Tomyridis.

Mors Cyri. Inſcriptio in tumulo

Cyri : Hic iacet rex Cyrus, amicus amicis, & hoſtis hoſtibus.

ipſum quoq; eſſe occiſum, caputq; amputatum à Tomyride regina in utrem humano ſanguine repletũ eſſe coniectum, cum hac inſultatione & crudelitatis exprobratione : Satia te nunc ſanguine, quem inſatiabili cupiditate ſitiſti. Sed Xenophon ait, Cyrum in regno Perſico placidè, cum ad ſenectutem vixiſſet, expirâſſe. Mortuus eſt anno mundi 3442.

Sic Indiani anno Chriſti 1514. captos Hiſpanos propter inſatiabilem auri cupiditatem ligârunt, & in terram proiectis aurum liquefactum infuderunt, Satiate vos, dicentes, auro, quod ſitiſtis. Poſtea manus & pedes nonnullis amputârunt & ſuſpenderunt.

HISTORIA CAMBYSIS.

CAMBYSES REX Perſarum II.

Acta tyrannica.

ANno mundi 3343. Cambyſes Cyri filius in Perſia regnavit, poſt mortem patris annos 7. menſes 5. ſecundùm Herodotum. Fuit tyrannus: fratrem Smerdem ob ſomnium, vanamq; ſuſpicionem affectati regni occidit. Sororem

rorem ex ijſdem parentibus natam uxorem duxit, & poſtea propter gemitus, quos ei ſpectaculum duorum canum vario eventu inter ſe dimicantium, in quo frater fratri periclitanti opem ferebat, expreſſerat, interfecit: deinde alteram etiam duxit. A Prexaſpe conſiliario fide & virtute præſtante, ut in potu eſſet abſtinentior, admonitus, excanduit, doloremq́ præ ſe tulit. Mox filij ipſius cor ſagitta ſauciavit, & patri oſtendit, læto vultu ſibi gratulans, quòd in temulentia etiam ictu non fruſtraretur. Perſas duodecim primarios nulla de cauſa necavit. Aedificationem templi Hieroſolymitani quoad vixit impedivit. Aegyptum occupavit, & Siſamni præſidi ob iniuſtè latam ſententiam detraxit cutem, & tribunali inſtravit, ut ſucceſſores eius ad juſtè iudicandum incitaret. Cùm in Aegypto commoraretur diutius, interea domi Magus Smerdis, cui gubernatio Perſiæ commiſſa erat, deficit à Cãbyſe, & nomine Smerdis ſibi cognominis,

quem antè Cambyſes occiderat, regnum invadit. Ad eum igitur reprimendum ſeſe parat Cambyſes, ſed cum equum conſcendit, gladius vagina excidit, latusq́ eius vulnerat, ex quo moritur. Herod. lib. 3.

DARIVS III. PERSARVM REX.

Darius idem quod coërcens, ein Zwinger / nomen gentilitium regum Perſarum, ſicut Cæſar Romanorum, Pharao Aegyptiorum.

ANno mundi 3451. Smerdis Mago cum fratre Patizite ob regnum affectatum occiſus eſt, magnoq́ ſeptem principum electorum Perſiæ conſenſu rex electus eſt Darius Hyſtaſpis, qui annos 36. regnavit. Huius acta præcipua ſunt:

Babylon aſtutia Zopyri capta.

1. *Babylonem, quæ defecerat, aſtutia & induſtria Zopyri recuperavit. Is enim præciſis naribus & auribus, totoq́ corpore mirè deformato, ad Babylonios profugit dictitans, ſibi à Dario pro fideli ſua opera talem gratiam eſſe relatam. Receptus verò à Babylonijs in vrbem, primùm congreſſus cum hoſte Dario, aliquot prælijs eum vicit, ſed tandem aliquando, cùm totus exercitus Babyloniorum*

rum illi eſſet traditus, Dario urbem de-didit. Herod. lib.3. Iuſtinus lib. 1. Perti-nacia Babyloniorum tanta fuit in hac obſidione, ut matres ſuas, uxores & li-beros occiderent, quò tolerare obſidio-nem diuturnam poſſent.

2. *Scythis bellum intulit, à quibus in fugam verſus, exercitu relicto, trepidus ſe in regnum recepit. Iuſtinus lib. 2.* Bellum Scythicum.

3. *In Macedoniam legatos miſit, ter-ram & aquam petituros. Quæ cum A-myntas rex conceſſiſſet, ad convivium legatos vocavit, amanterq́ & lautè tra-ctavit. Illi verò epulis non contenti, et-iam puellas, & uxores primarias ad ſe adduci, pro more Perſico, poſtularũt. Hæ cùm adveniſſent, libidinosè multa ten-târunt legati. Vnde permotus regis filius Alexander è convivio avocavit mulie-res, quaſi mox reverſuras, et pro ijs ado-leſcentes muliebri veſtitu cum pugioni-bus intra veſtes occultatis introduxit. Quos cùm more ſuo, aliter quàm fert pudor muliebris, contrectarent Perſæ, ad unum omnes occiſi ſunt. Herodot. lib.5.* Legati Darij ob libidinem trucidati.

Semiramis regina in bellis ſuis duxit trigin-ta quinquies centena mil-lia peditum, & quinquies centena millia equi-tum, Zoroa-ſtres centena millia.

4. *Exercitum ſexies centenorum millium in Atticam miſit, duce Hippia, Piſiſtrati tyranni filio, exule Athenienſi, qui ad Marathonem ab exiguis Athenienſium copijs, quas Miltiades ducebat, cæſus ac fugatus eſt. Herod. lib. 6. Hac clade accepta exarſit ulciſcendi libidine Darius, dumq; ſe ad bellum novum Græcis inferendum paravit, Aegytij ab eo defecerunt, & inter filios ipſius acre certamen de ſucceßione in regno exortum eſt, quod infelix pater vix ante mortem ſuam componere potuit, declarato nimirum rege, Xerxe filio ex Atoſſa Cyri filia genito. Herod. lib. 7.*

5. *Regnum Perſicum in provincias viginti diſtribuit, Herod. & ab illius electione ſeptemvirûm ordo, ſive ſeptemviratus in Perſia principium habuit.*

XERXES QVARTVS
REX PERSARVM.

ANno mundi 3487. Xerſes vel Xerxes, hoc eſt, dux belli vel triumphator, ein Hertzog / filius Darij, ex filia

lia Cyri natus, rex Perſarum electus, annos 21. regnavit, ſecundum Diodorum. Aegyptum inprimis recuperavit, tum omnem curam & cogitationem in bellum Athenienſibus inferendum contulit. Ac primùm cum exercitu copioſo Sardes venit, Sole interdiu, cælo ſereno, tetris & horrendis tenebris obſcurato, ut ſtellæ conſpicerentur, ibiq́ hybernavit. Inde legatos in Græciam, qui terram & aquã peterent, miſit. Helleſpontum iungi pontibus, cædiq́ flagris, & mari ipſi compedes inijci iuſſit. Sardibus movens Abydum venit, pòſt Helleſpontum tranſiit, et improviso Græcos oppreſſit, ut ſibi plenam omnium rerum poteſtatem traderent, poſtulans. Erat autem tanta multitudo Perſici exercitus, ut eius adventu flumina exſiccari viderentur. Duxit enim peditum decies ſepties centena millia, equitum verò 80000. Arabum & Perſarum qui currus agitarunt 20000. auxiliariorum militum ex Thracia, & alijs Europæ partibus ad 300000. exceptis ſervitijs, impedimentis,

Res geſtæ Xerxis.

Bellum contra Græcos.

Terram & aquam petens Xerxes poſtulabat à Græcis, ut ſibi cederent venienti, nec arma contra ſe ferrent.

Numerus militum Xerxis. Alij numerant 5282200.

& id genus alijs. Claſſem verò mille ducentarum & octo navium, navigiorum variorum tria millia. Etſi autem delectatus fuit tantis copijs Xerxes, tamen lacrymas profudit, & interrogatus ab Artabano, cur id faceret? Reſpondit, ſe recordari humanæ fragilitatis, quòd poſt centum annos nemo de tot præſtantibus viris ſuperſtes eſſet futurus. Cui reſpondit Artabanus: Immò in hoc ipſo tam brevi ſpacio vitæ, quod homini conceditur, tot adverſa accidunt, ut non ſemel, ſed multoties mortem optemus. Cum per Thraciam ad Thermopylas, ubi anguſtiæ ſunt, veniſſet, oppoſuit ſeſe illi Leonides Spartanorum rex cum 600. Lacedæmonijs, tantaq́ contentione Perſas repreſſit, ut eorum ultra quinquies centena millia trucidârit. Ipſe verò Leonides cum ſuis occubuit, ut ne unus quidem ſupereſſet. A Thermopylis progreſſus ad Artemiſium navali pugna à Græcis victus eſt. Hinc Athenas venit, easq́ vacuas hominibus occupavit. Paulò poſt iterum navali prælio cum Græcis conflixit

Pugna ad Thermopylas.

Alij, Leonides cum 300 Lacedæmonijs trucidavit 20000. in exercitu Xerxis.

Thermopylæ ſunt fauces anguſtæ montium Theſſaliæ, vbi erant calidæ aquæ.

flixit ad Salaminem, ubi duce Themiſtocle profligatus eſt. Inde fractus ac debilitatus metu per Helleſpontum è Græcia Sardes profugit, relicto poſt ſe Mardonio, ſuaſore & autore belli cum ter centum millibus Perſarum. Is cùm pacem fruſtra à Græcis petijſſet, iratus urbem Athenarum incendit, & ſolo æquavit, nec multò pòſt cum Lacedæmonijs et Athenienſibus congreſſus prælio ad Plateas, duce Pauſania, interfectus eſt. Et, ut ex tota Græcia Perſæ delerentur, alio prælio ad Mycalem, Aſiæ minoris promontorium, terra mariq; à Græcis cæſi ſunt. Interea Xerxes Sardibus amori operam dedit, & filio Dario fratris ſui Maſiſtæ filiam uxorem dedit, cum qua etiam inceſtam conſuetudinem habuit. Poſtquam verò nuncium de interitu Mardonij, & exercitus totius accepit, in Perſiã reverſus eſt, anno mundi 3493. Quod autem armis efficere non potuit, id proditione poſtea tentavit. Nam Pauſaniam Lacedæmoniorum ducem induxit, ut Græciam Perſis prodere conare-

Xerxes victus in Perſiam fugit.

Prælium ad Plateas.

Xerxes arma vertit in amorem, Martem in Venerem.

Pauſanias.

naretur. Sed detecta perfidia, proditor necatus eſt. Nihilominus expeditionem aliam adverſus Græcos ſuſcepit, & à Cimone Athenienſium duce ad Eurymedontem fluvium navali ſimul & terreſtri prælio victus eſt. Prænuncium huius cladis fuit urna vitrea, quam Xerxes in effoſſo Beli monumento reperit. In ea enim iacuit Belus in oleo mortuus. Fuit autem aſſcriptum in columna, peſſimè actum iri cum eo, qui aperto ſepulchro urnam oleo non repleret. Quæ verba cum legiſſet Xerxes, expavit, & quanquam oleum celerrimè infundi juſſit, impleri tamen urna non potuit. Triſtis itaq; diſceſſit, & adducto in Græciam exercitu, clade ingenti affectus eſt, nec multò poſt ab Artabano in cubili ſuo occiſus eſt, anno mundi 3507. Aelianus lib. 13. variæ hiſtor.

Mors Xerxis cruenta.

ARTAXERXES LONGIMANUS V. PERSARUM REX, regnavit annos 40. Anno mundi 3508.

Quintus rex Perſarum factus eſt Arta-

Artaxerxes Longimanus, Xerxis filius, cuius munificentia in Iudæos eximia fuit. Miſit enim Eſdram ſcribam cum regio privilegio ad inſtaurandum verum DEI cultum & politiam in urbe Hieroſolyma. Inde ergò, cum per id privilegium ſumma manus oneri impoſita ſit, meritò numerari hebdomades Danielis incipiunt. In hoc etiam ſuum in Iudæos amorem declaravit, quod Eſtheram Iudæam uxorem duxit, & Hamanem, Iudæorum hoſtem, ſuſpendi cum filijs eius iuſſit. Munificentia in Iudæos. Initium hebdomadum Danielis. Eſther Latinè, pudica virgo. Haman inflatus.

2. *Aegyptum, quæ defecerat, recuperaturus, miſit duces Artabanum & Megabyzũ, qui primùm quidem profligati ſunt, ſed altero prælio Aegyptios vicerunt, & Perſico regi parere coëgerunt. Diodorus Siculus lib. 2.*

3. *Armis conflixit cum Athenienſibus, à quibus etiam, duce Cimone in Cypro ſuperatus eſt. Inde pax nobilis inter Perſas & Athenienſes reconciliata eſt, & libertas Græciæ civitatibus confirmata, anno mundi 3523.*

Poſt

Reges Perſici dicuntur Achæmenidæ ab Achæmene Cambyſis patre, Cyri avo. Parthici verò vocantur Arſacidæ, ab Arſace Partho, qui devictis Macedonibus imperium Perſarum occupavit.

Poſt Artaxerxem hoc modo numerantur reges Perſici, ſive Achemenidæ:

VI. Darius nothus.

VII. Artaxerxes Μνήμων*, à præſtantia memoriæ, cum quo armis decertavit Cyrus iunior frater, ut regno eum privaret, ſed ab illo victus in prælio occubuit, & mortuus eſt. Diodorus Siculus lib. 14. Deinde pacem dedit Græciæ, quæ pax Antalcidæ legati Spartani dicta eſt. Tum Nectanebo Aegyptum gubernanti bellum intulit, quod Perſis obædire recuſaret.*

Sidonij urbem incenderunt, & ſeſe cremarunt.

Sidon, Jägerſtatt/ Hebraicè Sadia, vnde Germanicum eſt, Seiten.

VIII. Ochus, Is Aegyptum, Phœniciam & Cyprum recuperavit. Sidonij verò proditos ſeſe animadvertentes, cum uxoribus & liberis domus ſuas incenderunt, flammisq́ perire, quàm Perſis ſeſe dedere, maluerunt. Perierunt ergo in iſta urbis conflagratione quadraginta fermè millia hominum. Diodorus lib. 16. Sævitiam quoque in Iudæos exercuit, de qua in rebus Eccleſiaſticis dictum eſt. Tandem ob tyrannidem à cubiculario ſuo

Digitized by Google

ſuo Bagoa, propinato veneno in quodam pharmaco, necatus eſt.

IX. Anno mundi 3633. Arſes ſive Arſames Ochi filius rex Perſarum eſt factus, & regnavit annos 3. Eo interfecto Codomanus, cognomento Darius ultimus, regnum adeptus eſt, & ab Alexandro Magno profligatus. Quòd autem nonnulli pauciores Perſarum reges numerant, inde fit, quòd Xerxes II. uno tantùm anno, vel menſibus duobus, Sogdianus verò menſibus 7. regnavit.

DE ALEXANDRO MAGNO.

Natales. Alexander, Helffmann oder Helffreich.

NAtus eſt Alexander Magnus ex duabus præcipuis in Græcia familijs, patre ſcilicet Philippo Macedonum rege, ab Hercule orto, matre verò Olympia, Neoptolemi, regis Moloſſorum filia, ex Aeacidarũ gente, anno mundi 3616. eo ipſo anni tempore, quo Epheſi templum Dianæ incendio conflagravit, quod ſpacio 220. annorum fuit ædificatum.

Studia adoleſcentiæ.

Initio ætatis ſuæ artium doctrina liberaliter eruditus eſt, Leonide, & Ariſtotele

tele præceptoribus. Et quidem Philoſophiæ ſtudia proſecutus eſt adeò, ut dixerit, ſe malle optimarum rerum peritia, quàm potentia excellere. Modeſtiam maximè coluit. Documenta ingenij atq; induſtriæ illuſtria dedit, cùm equum Bucephalum tredecim talentorum, id eſt, 7800. coronatorum, ferocem adeò, ut conſcendere aulicorum nemo auderet, ſic moderatus eſt, ut facili eo ad equitandum uteretur. Animadvertit enim, ideò domari equum ab alijs non poſſe, quòd umbræ conſpectu perturbaretur. Quocirca pollicitus equi precium, niſi conſcenderet, adverſus Solem obvertit eum, & manu demulcens cum omnium admiratione inſedit. Pater hoc ſpectaculo ita permotus eſt, ut lacrymis præ lætitia profuſis, caput deſcendentis ab equo filij oſculatus ſit, & dixerit: O nate, regnum tibi par quære: Macedonia enim te non capit. Occiſo patre regnum Macedoniæ ſuſcepit, patriſq; necem ultus eſt, ſublatis eius occiſoribus. Inde tota mente in eam curam incubuit,

Indoles.

Bucephalus, grandis equus, vixit 30. annis.

Suſceptio regni.

ut

Digitized by Google

ut Græciæ principatum adipiſceretur. Effecitq́; adeò, ut in Iſthmijs dux Græcorum communi omnium conſenſu contra Perſas renunciaretur. Soli autem Thebani in Bœotia reſiſtebant, & præſidium Macedonicum eijciebant. Icciircò is obſidione Thebas cinxit, & funditùs delevit. Ante oppugnationem tamen per præconem proclamari iuſsit, ſe fidem publicam dare ijs, qui communis pacis cupidi Thebas relinquerent. Sed mox Thebani contrarium præconium fecerunt, quo ad ſocietatem armorum hortati ſunt omnes, qui vel libertatis amore, vel tyranni odio arderent. Expugnata urbe parci juſsit. Pindari familiæ, ſacerdotibus, & hoſpitibus Macedonum, qui pacem ſvaſerant. Pacata Græcia in Aſiam duxit exercitum, pro Græciæ libertate bellum contra Perſas geſturus. Ibi primo ſtatim congreſſu ac prælio ad Granicum flumen in aditu Aſiæ copias Darij regis fudit, omnemq́; regionem trans Helleſpontum, uſque ad Ciliciam & maiorem Phrygiam occupavit.

Thebas avertit.

Expeditio in Aſiam.

Poſt

Morbus.

Poſt hanc victoriam in morbum gravem incidit, à quo tamen ope DEI, & Medici ſui Philippi liberatus eſt.

Secunda victoria.

Sequẽte anno iterum cum Dario conflixit, ad Iſſum Ciliciæ urbem, ubi Darium profligavit, exercitum fudit, & caſtris regijs potitus unà cepit Darij familiam, matrem, uxorem, filium, filias, & multos alios ex nobiliſſimis Perſarum familijs natos.

Clementia Alexandri.

Quibus omnibus clementem, facilem, caſtum, & humanum ſeſe præbuit, ut hac ipſa clementia, & humanitate omnes ſuas virtutes atque victorias maximas exornâſſe videatur. Etſi autem Darius amicitiam fidemq́; Alexandri expetivit, oblata & dimidia regni parte cum filia, & decem millibus talentorum, id eſt, ſexagies centenis millibus coronatorum: pacem tamen impetrare non potuit, quod ut mundus duos Soles, ſic orbis terræ duos reges, id eſt, duos Monarchas, ferre non poſſit. Hinc Syria occupata, Tyroq́; capta, Hieroſolymam cum exercitu contendit, iccircò quòd auxilium & tributum iure victoria

Digitized by Google

riæ poſtulatum denegârat. Reſponderat enim Iaddus ſe, Dario vivente, alium dominum non agnoſcere. Hoc igitur reſponſo inflammatus Alexander, infeſtum exercitum Hieroſolymam adduxit. Sed placatus eſt ab Iaddo, ſummo ſacerdote, & civibus obviam cum reverentia inſigni euntibus, ut ſuprà dictum eſt. Ex Iudæa in Aegyptum arma convertit, eamq́ occupavit, & Alexandriam condidit. Ex Africa in Aſiam reduxit exercitum, & prælium tertium cum Dario commiſit, ad Arbellam vicam Aſſyriæ, vbi cum omnibus copijs eum tertiò ſuperavit. Darius verò fugiens paulò poſt à Duce ſuo Beſſo perfidioſè interfectus eſt. Quare adductus ad Alexandrum Beſſus perfidiæ ſuæ hanc pœnã dedit, ut iuſſu illius alligatus duabꝰ arboribus inflexis, & iterum ſeſe erigentibus diſcerperetur. Occubuerunt in hac pugna barbarorum peditum & equitum plures, quàm nonaginta millia, Macedonum ad quingentos. Diodorus Siculus lib. 17. Curtius lib. 5.

Victoria tertia.

Darius interfectus ad Arbellam vicam.

Pœna Beſſi.

TERTIA MONARCHIA GRÆCORVM.

ANno mundi 3642. victo & cõpreſſo Dario Perſarum rege, ſummum potentiæ & autoritatis faſtigium in orbe conſecutus eſt. Alexander Macedo, Græcus, qui ob rerum geſtarum magnitudinem MAGNVS fuit cognominatus. Quamobrem Monarchiam ex Perſia in Græciam tranſtulit, & primus Monarcha in tertia Monarchia factus eſt, ſecundùm vaticinium Prophetæ Danielis, 2. & 7. cap. Duravit autem Monarchia Perſica annis 207. Græcorum verò annis 282. Vt autem Chaldæorum Monarchia fuit aurea, Perſarum argentea: Sic hæc tertia æri comparatur, iccircò, quia ut æs inter omnia metalla maximè tinnit: Sic Græcus ſermo maximè vocalis eſt, & fama rerum ab Alexandro geſtarum celeriter totum terrarum orbem pervaſit, atque complevit.

RES GESTAE ALEXANDRI in Monarchia tertia.

Con-

Digitized by Google

Confecto bello in Perſia, profectꝰ eſt Alexander in Indiam, & regem Porum, Taxilem, aliasq́ gentes in Oriente ſub imperium ſuum, ditionemq́ ſubiunxit. Inde reverſus in Africam & occidentem cogitavit: ſed morte immatura præventus eſt. Vxores duxit quatuor: Roxanem, virginem nobilem, Statiram Darij filiam, Barſinen & Paryſatida. Concubinas verò habuit 365. ſecundùm Diodorum. Poſtremò ætatis ſuæ anno Babylonem ingreſſurus à Chaldæis vatibus admonitus eſt, fore, ut ex ea vivus non egrederetur. Quod vaticinium quamvis non contemneret Alexander: tamen à Philoſophis, qui illud tanquam delirium aut ſomnium deridebant, perſvaſus, urbem intravit. ibi igitur ocio & voluptati deditus, præclara quidem nonnulla effecit: ſed certamina etiam poculorum inſtituit, coronamq́ ei, qui plurimum bibiſſet, promiſit. In quo Promachus quidam exhauſtis quatuor chois; id eſt, 12. cantharis, victor evaſit, & præmium vi-

Res in oriente geſtæ.

Vxores.

Certamina poculorum in aula Alexandri.

Y 2 ctoria

Cic. 4. Tuſc.

Alexander rex cum per iram intereміſſet Clytum familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit pœnitendi.

ctoriæ talentum nactus eſt. Verùm poſt triduum expiravit, & cum eo alij 41. In tanto igitur luxu enervatus eſt planè Alexander, & in furore occidit Clytum & Parmenionem, optimè meritos duces. Supra humanam conditionem ſeſe extulit, & numinis inſtar coli voluit. Iovis enim filium ſeſe eſſe credidit, & cùm à Calliſthene ob eam arrogantiam reprehenderetur, naſum illi, aures, oculos, & labia præſcindi iuſſit, per exercitumq́ duci, et proclamari hunc verſum:

Μισῶ σοφιϛὴν, ὅϛις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Libidine nefaria ſe polluit. Perſepoli à ſcorto Thaide perſuaſus facem prætulit ebrius, & regiam ſuccendit. Exoratus aliquando à Medio Theſſalo, ad convivium eius venit, & ibi cùm inſequentem diem totum potando conſumſiſſet, febricitare cœpit. Cumq́ in febri etiam à vino abſtinere nollet, in phreneſin incidit, nec multò pòſt eſt mortuus, cum vixiſſet annos 32. & menſes octo, regnâſſet annos duodecim, nempe anno mundi 3648. quidam veneno necatum eſſe

eſſe exiſtimant. Cadaver in aureo curru Alexandriam deportatum eſt, ibiq́ ſepultum. Ita ſeptennij ſpacio Alexander admirabili celeritate, tanquam Pardus alatus, ut Daniel vocat, orbem terrarum prælijs atq; victorijs percurrit, omnemq́ Aſiam ab Adriatico mari uſq; ad Indicum Oceanum, & Gangem fluvium ſubiugavit. Sed ex tanto curſu felicitatis humanæ, & potentiæ, faſtigio in turpem luxum delapſus inſtabilitatis humanæ documentum perpetuum poſt ſe reliquit. Statuæ eius adſcriptus eſt verſiculus: ςίχος.

Alexander volitavit per orbem terrarum tanquā alis ſubnixus ut Daniel prædixit.

γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι· Ζεὺς δ' ὄλυμπον

Terram mihi ſubijcio: Iupiter verò cœlum habet.

Apophthegmata præclara plurima reliquit: cuiuſmodi eſt & hoc, cum in acie vulneratus exclamavit: δρῶντα καλῶς καὶ παθεῖν τι χρή. *Item, Babylone dixit: quantos ſuſtinemus labores, vt Athenis in theathro benè audiamus.*

DE SVCCESSORIBVS ALEXANDRI MAGNI.

Regnum Alexandri in quatuor regna diſtractum.

Poſt Alexandrum, contritum eſt eius regnum, ut verbo Danielis utar, & in quatuor ventos cœli diſperſum, id eſt, in regna quatuor diſcerptum ſeu diſtributum, ſcilicet Europæ ſive Macedoniæ & Græciæ, Syriæ, Aegypti, & Aſiæ. Etſi enim in Alexandri locum frater eius Aridæus, qui Philippus poſtea eſt nominatus, ſucceſſit: tamen titulum regis ſolùm geſſit, regna verò duces adminiſtrârunt: Ptolomæus Lagi Aegyptum, Antigonus Aſiam, Antipater Macedoniam, Seleucus Syriam & Babyloniam. Antipatro autem mortuo, filius eius Caſſander Græciæ bellum intulit. Athenas occupavit, illisq́; Demetrium Phalereum præfecit: Macedoniam invaſit, Olympiadem Alexandri matrem occidit: Roxanem, Alexandri Magni conjugem, & filium eius Alexandrum interfecit, Thebas reparavit. Antigonus Eumenem propugnatorem hæredum Alexandri captum trucidavit. Nec diſſidiorum et bellorum inteſtinorum ſemen & cauſa unquam defuit.

Anno

Digitized by Google

Anno mundi 3661. quatuor principes Alexandri pacto fœdere regna inter ſeſe ad hunc modum diſtribuerunt. Europa ſeu Macedonia tributa eſt Caſſandro: Syria Seleuco Nicatori: Aegyptus Ptolomæo: Aſia Antigono. Id quod indicârunt quatuor capita Pardi à Daniele viſi. Suntq́ hi poſtea reges nominati in ſuo quisq́ regno. Cùm enim Antigoni filius Demetrius Ptolomæum navali prælio viciſſet, & regno Cypri potitus eſſet, regio diademate & titulo à patre ornatus eſt. Cuius exemplum cæteri quoque ſecuti reges ſeſe appellârunt. Quæri autem poteſt, cùm Monarchia unius ſit imperium, quomodo quatuor regum poſt mortem Alexandri dominatio Monarchia eſſe poßit? Reſponſio plana & expedita eſt, nihilominus manſiſſe Monarchiam Græcam, quantumvis in quatuor regna fuerit diſtracta. Erant enim hæc quatuor regna unius beſtiæ ſive Pardi, id eſt, Alexandri Magni capita. Dum igitur eadẽ beſtia manſit: nec Monarchia mutari potuit. Secun-

Diſtributio regnorum Alexandri.

Quæſtio de Monarchia Græcorum.

dò manſit etiam eadem Monarchiæ ſedes, quam reliquerat Alexander, nempe in Aſia & Græcia. Fuit autem contrita hæc Monarchia, ut Daniel ait, id eſt, valdè afflicta & lacerata propter crebra bella inteſtina.

SERIES QVATVOR regum in Monarchia Græca.

Macedoniae Reges Dicti Temenidæ à Temeno Macedonum rege.

I. Philippus Aridæus, Alexandri Magni frater, regnavit annos 6.

II. Caſſander, filius Antipatri, regnavit, annos 18.

III. Philippus, Antipater, & Alexander, filij Caſſandri. Antipater occidit matrem ſuam, cuius necem ultus eſt Alexander, adiutus à Pyrrho, Epyri rege: Pyrrhus verò invitatus & attractus in Macedoniam, partem eius bonam occupavit.

IIII. Demetrius Poliorcetes ab urbium excidio ſic cognominatus, anno mun-

mundi 3677. qui Alexandrum occidit, regnumq́ Macedoniæ retinuit cum poſteris ſuis, uſque ad Perſeum à Romanis captum. Regnavit annos 6.

V. & VI. Lyſimachus & Pyrrhus anno 3683. qui eiecto Demetrio regnum partiti ſunt. Sed poſt menſes 7. pulſo Pyrrho, Lyſimachus ſolus regnavit annos 7.

VI. Ptolemæus Ceraunus (bellicoſus, fulminator) anno mundi 3689. Hic ſororem ſuam Arſinoëm duxit uxorem, cùm vidua eſſet, coronamq́ regiam ei impoſuit. Sed paulò poſt filios eius Lyſimachum & Philippum ex inſidijs occidit, ipſam verò in exilium eiecit. Iuſtas igitur pœnas tandem perſolvit, cũ à Belgio duce Galatarum acie victus eſt, caputq́ eius lancea affixum pro ludibrio in exercitu circumlatum eſt. Regnavit annum 1. Sublato ad hunc modum Ptolemæo, graſſanteq́ in Macedonia Belgio, dux quidam Soſthenes, coacto exercitu, Belgium exercitumq́ Germanicum delevit. Iccircò rex ab exercitu appella-

tus eſt, ſed principis titulo contentus fu-it. Regnavit fermè biennium.

VII. Antigonus Gonates, Demetrij Poliorcetæ filius, anno mundi 3692. Regnavit annos 36.

VIII. Demetrius, anno mundi 3728. Regnavit annos 10.

IX. Antigonus, cognomine Doſon, καὶ εὐεργέτης, anno mundi 3738. Regnavit annos 15.

Abyde.

X. Philippus, anno mundi 3751. qui cum Romanis bellum geſsit, & Abydem oppugnavit, cujus incolæ cùm nullam aliam elabendi viam proſpicerent, ſeipſos cum uxoribus & liberis occiderunt. Victus eſt autem à. T. Flaminio conſule Romano, in easq́ angustias adductus, ut filium obſidem dare coactus ſit. Ex quo Græciæ civitatibus libertas reſtituta eſt.

Hiſtoria Demetrij & Perſei fratrum.

Filios habuit duos, Demetrium & Perſea nothum, qui cùm Demetrium in meiore gratia eſſe apud patrem animadverteret, in invidiam rapuit eum, & ut è medio tollere poſſet, crimen affectati regni intulit illi. Quamobrem ab irato pa-

Digitized by Google

io patre Demetrius interfici juſſus eſt. Perſeus verò ſublato fratre præclarè ſecum agi putabat. Sed pater re cognita, tantum animo dolorem concepit, ut mæſtitia extingveretur, iccircò quia innocentem filium propter calumnias & futiles ſuſpiciones occiderat. Livius lib. 10. decad. 4. Regnavit annos 42.

XI. Perſeus anno mundi 3793. regnavit annos 11. Huic confirmavit quidem initio regnum ſenatus Romanus: ſed cùm Romanis ſeſe opponeret, bello domitus eſt, & captus à Paulo Aemylio conſule Romano, ac Romam ductus in triumpho. Romæ miſerabiliter in carceris ſqualore interijt. Filius verò eius Scriba ſenatus Romani factus eſt. Hic finis eſt regni Macedonici, quod in Romanorum poteſtatem venit, anno mundi 3804. Finis regni Macedonici.

ASIAE REGES.

1. Antigonus, in bello occubuit. Regnavit annos 18.

2. Demetrius filius, cognomento Poliorcetes, anno mundi 3671. Hoc ſubacto Poliorcetes, id eſt,

& do-

& domito regnum Aſiæ cum Syriæ regno coniunctum eſt, ut mox dicetur. Regnavit annos 17.

vrbium expugnator.

SYRIAE REGES.

I. Seleucus, νικάτωρ, qui Demetrio in deditionem imperij ſui redacto, regem Syriæ et Aſiæ ſeſe nominavit. Deinde Lyſimachum etiam acie vicit. Tandem inſidijs circumventus à Ptolemæo Cerauno occiſus eſt. In Iudæos beneficus fuit, et αὐτονομίαν illis conceſſit. Regnavit annos circiter 30. Ex hoc Seleucidæ nominantur Syriæ reges.

Nicator à victoria dictus.

II. Antiochus Soter, Seleuci filius, rex Aſiæ & Syriæ, anno mundi 3691. Regnavit annos 19.

σωτὴρ, qui ſalutem dat.

III. Antiochus Theos, anno mundi 3711. Regnavit annos 15.

IIII. Seleucus Callinicus, anno mundi 3728. qui initio regni ſui occidit Berenicen, novercam ſuam, & filium eius, fratrem ſuum. Ex quo bellum atrox in Syria & Aſia exarſit, ſicut Daniel capite 11. vaticinatus eſt. Regnavit annos 20.

Berenice Macedonica lingva, pro φερενίκη, id eſt, ferens victoriam. Inde eſſe videtur Veronica nomen muliebre.

V. Se-

Digitized by Google

V. Seleucus Ceraunus, anno mundi 3746. Regnavit annos 3.

VI. Antiochus Magnus, anno mundi 3749. Hic cum Ptolemæo, & Romanis bellum geſſit, ac victus à Romanis cedere tota Græcia coactus eſt. Obſides etiam dedit filios duos, Antiochum Epiphanem, & Demetrium. Regnavit annos 36.

VII. Seleucus Philopater, Antiochi Magni filius, anno mundi 3786. Regnavit annos 12.

VIII. Antiochus Epiphanes, aliàs Epimanes, anno mundi 3798. Hic Roma, ubi obſes erat, profugiens in Syriam contendit, ut fratri in regno ſuccederet. Iaſoni vendidit ſummum ſacerdotium Hieroſolymis, ab eoq́; magnificè eſt acceptus, cum Hieroſolymam veniſſet. Conſtruxit Hieroſolymis gymnaſium, inſtituit ludos, et rituum morumq́; Ethnicorum autor fuit. Conatus eſt Aegyptum in ditionem poteſtatemq́; ſuam, tutelæ prætextu, redigere. Sed à Romanis, qui Ptolemæi pupilli defenſionem ſuſceperāt, cedere

Antiochus quaſi vicarius, dominus vel vicedominus. Epiphanes, i. e. illuſtris, Durchläuchtig. Epimanês, furioſus, veſanus. *Eſtq́;* παρονομασία, qualis eſt Nero, Mero: Tiberius, Biberius.

Digitized by Google

cedere compulſus eſt. Miſerunt enim ad eum legatum Popilium, qui cùm Senatus mandatum illi expoſuiſſet, ut ab Aegypto abſtineret, abductis inde præſidijs, tempusq́ue deliberandi peteret Antiochus, virga eum circumſcripſit, inquiens: Ex hoc circulo non excedes, priuſquam reſponſum reddas. Ita fractus hac ſeveritate Antiochus, cùm parumper hæſitâſſet imperata ſe facturum promiſit. Livius lib. 5. decad. 5. Ex Aegypto Hieroſolymam reverſus eſt infeſto animo, ingentemq́ue crudelitatem in Iudæos exercuit, templum ſpoliavit, urbem diripuit, idolum Iovis Olympij in templo Iovis collocavit, & adorare omnes iuſſit, legem Moſi reiecit, libros Propheticos exuſſit, Bacchanalia importavit, ſenes, matronas, virgines, à lege Moſi deficere nolentes, horrendis ſupplicijs mactavit, 1. Maccab. 1. Cùm autem abſens cognoviſſet, profligatos eſſe exercitus ſuos à Iudæis, ducibus Maccabæis, & eiectum eſſe templo idolum: vehementer angi animo cœpit, in morbumq́ue incidit,

Antiochus Antichriſti imago.

Epiphanes cremavit libros propheticos, ſicut & Maximinus.

dit, & animi mœrore extinctus eſt, anno mundi 3810. Regnavit annos 12.

IX. Antiochus Eupator, Epiphanis filius, anno mundi 3810. qui cum animadverteret irritos eſſe conatus ſuos adverſus Iudæos, pacem cum illis fecit, conceſſa religionis libertate. Menelaum verò ſacerdotem ſummum occidit, qui autor omnium diſſidiorum & tumultuum extitiſſet. Regnavit annos 2.

Eupator, id eſt, generoſus.

Menelaus, id eſt, robur populi, Germanicè Volckhart/ Penè reſpondet voci Demoſthenes, vel Nicolaus.

X. Demetrius Soter, Seleuci filius, anno mundi 3812. Hic graviter quoq; afflixit Iudæos, & ab Alexandro cæſus eſt, annos 11.

XI. Alexander Epiphanes, anno mundi 3822. annos 6.

XII. Demetrius Nicanor, vel Νικάτωρ, amicus Iudæorum, anno mundi 3828.

δημήτηρ Ceres, δημήτριος almus ſive alens, qui & Georgius dicitur.

XIII. Antiochus VI. cognomento Θεός, anno mundi 3830. Regnavit an. 3.

XIIII. Tryphon anno mundi 3833. Occidit Antiochum Theum, cujus tutor fuit. Regnavit annos 3.

XV. Antiochus pius vel Sedetes, anno

no mundi 3835. Iudæis infeſtus obſidione Hieroſolymam cinxit. Sed ab obſidione tamen deſtitit, & pacem cum Hyrcano conciliavit: cum is inducias petijſſet propter tabernaculorum feſtum, ad quod miſit Sedetes taurum eximium & pulcrè ornatum, ut DEO Iſraëlis offerretur. Ex quo Pius eſt cognominatus.

XVI. Demetrius Nicanor, anno mundi 3843. Regnavit annos 4.

Exemplum matris impiæ & nefariæ in filium.

XVII. Antiochus, cognomento Γρῦπος, ſeu Gryphus, propter naſi magnitudinem, anno mundi 3848. Hic recuperato regno patriæ, & ſuperatis externis periculis, penè matris ſuæ Cleopatræ inſidijs perijt. Ea enim poſtquam maritum ſuum Demetrium unà cum filio Seleuco occidit, etiam filio ſuo Grypho mortem afferre, veneni poculo oblato, voluit. Quod cùm ſuſpectum Grypho eſſet, velut honoris cauſa, matrem, ut præbiberet, hortatus eſt. Id verò cùm diu illa recuſaret: Nulla, inquit filius, ratio alia eſt, qua ſuſpicionis crimen diluas, niſi ut prior bibas. Ita ergo victa venenum,

num, quod paraverat filio, ipſa hauſit, & mortua eſt. Iuſtinus lib. 39.

XVIII. Antiochus Cyzicenus, καὶ ἀσπόνδιος, anno mundi 3860. Ab hoc fermè tempore aſsiduis bellorum motibus, & inteſtinis odijs atque diſsidijs regnum Syriæ quaſſatum eſt. Proinde ad externa auxilia confugit, & Tigranem Armeniæ regem accerſivit, regemq́ Syriæ fecit, anno mundi 3888. Iuſtinus lib. 40. Tandem in Romanorum poteſtatem pervenit, & à Romanis præſidibus gubernata eſt annis 829. uſque ad annum C. 604. Victus enim Tigranes ſeſe & Armeniam Pompeio dedidit, anno mundi 3906. Florus lib. 100. Finis regni Syriæ.

Reinerus Reineccius ſic numerat reges Syriæ, ſive Seleucidas, qui regnârunt in Aſia, & Syria, annos 251.

I. Seleucus I. νικάτωρ cognominatus eſt.

II. Antiochus Soter.

III. Antiochus II. θεός.

IV. Seleucus II. Callinicus.

V. Seleucus III. κεραυνός.

Digitized by Google

VI. *Antiochus III. Magnus.*
VII. *Seleucus IV. Philopator & Soter.*
VIII. *Antiochus IV. Epiphanes.*
IX. *Antiochus V. Eupator.*
X. *Demetrius* I. *Soter.*
XI. *Alexander Epiphanes.*
XII. *Demetrius* II.
XIII. *Antiochus VI.* θεός.
XIV. *Antiochus VII. Sedetes* καὶ εὐσεβής.
XV. *Antiochus VIII.* γρῦπος.
XVI. *Antiochus IX. Cyzicenus.*
XVII. *Seleucus* V.
XVIII. *Antiochus X.* εὐσεβής.
XIX. *Demetrius* III. ἔκαιρος.
XX. *Philippus.*
XXI. *Antiochus XI.* Διονύσιος.
XXII. *Antiochus XII. Aſiaticus.*

AEGYPTI REGES.

Ptolomæus eſt commune nomē omnibus regibus Aegypti, poſt Alexandrum Magnum.

I. Ptolomæus, *Lagi filius, qui cum poſteris ſuis Lagidis regnavit annis 294. uſque ad Auguſtum Cæſarem. Regnavit annos 39.*

2. Pto-

2. *Ptolomæus Philadelphus, anno mundi 3688. qui & pacis amans fuit, & doctrinæ ſtudia fovit. Ejus ſumtibus Biblia in Græcam linguam ex Hebræa converſa ſunt per interpretes 72. ab Eleazaro Hieroſolymitano Pontifice miſſos, anno mundi 3704. Pro hoc beneficio Ptolomæus non ſolùm Judæorum centum millia, qui captivi erant, dimiſit, ſed dono etiam dedit templo Hieroſolymitano auream menſam, multis precioſiſſimis gemmis ornatam, duos aureos ſcyphos, & triginta pateras aureas. Singulos item interpretes aliquo munere affecit. Regnavit annis 38. Ariſtras.*

Hic Ptolomæus habuit ducenta millia librorum in ſua Bibliotheca.

3. *Ptolomæus Evergetes, anno mundi 37268. in Judæos & literarum profeſſores benignus & liberalis, annos 26.*

Evergetes, id eſt, beneficus.

4. *Ptolomæus Philopator, καὶ τρύφων, anno mundi 3751. Antiochum vicit, & in Judæos ſævit, annos 17.*

κατ' ἀντίφρασιν. quia patrem, matrem & fratrem interfecit.

5. *Ptolomæus Epiphanes, anno mundi 3768. Regnavit annos 24.*

6. *Ptolomæus Philometor, anno mundi 3792. Romanorum præſidio & ope re-*

gnum retinuit, repreſſo Antiocho Epi- phane, qui ei eripere illud conabatur, annos 35.

Phyſcon, ventricoſus à ſagina ventris turpiter inflati.

7\. *Ptolomæus Evergetes, καὶ Φύσκων, anno mundi 3828. Ob tyrannidem pulſus eſt. Vxorem habuit Cleopatram ſororem ſuam, quam repudiavit, filia eius vi compreſſa. Filium ſuum trucidavit, manusq́; pedes & caput amputavit, & matri miſit. Flor. lib. 59. Regnavit ann. 29.*

Lathurus, id eſt, qui expulſus occulte reditum tentavit.

8\. *Ptolomæus Lathurus, Plutarchus Lamyrum vocat. Is invitatus eſt à maritimis quibuſdam civitatibus contra Alexandrum Iudæorum regem. Venit igitur cum numeroſo exercitu, & in Iudæa occidit trecenta millia hominum, minores natu in fruſta ſecuit, olliſq́; impoſitos ad ignem coxit. Ioſephus lib. 13. Antiquit. Iudaicæ cap. 21. Eſt autem à matre Cleopatra regno pulſus, & interea Ptolomæus Alexander & Cleopatra rerum potiti ſunt. Sed cum Cleopatra filio ſuo Alexandro inſidias collocaret, antevertit matrem filius, et occidit eam. Poſtea revocatus in Aegyptum rediit.*

Regna

Digitized by Google

Regnavit annos 15. Anno mundi 3856.

9. Ptolomæus Auletes, aliâs Dionyſius, anno mundi 3891. Regnavit annos 30. ſecundùm Euſebium. Hic propter ignaviam & crudelitatem regno pulſus Romam profugit & à Senatu reſtitutionem petijt. Ab hoc decretum eſt poſt longam deliberationem, ut Gabinius Syriæ præſes eum reduceret in regnum. Florus lib. 104. quod factum eſt anno mundi 3917.

Auletes tibicen.

Cicero in Epiſto. fam. ſcribit de huius Ptolomæi reſtitutione.

10. Dionyſius filius Auletæ, qui Pompeium fugientem ex pugna Pharſalica in Aegypto iuſſit interfici. Poſtea interfectus eſt & ipſe viciſſim à Iuliô Cæſare, cùm inſidias ei ſtruxiſſet.

11. Cleopatra, anno mundi 3921. quæ primùm cum fratre Ptolomæo Dionyſio, poſtea ſola, tandem cum Antonio regnavit. Cùm autem Ptolomæus Cleopatram regno eieciſſet, venit in Aegyptum Iulius Cæſar poſt victum Pompeium, & ſuperato Ptolomæo regnum Cleopatræ tradidit, ex qua etiam filium Cæſarionem ſuſcepit, qui poſtea Aegypti rex declara-

tus eſt ab Octavio, Antonio, & Lepido. Habuit eadem Cleopatra etiam cum Antonio conſvetudinem, tantiſper, dum Cæſar Auguſtus Ægyptum occupavit. Tum enim Antonius ſibi ipſe manus intulit. Cleopatra verò cuſtodibus tradita aſpides ſibi admovit, quarum morſu extincta eſt, anno mundi 3942.

Hic iterum variant hiſtorici: Reinerus Reineccius recenſet hoc ordine:

I. Ptolomæus Magnus.
II. Ptolomæus φιλάδελφος.
III. Ptolomæus εὐεργέτης.
IV. Ptolomæus φιλοπάτωρ καὶ τρύφων.
V. Ptolomæus ἐπιφανής.
VI. Ptolomæus φιλομήτωρ.
VII. Ptolomæus φύσκων.
VIII. Ptolomæus λάθουρος.
IX. Ptolomæus Alexander.
X. Alexander.
XI. Polomæus αὐλητής.
XII. Ptolomæus Διόνυσος.

RES SIVE HISTORIÆ Græcorum in millenario 4.

IN

IN quarto millenario Græcia maximè floruit opibus, potentia & diſciplinis. Fuerunt enim præcipua ejus κειμήλια ſive theſauri tres, quibus alijs gentibus & nationibus antecelluit: Primus, dignitas ſummi imperij ſive Monarchiæ in mundo: Secundus, literarum & artium omnium profeſſio atq; ſcientia: Tertius, rei militaris peritia, felicitas, & rerum geſtarum magnitudo. Ut enim corpus humanum ſuum habet initium, incrementum, vigorem & decretionem: Ita Græcia initio hujus millenarij paulatim accrevit, & principatum conſecuta eſt. Reſpublicas liberas & maximè florentes habuit, Athenas, Spartam, Corinthum, Thebas, Epheſum. Sed diſciplinis, legibus, virtute & ſapientia cæteras anteivit Reſpub. Attica, principatumq; in Græcia obtinuit annos 65. ut Iſocrates in Panathenaico ſcribit. Ejus æmula fuit Sparta, utpote quæ nec opibus, nec potentia inferior viſa eſt. Cum Athenienſibus igitur de principatu pugnaciter certavit, iiſq; victis imperium conſe-

Status Græciæ in quarto millenario.

Tres theſauri Græciæ.

Panathenaicus λόγος oratio habita in celebri cõventu Græcorum.

conſecuta eſt, & uſq; ad Leuctricam pugnam retinuit. Non multò pòſt vulneribus mutuis attriti atq; enervati Græci ſub Philippi Macedoniæ regis & Alexandri Magni iugum miſsi ſunt. Ita igitur inteſtinis motibus, diſsidÿs & bellis quaſſata Græcia imperium & libertatem amiſit, tandemq; ſub Romani populi imperium cecidit.

Olympiades.

Anno mundi 3196. Olympiades Græcorum cœperunt. Etſi enim ante multos annos ab Hercule inſtitutæ erant: tamen hoc anno renovatæ ſunt.

Deſcriptio Olympiorum.

Nomen habent vel ab Olympo monte in Arcadia, prope urbes, Elidem & Piſam: vel à Iove Olympio, cuius cauſa celebratæ ſunt. Sunt autem Olympia certamina, in quibus Græci ſuas vires, ingenium, virtutem, & induſtriam exercebant & oſtentabant. Erantq; adeò tales conventus in Græcia ſimiles comitÿs imperialibus, quibus fœdera renovabantur, deliberationes de pace & bello ſuſcipiebantur, & de anni ordinatione agebatur. Tales fuerunt præcipui in Græcia.

1. Olym-

1. Olympici ſcilicet conventus vel ludi. 2. Pythici, qui in ultima ora Græciæ celebrantur verſus Theſſaliam. 3. Nemei, propè Argos. 4. Iſthmij, ad Iſthmum Corinthiacum, ubi Neptunus religioſè colebatur. Pythica certamina dicuntur ab Apolline, quia Apollinis cauſa fiebant. Eiuſmodi certamina potiſſimum deſcripſit Pindarus in ſuis Odis. Celebrabantur autem quinto quoq; anno ineunte, in ſolſtitio æſtivo, primo die menſis Hecatombæonis, qui ferè eſt noſter Iulius. Inde Olympias eſt ſpacium quatuor annorum integrorum, Latinis ferè idem quod luſtrum: & per Olympiades Græci numerârunt, quemadmodum nos per annos Chriſti. Durârunt uſq; ad Synodum Nicæam, ſub Conſtantino Magno, qui pro ijs indictiones inſtituit.

Numerus certaminum ſeu conventuum in Græcia.

Tempus.

Olympias quid ſit?

Anno mundi 3229. Meſſeniorum vel Lacedæmoniorum bellum exarſit hoc modo: Lacedæmon potens Reſpub. fuit in Peloponneſo, nullis muris cincta, ſed populoſa, virtute, viribusq; præſtans. Dicitur etiam Sparta. Legibus Lycurgi benè

Bellum Meſſen. & Lacedæmon.

benè conſtituta & firmata fuit. Meſſene quoq́ civitas fuit Peloponneſi. Inter has igitur bellum exortum eſt hac occaſione. Tantam habebant Meſſenij cum Spartanis gratiæ coniunctionem, ut alteri alteris virgines ſuas ad peragenda ſacra, tanquam ad ſolennes epulas, mitterent. Meſſenij verò aliquando miſſas ad hunc uſum virgines à Spartanis, in ſolenni ſacrificio viciârunt. Quamobrem Spartani bellum illis intulerunt, religioneq́ ſeſe obſtrinxerunt, non reverſuros ſe eſſe domum, priuſquam Meſſenen expugnâſſent. Duravit autem hoc inteſtinum bellum annos 20. ſed tandem victi ſunt Meſſenij, & duriſſima ſervitute oppreſſi à Lacedæmonijs, ut proverbium inde ſit natum: Meſſene ſervilior. *Sed Meſſenij impatientes ſervitutis tantæ, bellum renovârunt. Itaque Lacedæmonij conſulto oraculo juſſi ſunt ab Athenienſibus ducem belli petere. Hi Tyrteum miſerunt, Poëtam claudum, qui diu infeliciter admodum cum Meſſenijs pugnavit. Sed ad extre-*

Occaſio.

Cauſa.

Exitus.

Carmẽ Tyrtei recitatur à Lycurgo, in oratione cõtra Leocratem.

extremum carmine à ſe compoſito & recitato animos militum ad ſpem vel victoriæ, vel ſepulturæ honeſtæ mirum in modum erexit. Denuò igitur congreſſi cum Meſſenijs Lacedæmonij victores evasère. Juſtinus lib. 3. Meſſenij verò patrijs ſedibus pulſi, in Siciliam venerunt, & Meſſanam ibi condiderunt. Poſt annos verò quingentos rediêre in Peloponneſum, resq; ſuas poſtliminiò recuperârunt, & Meſſenem inſtaurârunt, anno tertio Olympiadis 102. ut Pauſanias in Meſſenicis ait.

BELLUM MIleſiorum.

M*iletus Aſiæ minoris urbs eſt, caput Ioniæ ad mare Ægæum, Thaletis patria. Hanc undecim annis oppugnavit Sadyattes Lydiæ rex, & poſt eum filius ejus Halyattes. Tandem acceptis detrimentis multis pax conciliata eſt pactione hoſpitalitatis ac ſocietatis mutuæ. Herodot. lib. 1.*

PVGNA MARATHOnia, Anno mundi 3480.

Mara-

Digitized by Google

Marathon urbs fuit in agro Attico, in cuiꝰ campo pugna acerrima eſt commiſſa inter Perſas & Athenienſes, quæ ob id Marathonia appellatur. Cauſæ verè belli duæ fuerunt. 1. Piſiſtratus Democratiam, id eſt, popularem ſtatum ſeu gubernationem Reipub. mutârat in Monarchiam, id eſt, unius dominationem ſive tyrannidem. Poſt eius mortem filius Hippias vi imperium civitatis obtinuit, & cùm propter tyrannidem patria eiectus eſſet, in Perſiam abijt, ut Dario regi Perſarum patriam proderet. Animadverterat enim cupiditate illum magna teneri potiundæ Atticæ, ut in ſua provincia natas ficus Atticas ederet, id eſt, Atticam in ditionem ſuam redigeret. Altera cauſa erat, quòd Athenienſes Iones, qui à Dario deflexerant, adiuviſſent. Propter has igitur cauſas exercitum in Atticam miſit Darius, cui etiam Hippias interfuit. Athenienſes verò cognito hoſtium adventu deliberârunt, utrum ſatius eſſet in urbe obſidionem tolerare, an verò foris cũ hoſte confligere.

Cauſæ.

Placu-

Digitized by Google

Placuit tandem exercitum in campũ educere: & delectus eſt belli dux Miltiades, qui commiſſo prælio in hoc campo Marathonis, cum novem millib. Atticorũ militum, ac mille Platæenſibus, ſupra centum millia Perſarum fudit. Thucyd. lib. 6. Suidas in dictione Hippias. Pro hac victoria Miltiadi mercedem angvinam rependit patria. Cùm enim rem ad Parum infeliciter geſſiſſet, accuſatus eſt à Xantippo Periclis patre, & 50. talẽtis, i. e. triginta millibus coronatorum multatus. Quam ſummam cùm exolvere non poſſet, in carcerem coniectus eſt, & extinctus. Herod. lib. 2. Cauſa tantæ ingratitudinis alia non fuit, niſi ſuſpicio & metus potentiæ & autoritatis, ne ſcilicet Piſiſtrati exemplo tyrannidem affectaret. Hippias verò tyrannus & proditor patriæ in hoc prælio occubuit, & pœnas ſuæ perfidiæ dedit. Frater eius Hipparchus propter libidines ab Harmodio & Ariſtogitone interfectus eſt. Huic in ſomnijs paulò ante mortem ſpectrum viri grandis ſpecie in aures inſuſurravit verſum hunc:

Miltiades.

Angvina merces reddita Miltiadi.

Hippiæ & Hipparchi tyrannorum pœnæ.

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει. *Nemo hominum injuſtorum pœnam non perſolvet. Herodot. in Terpſichor. Thucyd. lib. 5.*

DE ARISTIDE ATHENIENſIUM IUſTIſSIMO.

FUit quidem *Reſpub. Attica multarũ artium & virtutum parens: Sed benè meritis malam admodum gratiam retulit. Quam enim mercedem rependit Miltiadi, eandem etiam Ariſtidi, Themiſtocli, Cimoni, Phocioni, & multis aliis perſolvit. Nec cauſam ferè aliam habuit, niſi invidiam, quæ perpetuæ virtutis & gloriæ comes eſt: ac futilem etiam metum, ne altiùs fortè tales emergerent, & tyrannidem affectarent. Hinc Cimonem decem annorum exilio multavit. Ariſtidem verò ducem juſtum, pium, rectè ſentientem, optimeq́ meritum damnavit, & urbe ejecit, anno mundi 3489. Hujus memorabilia maximè ſunt facinora.*

I. Moderatè omnia egit. Cum Themiſtocle aliquando, cui ſæpius in Repub. geren-

gerenda adverſatus erat, legatione fungens, privatam ſimultatem deponendam eſſe cenſuit: Age, inquiens, inimicitias intra patriæ fines deponamus, & Reipub. cauſa conſentiamus.

II. *Civium furori ceſſit, & damnatus oſtraciſmo, abſque tumultu in exilium abijt, fauſta optans patriæ.*

III. *Exilij ærumnas tanta patientia tulit, ut patriæ non minus abſens, quàm ſi præſens eſſet, commodârit. Cùm enim Xerxes Perſarum rex Græciam invadens offerret ei per legatos ſuos mille Daricos, quò ipſius opera contra Athenienſes uti poſſet: negavit Ariſtides, ſibi tàm grandi pecunia opus eſſe, nec ſe Perſicas divitias curare, dum cibario pane contentus eſſet. Conceſſa in patriam redeundi poteſtate propter hoſtium adventum, non vindictæ cupidus, ſed communis patriæ ſalutis ſtudioſus fuit. Themiſtoclem ducem ſalutaribus conſilijs inſtruxit, & de reb. agendis præclarè admonuit. Plutarchus & Suidas. Ejus tamē liberis gratiam hanc retulit populus Athenien-*

Ariſtides noluit pecuniæ vim magnam ab hoſte accipere, ut ageret aliqvid contra patriam. Athenienſes in communi periculo omnes exules domū revocârunt.

nienſis,ut filiab. ſingulis ter mille drachmas dotis loco dederit.filio verò Lyſimacho centum minas argenti, totidemq; agri optimi iugera donarit, tum in dies etiam ſingulos quatuor drachmas, hoc eſt, dimidium aureum Rhenanum decreverit.

DE CIMONE.

1. *Cimonis inprimis commendatur pietas in patrem Miltiadem,quam in eo declaravit, quòd eius vincula in ſe tranſtulit, quo ſepeliri ille poſſet.*

2. *Laudatur eius liberalitas, quòd civibus & hoſpitibus poteſtatem fecerit utendi fructibus agrorum ſuorum, & ſingulis diebus egenis convivium apparârit. Iccirco Georgius Leontinus præclarè dixit, Cimonem ita opes poßidere, ut ijs uti ſciret: Vſum verò divitiarum húc referre, ut eſſet in honore.*

3. *Ab ingrata patria Oſtraciſmo, hoc eſt, relegatione, ſive infamia & bonorum amißione mulctatus, in ipſo etiam exilio patriæ plurimũ profuit. Nam & Perſicum exercitum ad Strymonem fluvis*

Digitized by Google

fluvium fugavit, & hoſtibus perditis, in loca eorum colonias Athenienſium duxit, tum provincias etiam minoris Aſiæ ab Ionia uſq; ad Pamphiliam Perſis eripuit, & Athenienſibus ſubjecit. Poſtremò pacem Græciæ conciliavit ad annos quinquaginta. Quocirca tres ſtatuas Mercuriales ei poſuit civitas Attica, cum honeſtiſſima inſcriptione, quæ extat in oratione Aeſchynis contra Cteſiphontem.

DE PHOCIONE.

P*Hocion civis Atticus à tenera ætate ſtudijs optimis incubuit. Moribus adeò fuit gravibus, ut nunquam ridere aut flere conſpectus ſit. Oratione uſus eſt ſapiente, & ſalutaria ex animo profundo proferente. In repub. gerenda ad pacem omnia conſilia direxit. Comitijs quidem interfuit nunquam; ſed abſens nihilominus creatus eſt dux quadragies & quinquies. Eubœam liberavit, Byſantium ſervavit, Alexandrum Athenienſibus placavit, munera celſo animo ſprevit. Cum Harpalus vim auri ei magnam*

offerret, pœnas ei minitatus eſt, quòd corrumpere civitatem non deſineret. Cum alius dona ei offerret, recuſavit itidem. Cumq́ʒ is oraret, ut filio ſuo ea accepta ſervaret, reſpondit: filius meus, ſi mutata vita temperantiæ ſtudebit, paternis bonis erit contentus: ſin perget ut cœpit, nihil ei ſatis erit. Conſtantiam deniqʒ in omnibus dictis & factis adhibuit, & tandem proditionis accuſatus, capitisq́ʒ damnatus, eundem vultum, quem in proſperis geſſerat, retinuit.

BELLVM GRAECORVM cum Xerxe Perſarum rege, Anno mundi 3491.

CAuſa huius belli acerrimi fuit incitata Darÿ cupiditas vindicandi cladem in Marathonia pugna acceptam. Conſtituerat enim multò majoribus copÿs Græciam invadere, ut maculam ſuperiori bello ſuſceptam deleret. At cum mors eum prævenîſſet, odium hoc ſuum, & bellum in filium Xerxem tranſtulit. Is igitur omni contentione expeditionem hanc obivit, & adduxit in Græciam

Digitized by Google

am naves, & copias claſſiarias atq; terreſtres ingentes, quæ ſuprà in hiſtoria Xerxis expoſita ſunt. Etſi verò perturbata eius adventu Græcia fuit: tandem tamen depoſitis omnibus privatis ſimultatibus, in conventu commune decretum, quod Syncretiſmus appellatur, fecit, ſuſcipiendam eſſe patriæ defenſionē, quicunq; tandem exitus belli futurus eſſet. Bellum ſic geſtum & confectum eſt.

Syncretiſmus Græcorum, ſeu fœdus commune adverſus Xerxem, Itali vocant Ligam ſanctā.

1. Pugna Leonidis cū Xerxe.

Principium equidem minimè fuit fauſtum. Sol enim tam tetris & horrendis tenebris obſcuratus eſt, ut ſtellæ cœlo hærentes interdiu, cœlo alioqui ſereno, conſpicerentur. Tum Xerxes etiam in ſubditi cuiuſdam Pythij *filium ſævitiam immanem exercuit. Cum enim is uni de quinq; filijs ſuis vacationem à bello peteret, rex eligere juſſit, quem vellet. Electum verò natu maximum mox in partes duas diſtraxit, eaſq; ad viæ latera poſuit, & hac laniena, tanquam victima, exercitum luſtravit. Herodot. lib. 7. Acceſſit etiam portentum equæ in caſtris Perſicis leporem parientis.*

Thermopylæ ſunt anguſtiæ montium Theſſaliæ, die enge Clauſſen per quas tranſitus in regionem Phocenſem erat.

1. *Leonides Spartanorum rex ducens exercitum 300. militum Spartanorum obſidet & munit Thermopylas, per quas Xerxes traducturus exercitum ſuum, tantiſper repreſſus eſt, donec in conflictu ad unum omnes Spartani, in Perſico verò exercitu viginti millia ceciderunt. Idq́ factum eſt ineunte æſtate, in ipſo certamine Olympico. Herod. lib. 7. Perſæ caput Leonidi præciderunt, & cruci affixerunt.*

Eubœa eſt Inſula maris mediterranei: hodie appellatur Nigropontus.

2. *Navali prælio duce Eurybiade Lacedæmonio vicerunt Græci Perſas ad Artemiſium EubϾ promontorium.*

3. *Cùm Athenienſes admoniti ab oraculo urbem deſeruiſſent, ut navali prælio cum hoſte decertarent: Xerxes Athenas vacuas hominibus et præſidio inventas cepit, & arcem incendit. Herodotus lib. 8. Tranſportârunt autem Athenienſes ſuas conjuges & liberos in Peloponneſum, ubi à Træzenijs liberaliter accepti & tractati ſunt. Hi enim liberis, & conjugibus Athenienſium non ſolùm liberalem victum præbuerunt, ſed honeſtam*

ſtam etiam inſtitutionem publico ſtipendio liberis procurarunt. Plut. in vita Themiſt. Phocenſes verò & Thebani ad Perſas defecerunt. Itaq; miſit Mardonius dux Perſicus Alexandrum regem Macedoniæ ad Athenienſes, qui perſuaderet illis blanda oratione, ut ſocietatem cum Xerxe jungerent. Sed Athenienſes adeò omnes ſocietatis & deditionis conditiones repudiârunt, ut lapidibus obruerint Cyrſilum vel Lycidam, quòd conſilium deditionis dediſſet. Inſuper etiam uxorem eius mulieres Atticæ facto impetu occiderunt. Herodot. lib. 9. Demoſthenes de corona.

Cyrſilus appellatur à Demoſthene, Lycidas ab Herodoto.

4. *Duce Themiſtocle pugna navalis commiſſa eſt ad Salaminem Inſulam maris Euboici, è regione Athenarum, in qua victus Xerxes è Græcia parvo navigio in Aſiam fugit, ſicut oraculum prædixerat: In ligneis muris ſalva erit civitas Attica, id eſt, navali prælio ſuperabit hoſtes.*

Salamin.

5. *Athenæ incenſæ ſunt à Mardonio, duce Perſico, poſt menſes decem ab oc-*

cupatione prima per Xerxem. Tum Græci iterum cum Mardonio conflixerunt ad Plateas in Bœotia, duce Pauſania, in quo prælio Mardonius occubuit.

Exitus belli triennalis: Victi ſunt Perſæ: Libertatem ſuam retinuerunt Græci.

6. *Athenienſes uxores & liberos ſuos Athenas reduxerunt, & Themiſtoclis conſilio urbem & muros inſtaurarunt, repugnantib. Lacedæmoniјs, anno mundi 3494. Thucydides lib. 1. Thebanos verò, qui Perſas adiuverant, oppugnârunt, in easq́ anguſtias adduxerunt, ut ſeſe dedere coacti ſint.*

Dum hæc geſta ſunt, Xerxes Sardibus amori operam dedit, fratris Maſiſtæ uxorem de ſtupro ſollicitavit, fratrem indignè id ferentem occidi iuſsit, ipſe verò in Perſiam reverſus ab Artabano ſatrapa confoſſus eſt.

DE PAVSANIA.

Pauſanias Spartanorum dux, primùm cum Athenienſibus ad Plateas interfecit Mardonium, & Perſas ex tota Græcia profligavit. Deinde cum Cimone & Ariſtide urbes Græcas in Cypro, & Helleſponto à præſidio Perſico liberavit.

Digitized by Google

vit. Tum Byzantium etiam occupavit. Atq; hactenus moderatione digna viro magno & ſapiente uſus fuit. Invitatus ad exercendam crudelitatem humaniſſimè reſpondit: Sibi ſatis eſſe, ſi ſancta dicendo & ſancta faciendo Spartanis ſuis placeret. Poſtea verò cum fortuna animum mutavit, Xerxi captivos Perſas, inſcijs ſocijs, remiſit, filiam eius uxorem ſibi dari per literas petijt, Spartam, & Græciam reliquam ſe ſubiecturum eſſe illi promiſit, & alia crudeliter in ſocios egit. Itaq; accuſatus à ſocijs, Spartam ad dicendam cauſam revocatus eſt, & primùm quidem à proditionis crimine abſolutus eſt. Sed non multò pòſt iterum conſilia cum Perſis communicavit, per literas, quas Argilio in Perſiam perferendas dedit. Sed proditus ab illo, cùm pœnam ſibi ab Ephoris paratam metueret, confugit in Minervæ delubrum, in quo, obſtructis foribus, fame contabuit. Cùm enim Lacedæmonij dubitarent, num ab ara abſtrahere Pauſaniam ſupplicem liceret: mater eius

Alcithea acceſſit tacita, & primum laterem ad obſtruendum fores depoſuit.

Exemplum continentiæ & incontinentiæ Pauſaniæ.

Diodorus Siculus lib. 11. Continentia ſuæ eximium ſtatuit documentum, cùm à Coa abſtinuit, quæ victis Perſis cum veſte ſpecioſiſſima advenit, & genua eius amplexa libertatem petijt. Herodot. lib. 9. Sed poſtea Cleonicen civis Byzantini filiam rapuit ad ſtuprum, eamq́; noctu ad ſe adductam in cubiculum, neſcio qua animi conſternatione permotus, occidit. Hujus ſpecies poſtea in ſomnis illi apparuit, & pœnam minitata eſt hoc verſu:

Pauſanias a ſpiritu vexatus.

βαῖνε δίκης ἆσσον: Μάλα τοὶ κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Vade ad pœnam propius: iniuria valdè eſt mala ſeu pernicioſa viris. vel:
Pœna luenda tibi eſt: affert iniuria clades.

Ajunt ab eius ſpiritu ad mortem uſque vexatum eſſe Pauſaniam. Tandem cum in templum profugiſſet, ut tutus ibi eſſe poſſet, occluſus illic, ut dictum eſt, & fame enectus eſt.

Themiſtocles.

Circa annum mundi 3501, Themiſtocles

Digitized by Google

ſtocles dux Athenienſium præclarè de patria meritus æmulorum invidia in exilium eſt projectus. Fuit autem vir non ingenij ſolùm magnitudine, ſed prudentia etiam & celeritate, felicitateq; in rebus agendis præſtans: ambitioſus tamen, ut cum virtutibus ferè vicia exæquâſſe videatur. Apparet eum conſilij ſui ſucceſſu & victoria ad Salaminem factum eſſe inſolentiorem. Nam & primæ partes omnium Græcorum conſenſu ei datæ ſunt, & Lacedæmonij coronam ex folijs oleæ contextã capiti illius impoſuerunt, & in conventu Olympico præconium glorioſsiſsimum ei factum eſt, quaſi eius unius conſilio & ſapientia victi eſſent Perſæ, & ſervata Græcia. Sed hanc gloriam obſcuravit tandem ſenio confectus, cum adeò ſibi indulſit, ut à quatuor nudis mulierculis in forum trahi voluerit. Itaq; pœna veſtigijs eum conſecuta eſt, & quamvis de patria benè meritus eſſet: tamen accuſatus proditionis, tanquam ſocius conſiliorum Pauſaniæ, exilio ad annos 15. affectus eſt. In ipſo

Pœna eſt comes inſolentiæ, ſicut omnibus penè magnis viris accidiſſe videmus.

A a 5 *verò*

Varia fortuna Themiſtoclis in exilio.

verò exilio, DEVS bone, quàm varia & dura fortuna conflictatus eſt. Primùm profugit in Corcyram, inde in Epyrum, & ad regem Moloſſorum Admetum, cum quo inimicitias exercuerat. Hunc ut placatiorem haberet, filium ipſius puerum amplexus ad focum ejus ſe projecit. Is enim ſupplicandi modus omnium efficaciſſimus & tutiſſimus ibi habitus eſt. Deinde metuens patriæ & Lacedæmoniorum inſidias, ad regem Perſicum Artaxerxem ſe contulit. Hunc cum more Perſico adoràſſet, ſeq́ Themiſtoclem illum Athenienſium ducem profeſſus eſſet, culpam deprecatus eſt, & cum gaudio magno ab eo acceptus fuit. Optavit enim is, ut DEVS ſemper eum animum hoſtibus daret, ut optimos ſuorum eijcerent. Honoribus etiam & opibus Themiſtoclem auxit, unde animum ille recepit, & ſuis Athenienſibus felicitatem ſuam apud Perſas nunciari voluit. Quod cùm in malam partem acciperetur ab aulicis, odio eum habebant, & ſerpentem Græcum varium appellabant.

Fuga Themiſtoclis in Perſiam ad Artaxerxem.

Digitized by Google

bant. Quare metuit ſibi Themiſtocles, & in Gynecæum confugit. Tandem bellum Græcis facturus Artaxerxes, Themiſtocli mandavit, ut, quod promiſiſſet, exolveret, & ſe ducem belli contra patriam præberet. Id verò vel durum valdè ſibi, vel indignum ſua perſona exiſtimans Themiſtocles, privari ſe vita maluit. Itaque peracto prius ſacrificio, venenum, quod ſecum circumtulerat, hauſit, & expiravit, annos natus 65.

Mors Themiſtoclis. Cicer. Themiſtocles excepit ſanguinem tauri, & eo poto mortuus concidit.

Ita ſolet Satanas inſtillare hominibus hoc dulce venenum, ut putent, ſe non peccare, ſi vitam ſibi ipſi eripiant, pietatis prætextu.

ALIVD BELLVM ATHENienſium cum Perſis.

ANno mundi 3502. Athenienſes Aegyptijs in bello contra Perſas opem tulerunt, in quo naves ſuas omnes amiſerunt. Paulò poſt igitur aliud bellum cauſa vindicandæ libertatis quarundam urbium Græcarum in Aſia Perſis intulerunt, duce Cimone. Is in Cyprum claſſe traiecta, uno eodemq; die Perſas navali & terreſtri prælio

prælio ad Eyrimedontem fluvium vicit. Diodorus lib. 12.

Poſtea anno mundi 3523. Iterum Athenienſes cum Perſis bellum geſſerunt eodem Cimone duce in Cypro, ubi cæſis Perſis occupata eſt à Cimone Inſula. Inde pax illa Græciæ celebris inter Athenienſes & Artaxerxem ſecuta eſt, Græcisq; civitatibus in Aſia libertas data. Diodorus lib. 12.

DE ATHENIENSIbus & Lacedæmoniijs.

ATHENAE ET LACEDAEmon duo ſoculi Græciæ.

Cauſa æmulationis Athenienſium & Lacedæmoniorum.

Poſt victoriam Perſicam opibus & viribus aucti Athenienſes, maris imperium adepti ſunt, & Inſulis multis potiti. Nam multæ civitates allectæ Cimonis & Ariſtidis humanitate Athenienſibus ſeſe adiunxerunt, relictis Spartanis. Vnde inſolentiores facti Athenienſes offenſionem odij & injuriæ acerrimã excitârunt. Nondum etiam ſimultatem depoſuerant Lacedæmonij ex refectione muro-

murorum Atticorum contra ipſorum edictum ſuſceptam. Non obſcura igitur æmulationis ſigna utrinque ſunt data, quæ tamen fœdere inito ad annos 30. ſunt ſublata, quod fœdus tricennale nominatur: Sed non ultra annos 14. ſervatum eſt, eiusq́ violatio cauſa belli Peloponneſiaci extitit. Factum eſt autem hoc fœdus anno mundi 3536.

Imperium Græcorum fuit modò penes Lacedæmonios, modò penes Athenienſes. Tandem devenit ad Philippum & conſequentes Macedoniæ reges. Poſtremò in Rom. poteſtatem redacta eſt Græcia, devicto Perſeo. Nunc Turcico tyranno paret.

BELLVM PELOPONneſiacum, inter Lacedæmonios & Athenienſes.

PEloponneſus nobiliſſima regio Græciæ mari Ionio & Aegæo intercluſa, per Iſthmum reliquæ Græciæ adhæret. Dicta eſt quaſi Pelopis inſula, quòd Peninſula ſit à Pelope condita, vel certè exculta. Hodiè Morea dicitur. Celeberrima ejus urbs fuit Corinthus, propugnaculum totius Peloponneſi, opibus & copÿs,

Pelops fugiens patris crudelitatē, utpote à quo iuſſus erat coqui & convivis apponi, venit in eam partē Græciæ, quæ ab ipſo Peloponneſus eſt dicta.

prælio ad Eyrimedontem fluvium vicit. Diodorus lib. 12.

Poſtea anno mundi 3523. Iterum Athenienſes cum Perſis bellum geſſerunt eodem Cimone duce in Cypro, ubi cæſis Perſis occupata eſt à Cimone Inſula. Inde pax illa Graciæ celebris inter Athenienſes & Artaxerxem ſecuta eſt, Græcisq; civitatibus in Aſia libertas data. Diodorus lib. 12.

DE ATHENIENSIbus & Lacedæmonijs.

ATHENAE ET LACEDAEmon duo ſoculi Græciæ.

Cauſa æmulationis Athenienſium & Lacedæmoniorum.

POſt victoriam Perſicam opibus & viribus aucti Athenienſes, maris imperium adepti ſunt, & Inſulis multis potiti. Nam multæ civitates allectæ Cimonis & Ariſtidis humanitate Athenienſibus ſeſe adiunxerunt, relictis Spartanis. Vnde inſolentiores facti Athenienſes offenſionem odij & injuriæ acerrimã excitârunt. Nondum etiam ſimultatem depoſuerant Lacedæmonij ex refectione muro-

Digitized by Google

murorum Atticorum contra ipſorum edictum ſuſceptam. Non obſcura igitur æmulationis ſigna utrinque ſunt data, quæ tamen fœdere inito ad annos 30. ſunt ſublata, quod fœdus tricennale nominatur: Sed non ultra annos 14. ſervatum eſt, eiusq́ violatio cauſa belli Peloponneſiaci extitit. Factum eſt autem hoc fœdus anno mundi 3536.

Imperium Græcorum fuit modò penes Lacedæmonios, modò penes Athenienſes. Tandem devenit ad Philippum & conſequentes Macedoniæ reges. Poſtremò in Rom. poteſtatem redacta eſt Græcia, devicto Perſeo. Nunc Turcico tyranno paret.

BELLVM PELOPONneſiacum, inter Lacedæmonios & Athenienſes.

PEloponneſus nobiliſſima regio Græciæ mari Ionio & Aegæo intercluſa, per Iſthmum reliquæ Græciæ adhæret. Dicta eſt quaſi Pelopis inſula, quòd Peninſula ſit à Pelope condita, vel certè exculta. Hodiè Morea dicitur. Celeberrima ejus urbs fuit Corinthus, propugnaculum totius Peloponneſi, opibus & copijs,

Pelops fugiens patris crudelitatẽ, utpote à quo iuſſus erat coqui & convivis apponi, venit in eam partẽ Græciæ, quæ ab ipſo Peloponneſus eſt dicta.

Iſthmus eſt tranſitus anguſtus, velut collum, cuius latitudo fuit unius milliaris, & quartæ partis.

pijs, boniſq́ omnibus propter opportunitatem ad commercia affluens. Acrocorintho monte, quaſi quadam arce munita erat, in quo templum Veneris ſtetit, quod virgines ſupra mille Veneris cultui conſecratas habuit, ad quod concurſus ex omni Græcia magnus fiebat. In eodem monte etiam erat amœniſſimus fons Pyrene, Muſis ſacer. Cicero pro lege Manilia appellat Corinthum lumen Græciæ, de cujus miſerabili excidio poſtea dicetur. Ab hac igitur parte Græciæ fuit dictum bellum Peloponneſiacum, propter urbem ſcilicet Corinthum, quæ defenſionem Dyrrachienſium contra Corcyræos ſuſcepit.

2. *Tempus. Cœpit autem hoc bellum anno mundi 3541. in vere, duravitq́ annos 27. & menſes aliquot, ſicut prædictum erat, duraturum eſſe tres novenarios.*

3. *Omina. Exardeſcente hoc bello Solis Ecclipſis in æſtate fuit tanta, ut ſtellæ paulò poſt meridiem conſpectæ ſint. Hac terribili obſcuratione cum navarchus expa-*

expaviſſet, Pericles Athenienſium dux oculos eius pallio velavit, ut pavorem illi eriperet. Poſtea demto iterum pallio interrogavit, nunquid incommodi percepiſſet interea, dum oculi fuiſſent contecti? Quod cum ille negâſſet, reſpondit Pericles: Sic nec ex Solis obſcuratione detrimentum capimus, quamvis ad tempus breve interpoſito Lunæ corpore obtegatur.

Periclis impia interpretatio Eclipſis.

Sequente anno, qui ſecundus erat ab initio belli, lues ingens in Atticam invaſit, partim ex aeris vitio, partim ex victu corrupto, partim etiam ex immodico æſtu, & Eteſiarum repreſſione. Ejus tanta fuit ſævitia, ut non ſolum innumerabilem hominum multitudinem extinxerit: ſed corpora etiam ita incenderit, ut membra putrefacta de corporibus deciderint. Thucyd. lib. 2.

Lues.

Apparuit Cometes, qui 60. dieb. arſit. Delus terræ motu quaſſata eſt. Acceſſit et oraculi vaticinium: ἥξει δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ: Veniet Doricum bellum, & peſtis cum eo. Vel, adveniet bellũ ſimul & ſæviſſima peſtis. Thucyd. lib. 2.

Verſus de copulatione belli & peſtis.

4. Cau-

αἴτιον. 4. *Cauſa principalis, ſeu vera tàm diuturni & funeſti belli fuit ambitio & æmulatio duarum potentiſſimarum civitatum, Atticæ & Spartanæ. Cum enim Athenienſes â victis Perſis imperium Græciæ iam annos 50. tenuiſſent, metuerentq́ Lacedæmonij, ne vires atque potentia Athenienſium nimis creſceret, in invidiam eos rapuerunt, & occurrendum in tempore eſſe judicarunt, ne totam Græciam poteſtati ſuæ ſubijcerent. Thucidides lib. 1. Idem lib. 2. ait, Periclem fuiſſe facem, ſive autorem hujus belli, qui Orator quidem fuit, & dux admirabili ſolertia præditus, ſed inquietus. Quamobrem ad bellum crebris concionibus populum Athenienſem inſtigavit.*

πρόφασις vel ἀφορμή. *Occaſio. Dyrrachienſes à barbaris terra mariq́ vexati legationem miſerunt ad Gorcyræos, & opem eorum implorârunt. Legati verò cum in Corcyram veniſſent, ac in templo Iunonis ſupplices pro more gentis facti eſſent, à Corcyrenſibus non ſunt accepti, ſed re infecta domum redierunt. Ob hanc ergò repulſam*

Dyrrachium fuit oppidum Macedoniæ, hodiè Dyrazonomi.

pulſam à Corcyrenſibus ad Corinthios, ſicut ab oraculo juſſi erant, confugerunt. Corinthij verò defenſionem Dyrrachienſium contra Corcyræos ſuſceperunt, & Lacedæmonios etiam ad id bellum pertraxerunt: Corcyræi è contrario Athenienſès ſibi adjunxerunt. Ita ductu Athenienſium & Lacedæmoniorum tandem bellum hoc geſtum eſt, cujus prima fax fuerunt Corcyræi, quod Dyrrachienſes ſupplices repudiârunt, & Corinthios, quorum colonia erant, contempſerunt. Thucyd. lib. 1.

natur etiam Epidamnus.

Alij hac ocaſione exarſiſſe hoc bellum ſcribunt: Megarenſes vicini Athenienſium lucum quendam violarant. Ob id decretum fecit Pericles, quo illi à finibus & portu Attico, hoc eſt, à commercijs, & negociationibus in ditione Athenienſium abſtinere juſſi ſunt. Hoc decretum nimis durum fuit viſum Megarenſibus. Iccircò queſti de eo ſunt apud Lacedæmonios. Hi miſſa Athenas legatione, abrogari, vel certò mitigari decretum petiverunt. Quod cum Pericles pertina-

Digitized by Google

citer recuſaret, bellum conflatum eſt.

5. *Auxilia.* *Moto hoc bello, velut communi incendio, ad arma venit tota Græcia, aliјs aliј parti ſe adiungentibus. Lacedæmoniorum ſociј erant Peloponneſii, Megarenſes, Locri, Bæotiј, Phocenſes, & aliј complures. Athenienſium verò Chiј, Lesbiј, Platæenſes, Corcyrenſes, & multæ aliæ civitates atq; inſulæ.*

Socij in bello ex utraque parte.

6. *Prælia & acta in hoc bello.* *Primum prælium inter Chorinthios & Corcyræos commiſſum eſt, in quo Corinthiј ad Actium ſunt victi.*

Primum prælium. Actium promontorium Aegypti.

II. Corinthiј vicerunt Corcyræos, & eorũ ſocios Athenienſes ad Sybota Inſulas.

Secundum prælium. Sybota, Inſulæ ſunt tres.

III. Athenienſes imperium Pericli abrogârunt, & pacem à Lacedæmoniјs petiverunt. Sed fruſtrà. Quocirca Pericli imperium reddiderunt, qui biennio pòſt mortuus eſt. Steterunt autem res Athenienſium meliore loco, quàm Lacedæmoniorum, primo ſexennio, quo Lacedæmoniј graviter afflictati ſunt.

Lacedæmonij pacem denegant Athenienſibus.

IV. Lacedæmoniј miſerunt Legatos ad

Lacedæmonij ſtudent

Artas

Artaxerxem Perſarum regem, petituros, ut ſe ſocium belli præberet contra Athenienſes: ſed intercepti ſunt Legati, & indemnati omnes ſtatim occiſi ab Athenienſibus. Thucydides lib. 2. attrahere Perſas in Græciam.

V. *Cùm decem fermè annos varia & ancipiti fortuna bellum adminiſtratum eſſet, pax inter Athenienſes & Lacedæmonios, ſuaſore & impulſore Nicia, Athenienſium duce, ad annos quinquaginta mediocribus conditionibus facta eſt: quæ tamen annos ſex & menſes decem tantùm duravit.* Pax facta & iterum violata.

VI. *Athenienſes Alcibiadem belli ducem legerunt, qui autor rumpendæ pacis & renovandi belli extitit, homo inquietus, ambitioni, ſuperbiæ, luxui deditus. Thucyd. lib. 6. De hoc Plutarchus ait in vita Lyſandri: Græcia nec duos Alcibiades, nec duos Lyſandros ferre potuit.* Alcibiades inquietus reſuſcitat bellum.

VII. *Anno mundi 3556. belli Peloponneſiaci 16. Egeſtani Siculi legatione miſſa ab Athenienſibus opem petiverunt adverſus Syracuſanos. Etſi autem Nicias in conventu Attico diſſvaſit ex-*

peditionem in Siciliam: plus tamen valuerunt clamores Alcibiadis, quibus tandem obtinuit, ut bellum tam levi occaſione, prætextu tamen ſpecioſo, videlicet potiundæ univerſæ Siciliæ, ſuſciperetur. Sic igitur Alcibiade & Nicia ducibus claſſis cum exercitu quadraginta millium hominum miſſa eſt in Siciliam, contra hoſtem ignotum, rebusq́ non, ut decuit, antè exploratis, ſine cauſa juſta & neceſſaria, nondum finito domeſtico bello contra Lacedæmonios.

VIII. Alcibiades ex Sicilia revocatur domum propter ſuſpicionem conſpirationis, quæ inde nata eſt, quòd una nocte omnes Hermæ, hoc eſt, ſtatuæ Mercuriales in templis, ædium veſtibulis, locis publicis, bivijs & trivijs collocatæ, capitibus mutilatæ ſunt. Id enim omen & ſignum diſcordiæ atque ruinæ eſſe judicabatur: inanem certè ſpem conſiliorum & cogitationum de occupanda Sicilia non obſcurè oſtendit. At Alcibiades venire domum metuit: ideoq́ ad Lacedæmonios, patriæ ſuæ hoſtes, deficit, eoſq́ ad

Hermæ.

redin-

redintegrandum bellum incitat, omnes ingenij ſui nervos in patriæ perniciem convertens.

Statuæ Mercuriales πωλυκέφαλοι erant lapides, in quibus imago Mercurij erat inciſa: ponebanturq́; in templis, agris & locis frequentioribus, ut vel viam monſtrarent, vel agros diſcernerent, vel inſcriptis ſententijs inſignibus hortarentur viatores ad cultum pietatis vel iuſticiæ, ut: ςεῖχε δίκαια φρονῶν, vade juſta ſentiens. Item: Μηδ' ἐ φίλον ἐξαπάτα: neque amicum decipe.

IX. Anno mundi 3559. Athenienſes fortuna duriore conflictari cœperunt. Ceſi enim in Sicilia domum quidem reducere claſſem cogitârunt: Sed oppreſſi à Syracuſanis navali prælio cladem horrendam acceperunt, interfectis triginta tribus millibus, ducibus verò captis & trucidatis. Reliqua multitudo, quæ erat ſeptem millium, in fodinas lapidum conjecta eſt, vbi miſerabiliter interijt.

Athenienſiû fortuna inclinata.

X. Anno belli 20. Attica Repub. varijs motibus agitata, Piſander Alcibiadis inſtinctu Democratiam in oligarchiam mutavit, et ex univerſa civium multitudine viros 400. delegit, quibus ſumma

Digitized by Google

mam poteſtatem attribuit. Deinde Thraſybulus, reliquiq́ duces Alcibadem revocarunt, ab eoq́ petiverunt, ut contra 400. viros exercitum duceret. Sed Alcibiades huic conſilio obtemperare noluit, ne, dum paucorum tyrannorum conatibus obſiſteret, totum corpus Reipubl. everteret. Tum Perſicam etiam claſſem centum & quinquaginta navium miſſam ad augendam potentiam Laconicam callidè repreſſit, ne Athenienſibus detrimentum afferret. Et in his quidem laudandus eſt, in cæteris verò vituperandus.

XI. Anno belli 21. Athenienſes nonnulli prælio vicerunt Mindarum Laconicum ducem prope Abydum, & triginta hoſtium naves ceperunt, ſuas verò, quas ſuperioribus annis amiſerant, recuperarunt.

XII. Anno 22. Thraſybulus dux Athenienſium, conjunctis copiјs cum Alcibiade, exercitum Pharnabazi ducis Perſici ad Chalcedonem urbem Bithyniæ, è regione Byzantiј profligavit, & patri-

patriam in ſpem recuperandæ libertatis erexit.

XIII. Anno 23. Athenienſes Byzantium cinxerunt, cui Anaxilaus dux Laconicus præfectus erat. Hic cum inopia rei frumentariæ tanta laboraret civitas, ut multi fame miſerabiliter extinguerentur, deditionem fecit, & copias Alcibiadis intra urbem recepit. Ob quod factum cum accuſaretur, ita ſeſe defendit: Cum hoſtibus bellum geſſi, quoad potui, cum natura verò belligerare neque poſſum, neque debeo. Anaxilaus.

XIV. Anno 24. Alcibiades Athenas revocatus magno triumpho & congratulatione accipitur, gubernationem Reipub. commendat quinquies mille viris. Ipſe verò univerſo exercitui Athenienſium præficitur. Sed paulò pòſt navali prælio ad Epheſum ſuperatus imperium amittit, & in exilium ſua ſponte abit, in quo triginta Tyrannorum inſtinctu occiſus eſt à Perſico ſatrapa. In ejus locum decem duces, inter quos fuit etiam Conon, creati ſunt.

XV. *Anno mundi 3566. navali prælio victi ſunt Lacedæmonij, quorum dux erat Callicratides, ab Athenienſibus, ad Arginuſas, prope Lesbum.*

Exitus. Anno mundi 3567. Belli verò 27. Lyſander Lacedæmoniorum dux δεινὸς σοφιστὴς ἐν ὅπλοις, *acerrimus ſophiſta in armis, totum exercitum Athenienſium delevit, ad Inſulam Aegos Potamon. Athenas obſedit, fameq́ compulſas ſeſe dedere coëgit. Vrbem ingreſſus, muros diruit, triumpho magno, adhibitisq́ tibijs & ſaltationibus, naves Atticas partim combuſſit, partim abduxit: deniq́ honore & opibus penitus ſpoliavit Athenienſes. Gubernatio verò civitatis triginta Tyrannis commiſſa eſt. Hic finis fuit belli Peloponneſiaci, triſtis admodum & funeſtus: qui documentum eſt illuſtre omnibus mortalibus, ne ambitiosè aut temerè bellum aut rem ullam ſuſcipiant, confiſi viribus aut fortuna, qua nihil eſt in rebus mortalium inſtabilius & incertius. Anno mundi 3568.*

Aegos Potamos, Latinè eſt capræ fluvius.

Vſus hiſtoriæ de bello Peloponneſiaco.

CON-

CONSECUTA.

TRiginta tyranni Athenis multa libidinosè & nefariè egerunt, ſuſtulerunt è medio plures quàm quingentos cives indemnatos, alios exilio multârunt, & proſcriptorum bona diviſerunt. Tantam ſævitiam cùm diſſuaderet Theramenes, unus de triginta illis, accuſatus eſt à Critia, tyranno crudeli, & ne lex, quæ prohibebat collegam ſine judicio occidi, obſtaret, delevit nomen Theramenis è catalogo collegarum, eumq́ condemnavit. Damnatus verò Theramenes fugiebat ad aram: ſed inde avulſus venenum bibere coactus eſt. Quod velut per ludum ebibens, reliquum ſic è poculo eiecit, ut reſonaret, Propino, inquiens, hoc pulcro Critiæ. Xenophon lib. 2. rerum Græcarum. Quamobrem induit hæc crudelitas tyrannorum pia & juſta arma Thraſybulo, qui unus erat de civibus expulſis, ut ad liberandam patriam animum appelleret. Iccircò adiutus à Thebanis urbem recuperavit, Tyrannis imperium abrogavit, & alios de-

Triginta tyranni, à Lacedæmonijs victoribus præfecti Reipub. Atticæ.

Exemplum crudelitatis in collegam.

Thraſibulus recuperat Athenas & conditiones pacis æquiſſimas conſtituit.

cem viros legit, qui tamen non multò pòſt tyranni facti ſunt: ἀμνηςίαν multorum vocibus & literis celebratam ſanxit, ut omnes conſtituta concordia ſine querela diſcederent, ἔχοντες ἕκαςοι ἃ ἔχουσι. Xenophon lib. 2.

Athenienſes ſenſim ſe colligunt, & Lacedæmonios vlciſcuntur.

Poſtea anno mundi 3577. Conon Athenienſium dux, impetrato à Perſis auxilio, Lacedæmonios navali pugna ad Cnidum ſuperavit, & muros Atticos reparavit. Ita paulatim amiſſas vires & libertatem Athenienſes recuperârunt. Interea Thebani graviter afflixerunt Spartanos, donec navali prælio Athenienſes, duce Chabria, vicerunt Lacedæmonios ad Naxum. Tunc ergò iterum debilitati Spartani imperium Græciæ inde usq; à captis Athenis obtentum paulò pòſt in pugna Leuctrica penitus amiſerunt. Thebani autem à Macedonibus edomiti atq; compreſſi ſunt. Ita civitas civitati exitio fuit. Athenienſes Spartani, Spartanos Thebani, Thebanos Macedones everterunt.

Civitatibus Græciæ inteſtina diſſenſio fuit exitio.

PUGNA

PUGNA LEUCTRICA,
Anno mundi 3601.

LEuctra fuerunt oppidum ſive pagus Bœotiæ prope Thebas, ubi atrox pugna inter Spartanos & Thebanos commiſſa eſt, quæ ob id Leuctrica nominatur. Cauſa principalis haud dubiè fuit vindicta divina. Venerant enim duo Spartani juvenes Leuctra, ubi hoſpitaliter accepti ſunt à filiabus Scedaſi, ipſo abſente. Hi verò cum amore puellarum exarſiſſent, per vim eas ſtuprârunt, & in puteum abjecerunt. Pater domum reverſus cùm animi mœrore magno amiſſas filias requireret, à cane allectus eſt ad puteum, ubi jacentes filias invenit. Quid faciat mæſtus pater? domũ & oppidum querelis atq; lamentis implet, nec inultum etiam tantum facinus relinquit. Spartam enim profectus vindictam magiſtratus implorat, ſupplicium de ſceleratis illis juvenibus ſumi poſtulans. At cùm nihil à ſuperbis & pertinacibus Spartanis impetraret, ad ſepulcrum filiarum reverſus ſeſe ibi confodit. Cùm

Nomen à loco.

Cauſa.

Exemplum fidelitatis in cane.

itaq;

Magiſtratu ceſſante, Deus ipſe exequitur iuſtitiam ſuam.

itaq; punire tantum ſcelus nollet Spartanus magiſtratus, Deum ipſum juſticiæ ſupremum cuſtodem et executorem vindicare oportuit. Acceſſit eodem Ageſilai Spartani regis odium nimis acerbum & pertinax in Thebanos, ut extinctos illos penitùs cuperet. Quamobrem miſſus eſt Cleombrotus à Spartanis cum exercitu decies mille peditum, & mille etiam equitum contra Thebanos, quorum duces erant Pelopidas & Epaminondas. Hi congreſſi cum Cleombroto ingenti ſtrage ipſum & exercitum Spartanum ceciderunt, in eo ipſo loco, vbi filiarum Scedaſi ſepulcrum erat. Hac clade Spartanorum vires penitus fractæ ſunt. Plutarchus in vita Pelopidæ, Camilli, Ageſilai. Poſt annos octo Epaminondas iterum in prælio vicit Lacedæmonios, in quo vulneratus ipſe quoque interijt. Diodorus. Extat Apollinis oraculum de hac clade apud Pauſaniam, lib. 9. in Bæoticis:

Alia cauſa belli.

Dixit hic Ageſilaus, honeſtum eſſe quicquid Spartæ vtile eſſet.

Exitus.

Leuctra mihi ſunt curæ, & mors triſtiſſima, natæ
Occiſæ Scedaſi quæ periêre duæ.

Hic atrox fiet pugna, & ſæviſſima cædes,
Fatalis quando venerit illa dies.

(Epaminondas in agone mortis interrogavit, an ſalvus eſſet clypeus? cui cùm reſponſum eſſet, ſalvum eſſe: Iterum quęſivit, à qua parte ſtaret victorìa? Cumq; cognoviſſet ſuos cives eſſe victores, læto animo, extracto ſpiculo, mortuus eſt. Cicero lib. 5. Epiſtol. ad Luceium.)

BELLUM SACRUM.

Anno mundi 3615. ortum eſt bellum decennale inter Thebanos & Phocenſes, quod Sacrum appellatur, à templo ſcilicet Delphico, quod diripuerant Phocenſes. Erant enim opes ingentes in illo templo, collectæ ex magnorum principum donarÿs, ad auri tonnas 60. alÿ plures, alÿ pauciores ponunt. Quas cùm eripuiſſent Phocenſes, ab Amphictyonibus, velut cameræ judicibus, in Græcia damnati ſunt & proſcripti. Hinc Thebani illis bellum intulerunt, certatumq́; eſt continenter annos decem, ita, ut modò Phocenſes, modò Thebani minutis prælÿs, variante, ut fit, fortuna, victores diſceſſerint, donec Phocenſes

Lace-

Digitized by Google

Lacedæmoniorum auxilia accerſiverunt. Thebani verò Philippum Macedonem ad belli ſocietatem vocarunt, qui lætatus hac occaſione, ſtatim intra Pylas venit. Phocenſes verò cum impares ſeſe eſſe tam validis hoſtium copijs viderent, omiſſo certamine, deditionem fecerunt. Hoc modo domiti pœnas ſacrilegij ſui Deo juſtas graveſq; ſolverunt. Primùm quidem autoritas regendi templi Delphici eis ademta eſt. 2. Libertas omnis erepta eſt. 3. Muri oppidorum diruti ſunt. 4. Multi cives è patria pulſi ſunt, reliquiæ verò in pagos diſtributæ. 5. Tributum ſexaginta talentorum quotannis ſolvendorum impoſitum eſt. 6. Jus duorum calculorum, quod antè habuerant in conſilio Amphictyonico, Philippo tributum eſt. Duces etiam eorum in hoc bello omnes miſerabiliter perierunt. Primus Philomelus in fuga ex arduo & prærupto ſaxo præcipitem ſeſe dedit. Secundus Onomarchus ad mare fugiens à militibus ſuis confixus eſt jaculis. Tertius Phayllus ſomniavit, ſe ſimilem

milem

milem eſſe ſtatuæ Hippocratis, in Delphico templo ex ære abſq; carne omni efficta, ac paucis pòſt diebus macie contabuit. Quartus Phalaeus in Creta militans, in quadam oppugnatione interijt. Pauſanias in Phocicis. Diodorus lib. 16. ſcribit, nullum probi ingenij virum Phocenſibus militare voluiſſe, propter violatam pietatem.

Phocenſium clades ob ſpoliatum templum.

BELLUM OLYNTHIACUM,

Anno mundi 3623.

OLynthus Thraciæ urbs præclara, primùm Philippo Macedoni ſocia & fœderata, deinde metuens ejus potentiam defecit ab eo, & cum Athenienſibus belli ſocietatem contra Philippum coivit. Etſi autem cauſa Olynthiorum non admodum cordi fuit Athenienſibus: tamen perſvaſi & inducti à Demoſthene in fidem eos receperunt, & bellum cum ijs Philippo moverunt. Inde ſunt reliquæ Demoſthenis orationes Olynthiacæ, quib. hortatur Athenieſes, ut totis virib. Olynthiorū defenſionem contra Philippum ſuſcipiant. Sed fuit conſilium hoc

Cauſa.

Olynthiacæ orationes Demoſthenis.

Demo-

Demoſthenis conſilium πολυπραγμονικόν.

Demoſthenis ſpecie quidem ſeu nomine honeſtum, quaſi ad libertatem Atticæ defendendam ſpectaret, ſed revera πολυπραγμονικόν. Etſi enim Olynthus propugnaculum Atticæ erat, quo capto periculum magnum Athenienſibus à Philippo impendebat: tamen pacem tueri, quoad licuit, ſatius fuit. Obſeſſa autem à Philippo Olynthus prodita eſt à Magiſtratibus ſuis pecunia corruptis, capta, direpta, civibus venditis ſolo æquata eſt. Diodorus lib. 16.

Miſerabile excidium Olynthi.

PUGNA AD CHERONEAM, BOEOTIÆ VICUM, Anno mundi 3626.

ATtractus in Græciam per Olynthiacum bellum Philippus, varia fortuna Græciam afflixit, multa occupavit, modò bellum intulit, modò pacem obtulit. Inde ergò tot deliberationes ſunt habitæ in Republ. Attica, quas deſcripſit Demoſthenes περὶ ςεφάνȣ, & in Philippicis Æſchines contra Cteſiphontem, Iſocrates in oratione συμβȣλευτικῇ. Tandem verò conflixit Philippus cum Athe-

Digitized by Google

Athenienſibus & Thebanis, eosq́; ad Cheroneam vicit. Quæ clades Cheronenſis inde dicta eſt. Plutarchus in Camillo. Hoc modo Græcia ob diſcordiam amiſit libertatem, & vulneribus mutuis confecta ſub triſte ſervitutis jugum cecidit.

BELLUM LAMIACUM

Anno mundi 3649.

Lamia urbs eſt Græciæ, juxta Sperchium fluvium ſita, à qua nomen accepit bellum, quod Athenienſes cum Antipatro & Cratero geſſerunt. Habuit autem exitialem exitum. Nam victi ſunt Athenienſes ad Cranonem, amiſſo Laoſthene duce inter hoſtes confertiſſimos, & urbem dedere Antipatro coacti ſunt. Diodorus lib. 17.

Ab hac urbe nomen habent Lamiæ, nam abundavit multis veneficis.

RES ROMANÆ

Romulus & Remus.

Anno mundi 3201. nati ſunt Romulus & Remus fratres ex Rhea Sylvia, quæ etiam Ilia dicitur. Hæc Numitoris Albani regis filia fuit. Numitor autem à fratre ſuo Amulio pulſus erat re-

Romanum imperium à ſpurijs ortũ.

gno, quod illi ætatis cauſa debebatur. At ne quis ex poſteris Numitoris exiſteret, qui regnum aliquando invaderet, filiam eius unicam Rheam perpetuæ virginitati conſecravit. Sed fati tanta vis eſt, ut nullo conſilio, aut vi humana poſſit arceri. Itaque inter virgines Veſtales gravida facta eſt Rhea à Marte, vel alio quocunque, & ex incerto concubitu Romulum ac Remum peperit. Quia verò conſtitutum hoc erat in animo Amulij, ut Numitoris ſtirpem omnem funditùs tolleret: Romulum & Remum in profluentem Tyberim abjici juſſit. Verùm ne ſic quidem, quod in fatis erat, averti potuit. Nam Fauſtulus regii pecoris paſtor repertos in ripa fluminis infantes, uxori ſuæ Laurentiæ educandos tradidit. Hæc quia ob vulgatum corpus Lupa appellabatur, fabula occaſionem dedit, ut à lupa nutriti Romulus & Remus dicantur. Quod ipſum quoq; fato factum eſſe videtur, ut congruat eventus cum vaticinio Prophetæ Danielis, qui Monarchiam quartam animali comparat,

Romulus & Remus à Lupa nutriti. Cic. 3. Catil. Romulus inauratus in Capitolio parvus & lactens ube-

quod

quod omnia dentibus comminuit, & pedibus valentiſſima proterit. ribus lupinis inhians fuit.

Vaticinium Danielis.

Cùm annum ætatis 18. attigiſſent Romulus & Remus, in certamen venerunt cum paſtoribus Numitoris. In quo certamine captus fuit Remus, & Numitori traditus, ut pœna afficeretur. Remus verò ex ſermonibus, & ſignis tandem Rheæ filius eſt agnitus. Mox advenit cum Fauſtulo etiam Romulus, ut fratri opem ferret. Hîc mirabiliter omnes conſpirârunt, & Amulium nihil tale opinantem obtruncarunt, regnumq́ avo materno Numitori reſtituerunt.

Romulus & Remus patruum ſuum obtrucant.

Roma condita anno mundi 3220. à robore quaſi Valentia eſt dicta, quòd viribus, potentia, opibus & armis cunctis gentibus & urbibus antecelluerit. Sic enim de ea Ovidius in 2. Faſt. canit:

Nomen.

Gentib. eſt alijs tellus data limite certo:
Romanæ ſpaciũ eſt urbis & orbis idẽ.

Roma totum terrarum orbem complexa.

Quanquam ultra Euphratem feliciter nunquam progreſſa eſt. Creditum eſt enim ex antiquiſſimis vatum monumentis, non fore felices Romanorum cona-

tus, ſi trans Euphratem exercitum ducerent. Idq́ comprobavit M. Craſſi miſerabilis interitus, Trajani immaturus obitus, & Valeriani captivitas. Sed fato tandem hoc ingens Romanæ urbis robur fractum, & debilitatum eſt, ut in verſu Sibyllino prædictum fuit:

ῥώμη μὲν ῥύμη ἔσεται, καὶ δῆλος ἄδηλος.

Roma quidem ruina erit, & Delus obſcura, Vel non Delus.

Vaticinium de Roma.

Fuit enim tandem præda hoſtibus, & intra annos centum quater capta eſt, ut in ſequentibus dicetur.

Romanum imperiũ parricidio quaſi initiatum & devotum fuit. Vnde Lucanus:
Fraterno primi maduerunt ſangvine muri.

Condita autem eſt à Romulo & Remo in eodem loco, ubi expoſiti fuerant, qui cùm de imperio ſummo altercarentur, ad arma venerunt, & in conflictu Remus à Romulo occiſus eſt. Vnde reſperſi ſangvine muri, parricidium immane redoluerunt, & ab initio ſtatim documenta dederunt, quàm ferox imperium Romanum eſſet futurum, ut Danielis vaticinium omni ex parte completum videatur. Ex quo feſtivè dixit Mithridates: Romanos non temerè jactare con

ditores

ditores ſuos lupæ uberibus alitos. Complexa eſt colles ſeptem, qui dicti ſunt, Capitolinus, Palatinus, Aventinus, Cælius, Eſquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Vnde etiam ſepticollis appellata eſt. Templa habuit Dijs compluribus ſacra; Jovi, Apollini, Æſculapio, Herculi, Dianæ, Junoni, Minervæ, Luciæ, Concordiæ, Fidei, Pietati, Paci, Victoriæ, Iſidi, & commune etiam omnibus Dijs, quod Pantheon fuit dictum, à Papa verò Bonifacio quarto nomen Mariæ rotundæ accepit. Dies autem natalis Romæ appellatus eſt parilia ſive palilia.

Situs & magnitudo.

Templum omnium Deorum, ſive ſanctorum.

REGES ROMANI.

Roma primùm per annos 244. à regibus gubernata eſt, quorum fuêre ſeptem. Romulus regnavit annos 37. Hic Aſylum conſtituit, cum urbem conderet, quò confugerent ex finitimis locis homines peſſimi, ſine conditionis diſcrimine, ut ſcribit Lactantius. Tum leges etiam & ſacra urbi dedit, ſenatus & equitum ordines legit, & plebi curias adſignavit. Bellum geſſit cum Sabinorum

Digitized by Google

Magiſtratu ceſſante, Deus ipſe exequitur iuſtitiam ſuam.

Alia cauſa belli.

Dixit hic Ageſilaus, honeſtum eſſe quicquid Spartæ vtile eſſet.

Exitus.

itaq; punire tantum ſcelus nollet Spartanus magiſtratus, Deum ipſum juſticiæ ſupremum cuſtodem et executorem vindicare oportuit. Acceſſit eodem Ageſilai Spartani regis odium nimis acerbum & pertinax in Thebanos, ut extinctos illos penitùs cuperet. Quamobrem miſſus eſt Cleombrotus à Spartanis cum exercitu decies mille peditum, & mille etiam equitum contra Thebanos, quorum duces erant Pelopidas & Epaminondas. Hi congreſſi cum Cleombroto ingenti ſtrage ipſum & exercitum Spartanum ceciderunt, in eo ipſo loco, vbi filiarum Scedaſi ſepulcrum erat. Hac clade Spartanorum vires penitus fractæ ſunt. Plutarchus in vita Pelopidæ, Camilli, Ageſilai. Poſt annos octo Epaminondas iterum in prælio vicit Lacedæmonios, in quo vulneratus ipſe quoque interijt. Diodorus. Extat Apollinis oraculum de hac clade apud Pauſaniam, lib. 9. in Bœoticis:

Leuctra mihi ſunt curæ, & mors triſtiſſima, natæ
Occiſa Scedaſi quæ periêre duæ.

Hic atrox fiet pugna, & ſæviſſima cædes,
Fatalis quando venerit illa dies.

(Epaminondas in agone mortis interrogavit, an ſalvus eſſet clypeus? cui cùm reſponſum eſſet, ſalvum eſſe: Iterum quæſivit, à qua parte ſtaret victorià? Cumq; cognoviſſet ſuos cives eſſe victores, læto animo, extracto ſpiculo, mortuus eſt. Cicero lib. 5. Epiſtol. ad Luceium.)

BELLUM SACRUM.

ANno mundi 3615. ortum eſt bellum decennale inter Thebanos & Phocenſes, quod Sacrum appellatur, à templo ſcilicet Delphico, quod diripuerant Phocenſes. Erant enim opes ingentes in illo templo, collectæ ex magnorum principum donarijs, ad auri tonnas 60. alij plures, alij pauciores ponunt. Quas cùm eripuiſſent Phocenſes, ab Amphictyonibus, velut cameræ judicibus, in Græcia damnati ſunt & proſcripti. Hinc Thebani illis bellum intulerunt, certatumq́; eſt continenter annos decem, ita, ut modò Phocenſes, modò Thebani minutis prælijs, variante, ut fit, fortuna, victores diſceſſerint, dones Phocenſes

Lace-

Digitized by Google

ſimilem eſſe ſtatuæ Hippocratis, in Delphico templo ex ære abſq; carne omni efficta, ac paucis pòſt diebus macie contabuit. Quartus Phalæcus in Creta militans, in quadam oppugnatione interijt. Pauſanias in Phocicis. Diodorus lib. 16. ſcribit, nullum probi ingenii virum Phocenſibus militare voluiſſe, propter violatam pietatem.

Phocenſium clades ob ſpoliatum templum.

BELLUM OLYNTHIACUM,

Anno mundi 3623.

OLynthus Thraciæ urbs præclara, primùm Philippo Macedoni ſocia & fœderata, deinde metuens ejus potentiam defecit ab eo, & cum Athenienſibus belli ſocietatem contra Philippum coivit. Etſi autem cauſa Olynthiorum non admodum cordi fuit Athenienſibus: tamen perſvaſi & inducti à Demoſthene in fidem eos receperunt, & bellum cum ijs Philippo moverunt. Inde ſunt reliquæ Demoſthenis orationes Olynthiacæ, quib. hortatur Athenieſes, ut totis virib. Olynthioru defenſionem contra Philippum ſuſcipiant. Sed fuit conſilium hoc

Cauſa.

Olynthiacæ orationes Demoſthenis.

Demo-

Demoſthenis conſilium πολυπραγμονικόν.

Demoſthenis ſpecie quidem ſeu nomine honeſtum, quaſi ad libertatem Atticæ defendendam ſpectaret, ſed revera πολυπραγμονικόν. *Etſi enim Olynthus propugnaculum Atticæ erat, quo capto periculum magnum Athenienſibus à Philippo impendebat: tamen pacem tueri, quoad licuit, ſatius fuit. Obſeſſa autem à Philippo Olynthus prodita eſt à Magiſtratibus ſuis pecunia corruptis, capta, direpta, civibus venditis ſolo æquata eſt. Diodorus lib. 16.*

Miſerabile excidium Olynthi.

PUGNA AD CHERONEAM, BOEOTIÆ VICUM, Anno mundi 3626.

ATtractus in Græciam per Olynthiacum bellum Philippus, varia fortuna Græciam afflixit, multa occupavit, modò bellum intulit, modò pacem obtulit. Inde ergò tot deliberationes ſunt habitæ in Republ. Attica, quas deſcripſit Demoſthenes περὶ στεφάνου, *& in Philippicis Æſchines contra Cteſiphontem, Iſocrates in oratione* συμβουλευτικῇ. *Tandem verò conflixit Philippus cum Athe-*

Athenienſibus & Thebanis, eoſq́; ad Cheroneam vicit. Quæ clades Cheronenſis inde dicta eſt. Plutarchus in Camillo. Hoc modo Græcia ob diſcordiam amiſit libertatem, & vulneribus mutuis confecta ſub triſte ſervitutis jugum cecidit.

BELLUM LAMIACUM
Anno mundi 3649.

L*Amia urbs eſt Græciæ, juxta Sperchium fluvium ſita, à qua nomen accepit bellum, quod Athenienſes cum Antipatro & Cratero geſſerunt. Habuit autem exitialem exitum. Nam victi ſunt Athenienſes ad Cranonem, amiſſo Laoſthene duce inter hoſtes confertiſſimos, & urbem dedere Antipatro coacti ſunt. Diodorus lib. 17.*

Ab hac urbe nomen habent Lamiæ, nam abundavit multis veneficis.

RES ROMANÆ
Romulus & Remus.

A*Nno mundi 3201. nati ſunt Romulus & Remus fratres ex Rhea Sylvia, quæ etiam Ilia dicitur. Hæc Numitoris Albani regis filia fuit. Numitor autem à fratre ſuo Amulio pulſus erat re-*

Romanum imperium à ſpurijs ortũ.

Digitized by Google

gno, quod illi ætatis cauſa debebatur. At ne quis ex poſteris Numitoris exiſteret, qui regnum aliquando invaderet, filiam eius unicam Rheam perpetuæ virginitati conſecravit. Sed fati tanta vis eſt, ut nullo conſilio, aut vi humana poſſit arceri. Itaque inter virgines Veſtales gravida facta eſt Rhea à Marte, vel alio quocunque, & ex incerto concubitu Romulum ac Remum peperit. Quia verò conſtitutum hoc erat in animo Amulij, ut Numitoris ſtirpem omnem funditùs tolleret: Romulum & Remum in profluentem Tyberim abjici juſſit. Verùm ne ſic quidem, quod in fatis erat, averti potuit. Nam Fauſtulus regii pecoris paſtor repertos in ripa fluminis infantes, uxori ſuæ Laurentiæ educandos tradidit. Hæc quia ob vulgatum corpus Lupa appellabatur, fabulæ occaſionem dedit, ut à lupa nutriti Romulus & Remus dicantur. Quod ipſum quoque fato factum eſſe videtur, ut congruat eventus cum vaticinio Prophetæ Danielis, qui Monarchiam quartam animali comparat, quod

Romulus & Remus à Lupa nutriti. Cic. 3. Catil. Romulus inauratus in Capitolio parvus & lactens ube-

quod omnia dentibus comminuit, & pedibus valentiſſima proterit.

ribus lupinis inhians fuit.

Vaticinium Danielis.

Cùm annum ætatis 18. attigiſſent Romulus & Remus, in certamen venerunt cum paſtoribus Numitoris. In quo certamine captus fuit Remus, & Numitori traditus, ut pœna afficeretur. Remus verò ex ſermonibus, & ſignis tandem Rheæ filius eſt agnitus. Mox advenit cum Fauſtulo etiam Romulus, ut fratri opem ferret. Hîc mirabiliter omnes conſpirârunt, & Amulium nihil tale opinantem obtruncarunt, regnumq́; avo materno Numitori reſtituerunt.

Romulus & Remus patruum ſuum obtrucant.

Roma condita anno mundi 3220. à robore quaſi Valentia eſt dicta, quòd viribus, potentia, opibus & armis cunctis gentibus & urbibus antecelluerit. Sic enim de ea Ovidius in 2. Faſt. canit:

Nomen.

Gentib. eſt alijs tellus data limite certo:
Romanæ ſpaciũ eſt urbis & orbis idẽ.

Roma totum terrarum orbem complexa.

Quanquam ultra Euphratem feliciter nunquam progreſſa eſt. Creditum eſt enim ex antiquiſſimis vatum monumentis, non fore felices Romanorum cona-

 tus,

tus, ſi trans Euphratem exercitum duce cerent. Idq́; comprobavit M. Craſſi miſerabilis interitus, Trajani immaturus obitus, & Valeriani captivitas. Sed fato tandem hoc ingens Romanæ urbis robur fractum, & debilitatum eſt, ut in verſu Sibyllino prædictum fuit:

ῥώμη μὲν ῥύμη ἔσεται, καὶ δῆλος ἄδηλος.
Roma quidem ruina erit, & Delus obſcura, Vel non Delus.

Vaticinium de Roma.

Fuit enim tandem præda hoſtibus, & intra annos centum quater capta eſt, ut in ſequentibus dicetur.

Romanum imperiū parricidio quaſi initiatum & devotum fuit. Vnde Lucanus:
Fraterno primi maduerunt ſangvine muri.

Condita autem eſt à Romulo & Remo in eodem loco, ubi expoſiti fuerant, qui cùm de imperio ſummo altercarentur, ad arma venerunt, & in conflictu Remus à Romulo occiſus eſt. Vnde reſperſi ſangvine muri, parricidium immane redoluerunt, & ab initio ſtatim documenta dederunt, quàm ferox imperium Romanum eſſet futurum, ut Danielis vaticinium omni ex parte completum videatur. Ex quo feſtivè dixit Mithridates: Romanos non temerè jactare conditores

ditores ſuos lupæ uberibus alitos. Complexa eſt colles ſeptem, qui dicti ſunt, Capitolinus, Palatinus, Aventinus, Cælius, Eſquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Vnde etiam ſepticollis appellata eſt. Templa habuit Dijs compluribus ſacra; Jovi, Apollini, Æſculapio, Herculi, Dianæ, Junoni, Minervæ, Luciæ, Concordiæ, Fidei, Pietati, Paci, Victoriæ, Iſidi, & commune etiam omnibus Dijs, quod Pantheon fuit dictum, à Papa verò Bonifacio quarto nomen Mariæ rotundæ accepit. Dies autem natalis Romæ appellatus eſt parilia ſive palilia.

Situs & magnitudo.

Templum omnium Deorum, ſive ſanctorum.

REGES ROMANI.

Roma primùm per annos 244. à regibus gubernata eſt, quorum fuêre ſeptem. Romulus regnavit annos 37. Hic Aſylum conſtituit, cum urbem conderet, quò confugerent ex finitimis locis homines peſſimi, ſine conditionis diſcrimine, ut ſcribit Lactantius. Tum leges etiam & ſacra urbi dedit, ſenatus & equitum ordines legit, & plebi curias adſignavit. Bellum geſſit cum Sabinorum

Digitized by Google

rege Tatio ob raptum puellarum. Cùm enim mulieres deeſſent Romanis, tantaq; vicinarum gentium eſſet invidia, ut quamvis honeſtè petentibus Romanis filias ſuas denegarent: dies feſtos ludorum apparavit Romulus, ad eosq; Sabinorum & aliorum vicinorum filias, tanquam ad encænia ſeu libationes, invitavit. Quò cùm advenissent illæ, & ludorum ſpectatrices ſeſe præberent, aggreſſus eas fuit Romulus cum ſuis, & quam quisq; voluit, uxorem ſibi ex illis, præſertim Sabinis, legit. Ex quo bellum exortum eſt. Nam Sabinorum rex Tatius, injuriam tantam ulturus cum exercitu Romanos adortus eſt. Cùm autem prælium acre admodum eſſet: raptæ à Romanis uxores cum liberis, quos ex illis ſuſceperant, in mediam aciem venerunt, maritis ſuis Romanis teſtimonium probitatis & fidei dederunt, Sabinosq; ad pacem cum ijs faciendam impulerunt. Inde ergò factus eſt ex Sabinis & Romanis unus populus. Livius lib. 1. Dionyſius lib. 1. Eſt & hoc memorabile in

Sabini cum Romanis in unam gentē coaluerunt.

in hiſtoria Romuli. Tarpeius erat præfectus arci Romanæ, quæ Capitolium vocabatur. Hujus Tarpei filiam Tarpeiam virginem magnis promiſſis corrupit Tatius Sabinorum rex, ut cum petitum aquam exiret, armatos in arcem admitteret: ipſa facturam ſe promiſit, ſi quod ſiniſtris brachijs omnes geſtarent, ſibi daretur. Rex conditionem accepit, & cum jam intus eſſet, cum armatis ſuis, virginem proditricem ſcutis obrutam interfecit. Hæc enim in ſiniſtris brachijs geſtabant armati, ſed virgo armillas, quæ in ijſdem brachijs hoſtes gerebant, ſe conſecuturam eſſe ſperavit. Livius. Mirum eſt autem quod de Romulo ſcribitur, ſublatum fuiſſe illum ſæpius in aëra ſpectante exercitu, unde Magum illum fuiſſe nullum eſt dubium. Dicitur ſubitò coorta tempeſtate cum magno fragore in cœlum eſſe receptus, hoc eſt, à primoribus civitatis interemptus, & è medio ſublatus, quaſi evanuiſſet, ut pœnas effuſi ſanguinis fraterni lueret.

Romulus Magus.

Romulus in cœlum miſſus, hoc eſt; clanculũ occiſus & amiſſus. Gen Himmel geſchickt.

Secundus rex Numa ex Sabinis re-

Numa.

gnavit annos 43. Hic togatus gubernator fuit, quemadmodum Romulus bellator. Ac cum duæ ſint partes bonæ & ſalutaris Reipub. religionis cultus, & obſervatio legum: imprimis dedit operam Numa, ut ſacra, ceremonias, & cultum Deorum ordinaret. Hinc ſacerdotum, ſeu virginum Veſtalium ordines inſtituit, quæ inde fortaſſis Nonnæ ſunt nominatæ. Hæ fuerunt perpetuæ cuſtodes ignis, dictæ à Veſta, quæ eſt ἑστία, quam Cicero focum interpretatur, 2. de legibus. His præſcripſit 30. annorum virginitatem, ut primo decennio ſacrorum rationem diſcerent, altero exercerent, tertio alias docerent. Polluentem verò virginitatem pompa funebri extra muros efferri juſſit, & vivam ſepeliri.

Nonnæ.

Imaginem pictam aut effictam in templis nullam admiſit, nec ſacra negligenter peragi paſſus eſt. Vnde mos apud Romanos diu manſit, ut in ſacrificijs proclamaretur: Hoc age. Poſt religionis curam legibus firmavit Rempubl. Et ut religionis pariter & legum autoritas

major

major eſſet: finxit nocturnos congreſſus cum Ægeria Nympha, è cujus præceptis hauriret regiam prudentiam, ut Dionyſius lib. 2. ait. Adjecit anno menſes duos, Januarium & Februarium. Romulus enim decem tantùm inſtituerat, & annum à Martio, patre ſuo putativo, incoârat. Definivit populo agrum publicum, & uniuſcujusq; privatum certis limitibus ac terminis diſtinxit, tum legem etiam tulit, ut impunè occideretur, quiſquis terminos ſtatuto loco dimoviſſet.

Anno mundi 3790. inventa ſunt in ciſta quadam oſſa Numæ, & libri de jure pontificio, qui ſtatim propter ſuperſtitionem combuſti ſunt.

Tertius, Tullus Hoſtilius, regnavit annos 32. Hic abjecta religionis cura, totum ſeſe rei militari dedidit. Geſſit bellum cum Albanis, in quo maximè eminuit virtus Horatiorum & Curiatiorum, qui ſingulari certamine congreſſi pro ſuo utriq; exercitu accerrimis animis pugnârunt. Fuerunt enim ex utraque parte delecti tres Juvenes, vel tergemini

Hoſtilius.

Congreſſus admirabilis ſex juvenum.

ni fratres. Romani quidem vocabantur Horatij, Albani verò Curiatij. Albani primùm duos de Romanis cæciderunt. Reliquus erat tertius, qui fuga ſeſe mandavit, ut inſequentes Sabinos ſeparatim adoriri poſſet. Converſus itaq; in fuga ad ſingulos, ut quiſq; ipſum ſequebatur, ita eum obtruncavit, donec nullus ſupereſſet. Rediens autem à victoria Horatius ſororem deplorantem interitum ſui ſponſi, qui unus fuerat de occiſis Curiatijs, ſua manu occidit, & vix, poſtquam piaculo cædem luiſſet, abſolutus eſt.

Vnus Romanus tres Sabinos necat.

Poſt hanc victoriam Alba longa, cum iam 487. annos ſtetiſſet, deſtructa eſt, & ex Albanis & Romanis unus populus factus. Metius verò Suffetius Albanorum dux, autor rumpendi fœderis, & fax belli inter Romanos & Albanos, quadrigis diſtractus eſt. Tullus verò fulmine ictus. Livius lib. 2.

Metij ſupplicium.

Ancus.

Quartus, Ancus Martius, regnavit annos 24.

Tarquinius.

Quintus, Tarquinius Priſcus, regnavit annos 38. ex inſidijs necatus eſt. Sub hoc

hoc augur vixit Accius, qui artis, quàm profitebatur, certitudinem comprobaturus, novaculâ cotem diſcidit, ob id area ſtatua à rege donatus eſt.

Sextus, Servius Tullus, regnavit annos 44. occiſus eſt à genero ſuo. Servius.

Septimus, Lucius Tarquinius, cognomento Superbus, occidit ſocerum Tullium, impulſu uxoris ſuæ, Tulli filiæ, quæ etiam carpentum per corpus occiſi patris egit. Ejus filius nomine Sextus, Lucretiam Collatini uxorem caſtiſſimam per vim ſtupravit, quæ paulò pòſt, cùm coram marito, parentibus, & propinquis graviter injuriam queſta eſſet, ne cui fortè exemplo noceret, manus ſibi intulit, ſtuprumq; per vim ablatum voluntaria morte luit. Quo ſpectaculo Romani ſic incenſi ſunt, ut jusjurandum dederint, ſe inultum facinus tam atrox non eſſe paſſuros. Itaq; regem cum univerſa ejus familia urbe expulerunt. Tum Colatino etiam ipſi, quamvis in rege expellendo ſocius & conſiliorum adjutor fuiſſet, imperium propter cognationem

Exemplum immanitatis in parentes.

Hiſtoria Lucretiæ.

Tarquinius rex expulſus.

tionem, nomenq́; Superbi abrogârunt. Brutum verò, cuius opera potiſſimum ejectus erat Tarquinius & cognati ejus, ſic dilexerunt matronæ Romanæ, ut eum mortuum luxerint annum integrum. Tantus fuit ardor tuendi pudoris tunc in Romanis. Quanquam autem Porſena Hetruſcorum rex in regnum reducere Tarquinium conatus eſt, & triennium ea de cauſa Romam obſedit: tamen ſolvere obſidionem coactus eſt, propter incredibilem Mutij Scævolæ fortitudinem. Is enim, conſcio ſenatu Romano, in caſtra hoſtis intravit, & regem Porſenam ſua manu occidere voluit: ſed erravit, & pro rege ſcribam ejus interemit. Quã audaciam cùm admiraretur Porſena, dextram ſuam Mutius in ignem impoſuit, & propè totam exuſſit, trecentos alios eſſe dictitans juvenes Romanos, qui idem facturi eſſent.

Irritus conatus Tarquinij Superbi inregnum redeundi.

Mutius Scævola ſic dictꝰ à clade dextræ manus.

Memorabile etiam in hoc bello factum Horatij Coclitis extitit. Cùm enim hoſtes in quodam prælio per pontem ſublicium tranſituri, & Romam invaſuri eſſent,

Horatius Cocles.

eſſent, Cocles in primo aditu pontis ſtans, tam diu hoſtes irruentes repreſſit, donec Romani pontem, ferro, igne, & quacunque re poſſent, interrupiſſent. Poſtea ſe in Tyberim præcipitavit, & incolumis inter multa hoſtium tela tranavit. In eodem bello etiam emicuit Clæliæ virginis virtus, quæ cùm Porſenæ obſes cum alijs eſſet data, cuſtodes excercitus fruſtrata eſt, & cum agmine virginum Tyberim inter hoſtium tela tranavit. Porſena verò, etſi iraſceretur, mirari tamen facinus illud coactus eſt, & repetitam Cleliam mox ſalvam ad Romanos remiſit.

Clælia virgo.

Tarquinius autem Superbus in exlio & egeſtate mortuus, ſuæ ſuperbiæ & libidinis Deo pœnam ſolvit.

Fuerunt autem omnium regum Romanorum exitus tragici, excepto Numa, & Anco Martio.

Reſpublica Romana primùm gubernata eſt à regibus. Secundò à conſulibus. Tertiò à decemviris. Quartò à dictatorib. Quintò à triūviris. Sextò à Cæſarib. monarchis.

Mutationes Reipub. Romani.

CON-

CONSULES ROMANI.

ANno mundi 3464. exactis regib. Conſules primi Romæ creati ſunt, quaſi conſiliarij primarij civitatis, ὑπα-τοι, σύμβουλοι καὶ πρόβουλοι, ſinguliſq; annis novi ſunt electi. Ex his primus fuit Publius Valerius Publicola, qui primus legem de provocatione ad populum tulit, ob id Publicola quaſi popularis fuit dictus. Livius lib. 2. decad. 1. Fuit autem conſularis dignitas initio cum patricijs tantùm communicata, poſtea verò ad plebcios etiam tranſlata: neminiq́; aditus ad eam patebat, niſi prius quæſturam, ædilitatem, & præturam geſſiſſet. Inſigne conſulum fuit ſella curulis, in qua jus dicebatur, item trabea, vel purpura, prætexta, & lictores, qui faſces 12. præferebant. A conſulibus etiam anni numerabantur, quemadmodum apud nos Chriſtianos à Chriſti nativitate. Nec ante annum ætatis 43. cuiquam aditus ad hunc honorem patebat. Poteſtatem habebant conſules totius Reipubl.

Conſules.

Publicola.

Pro-

propemodum ut reges ſive imperatores, auctore Polybio. Proconſul verò vocabatur is, cui conſulatus, finito anno, prorogabatur, vel qui poſt præturam in provinciam ivit, qualis fuit in bello Jugurthi. Metellus apud Salluſt. & C. Marcellus in provincia Sicilia. Verrina. 3. Cic.

Annno mundi 3 4 6 6. Capitolium, hoc eſt, ſummum templum, vel ſumma arx Romæ dedicata eſt, die Hauptkirche/ oder Hauptſchloß/ *quod tamen pòſt anno 3 5 1 3. ab Appio Herdonio Sabino, adductis 5 0 0. viris, partim exulibus Romanis, partim ſervis occupatum eſt, ſed triduo pòſt à Romanis recuperatum. Livi. lib. 3. decad. 1. Anno autem 3 8 8 9. exuſtum eſt Capitolium. At 3 9 0 3. reparatum eſt. Tacitus lib. 19.* Capitolium.

Anno mundi 3 4 7 2. primus dictator Romæ, hoc eſt, ſupremus gubernator, cui parere reliquos ſenatores oportuit, creatus eſt. Fuit autem dictatura magiſtratus extra ordinem electus, periculoſiſsimo Reipubl. tempore, ſemeſtri ſpacio circumſcriptus, additusq́; eſt Dictator.

ei-

Digitized by Google

ei equitum magiſter, tanquam vicarius, ein Marſchalck. *Fuit autem dictator ſimilis regi vel imperatori, & quidem* ἀνυπεύθυνος, *non coactus fuit reddere rationem adminiſtrationis ſuæ, nec appellare ab eo licuit ad alium magiſtratum.*

Polybius lib. 3. tria diſcrimina dictatoris, & conſulis recenſet. 1. Dictatori uni tot ſecures prælatæ ſunt, nempe 12. quot ambobus conſulibus. 2. Dictator, tanquam αὐτοκράτωρ, *omnia ſuo arbitratu geſſit. Conſul verò absq; ſenatus autoritate nihil auſus fuit decernere. 3. Dictatore creato, omnes magiſtratus, exceptis tribunis, ceſſârunt, conſulibus verò creatis, prætores, & alij magiſtratus lecti ſunt.*

Menenius Agrippa.

Anno mundi 3480. cùm in montem ſacrum plebs propter diſſenſionem cum ſenatu ſeceſſiſſet, venit in caſtra Menenius Agrippa, orator facundus, & populo carus, qui recitato apologo de conſpiratione membrorum corporis adverſus ventrem, motum & ſeditionem omnem

Digitized by Google

omnem ſedavit. Natura, inquit, conjuncta eſt inter membra ſocietas. Sed eam diſſolvere aliquando membra voluerunt, ægrè ferentia ſibi labores & curas eſſe perferendas, ventrem verò inertem & ocioſum parta omnia conſumere. Quocirca conſpiratione conflata contra ventrem fame illum domare decreverunt. Quid accidit? Cibus ventri denegatur. Inde membra omnia, corpusq́; adeo totum contabuit. Quid faciant hîc membra? niſi perire velint, neceſſe eſt, ut ventri reconciliata, cibum ei, ut antea, præbeant. Ad eundem ſanè modum, ni cives & ſenatus conſentiant, labefactari Rempub. penitus oportet. Livius lib. 2. decad. 1.

Apologus Agrippæ feſtivus.

Placuit tunc, ut de plebe eligerentur Tribuni plebis, quaſi ordinum & tribuum gubernatores, qui providerent, ne quid detrimenti plebeius ordo caperet, nec ſenatus decretum ullum fuit ratum priuſquam Tribuni approbâſſent. Additi ſunt poſtea Tribunis Ædiles, qui ædes ſacras, & publicas curârunt. Horum

Tribuni plebis, qui plebis cauſam contra patricios tutati ſunt. Cic. de legibus: Omni memoria reperies pernicioſos tribunos. Aediles qui etiam cu-

ſules dicuntur à curru ſcilicet, quo vecti ſunt in curiam.

alij ex patribus creabantur, & Patricij ſenatores dicebantur: Alij Plebeij ſeu populares ex plebe ſcilicet creati, qui Cereales etiam nominabantur, qui annonæ erant præfecti. Dionyſius lib. 6. *Cæterùm Tribuni plebis primùm tres ex patricijs creati ſunt. His abdicatis poſt annos aliquot, tres, deinde quatuor, tandem ſex, quandoq; ex plebe, quandoq; de patricijs, & quidem comitijs tributis, lecti ſunt. Nec licuit illis temporibus vetuſtis curiam intrare, ſed foris patrum decreta examinârunt.*

(Tribus, φυλαὶ, die viertel/curiæ, δῆμοι, die Zünffte/ id eſt, ejuſdem ordinis ſeu conditionis collegia Romæ.)

DE CORIOLANO.

Coriolani hiſtoria.

E*Odem anno Romani bellum intulerunt Volſcis, urbemq; eorum primariam Corioles occupârunt, duce Cneo Martio, qui ob id Coriolanus eſt appellatus. Biennio autem pòſt damnatus à plebe Coriolanus ad Volſcos in exilium abiit, quòd in annonæ caritate autor fuiſſet, ne frumentum ex Sicilia advectum ple-*

plebi divideretur. Inde iratus patriæ bellum fecit, à Volſcis adjutus. Adeò autem afflixit Romanos, ut in anguſtias ſummas adducti viderentur. Sed inventum eſt tandem conſilium, ut emiſſis legatis, deinde etiam ſacerdotibus placaretur. Verùm irrata fuerunt omnia: donec miſſa fuerit ejus mater & uxor, quæ in urbe relictæ erant. Hæ igitur cum ad eum veniſſent, omnibus precibus orârunt, ut à bello deſiſteret. Quod etiam factum eſt. Livius lib. 2. decad. 1.

LEGES DUODEcim tabularum.

CUm de legibus ferendis magna eſſet inter Patres & Tribunos contentio: miſſi ſunt legati in Græciam, ut Solonis leges deſcriberent, & aliarum Græciæ civitatum inſtituta, mores & jura cognoſcerent. Redierunt hi anno mundi 3521. afferentes ſecum formulas legum, quæ decem tabulis compræhenſæ & promulgatæ ſunt. Adiectæ deinde ſunt aliæ duæ propria quædam Romanorum jura complectentes. Unde

Digitized by Google

leges duodecim tabularum nominatæ ſunt. Continuerunt autem æquabile jus, quod cum omnibus ſummis & infimis eadem voce loqueretur. Ex quibus totum corpus Romani iuris manavit. Capita fuerunt hæc: De Deorum cultu & honore, de templis, ferijs, ſacrificiis, ſacerdotibus, de funerum ceremoniis, de magiſtratibus, de iure, de iudiciis, de delictis, de pœnis. Livius lib. 3. decad. 1.

Libellus 12. tabularum quid ſit?

(Cicer. lib. 3. de legibus. Libellus duodecim tabularum eſt Bibliotheca Philoſophorum, quia legum fontes & capita complectitur, quibus docemur domitas habere libidines, coërcere cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere.)

DECEMVIRI.

Pro conſulibus creati decemviri.

EOdem anno, quo leges novæ Athenis Romam allatæ fuerunt, creati ſunt pro conſulibus decemviri, ſine ullis aliis magiſtratibus. Ab his gubernata eſt Reſpub. in annum tertium, quo nondum exacto, cùm alia nefaria commiſerunt decemviri, tùm in facinoribus duobus ſceleratiſsimis deprehenſi ſunt. Nam & Luci-

Lucium Siccium optimè de Republica meritum, nulla ipſius culpa interfecerunt: & Appius Claudius, unus de decemviris, Lucij Virginij civis Romani filiam unicam rapuit ad libidinem ſuam explendam. Quod indignè ferens pater puellæ, arrepto ex taberna proxima cultro, filiam ſuam interemit, ut vim & ſtuprum à corpore ejus propulſaret. Inde commota plebs in montem Aventinum ſeceſſit, magiſtratu decemviros ſpoliavit, Appium Claudium, & unum de collegis ejus in carcerem coniecit, reliquos in exilium abire coëgit.

Scelus Appij decemviri.

Decemviri abdicati & conſules iterum creati.

De legibus Agrarijs.

SÆpè magnorum tumultuum cauſa fuerunt in Repub. Romana Agrariæ leges. Eſt autem Agraria lex, in qua agitur de publicis agris populo dividendis. Animadverſum eſt has leges fuiſſe perpetuas ſeditionum faces. Quò enim quisq; auræ popularis fuit ſtudioſior, eò ad renovandas haſce leges extitit propenſior. Fuit autem primus inventor A-

Quid ſit lex Agraria.

grariæ legis Spurius Caſſius, qui capite multatus eſt, & de rupe præcipitatus. Dionyſius lib. 8.

Gracchorũ hiſtoria.

Anno mundi 3839. Tiberius & Cajus Gracchus fratres, Tiberij Gracchi Auguris ſapientiſſimi filij, gratum facere populo volentes, eaſdem leges quaſi ab inferis revocarunt. Quamobrem interfecti ſunt ambo. Et interrogatus Scipio Africanus in ſenatu, num cenſeret juſtè occiſum eſſe Tiberium Gracchum? Verſum Homeri ex Odyſſ. α. pronunciavit:

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Conſimili pereat fato, qui talia tentat.

Pro conſulibus creati tribuni militum

Anno mundi 3530. repudiatis conſulibus, electi ſunt ſex Tribuni militum, quaſi duces militares. Tres de equeſtri, & totidem de plebeio ordine. Verùm hi paucos dies Rempublicam tenuerunt, & iterum conſules duo creati ſunt.

Cenſor magiſter morum & cenſuum.

Sequente anno etiam cenſores primi ſunt electi, quorum munus fuit:

1. Mores populi regere, diſciplinamq́ tueri. 2. Cenſum agere, & luſtrum condere,

dere, hoc eſt, quinto quoque anno ætates, familias, pecunias cenſere, ærarium & vectigalia curare, tum equitum peditumq́ prolem, aut liberos deſcribere. ordines partiri, & populum in tribus diſtribuere, ædificiorum publicorum rationem habere. Talis cenſor fuit Cato, qui inde Cenſorius fuit cognominatus. Creatus quidem fuit unà cum L. Flac. collega, repugnante nobilitate, ſed ſeverè, & cum commodo magno cenſuram geſſit. Nobiles quoſdam ejecit, aquarum rivulos à potentioribus interceptos populo reſtituit, & in agros deduxit. Ædificia in locis publicis extructa intra dies 30. demoliri juſſit. Ciſternas publicas lapidibus munivit, & cloacas, ſicubi opus fuit, fodiendas curavit. Cic. de Legib.

Anno mundi 3535. Lucius Quintius Cincinnatus ex agro, ubi arabat, ad dictaturam vocatus eſt. Hic juſſit C. Servilium Halam magiſtrum equitum ſua manu occidere Spurium Melium, qui regnum affectabat. Cicero pro Milone. Item in Catone.

De Augurijs Romanis.

1. Quando cœperint.

2. Quid fuerint.

AVgures ſtatim cum primordijs Romani imperij cœperunt, à Romulo inſtituti. Fuerunt autem Augures Romæ ſimiles Canonicis, præfuerunt religioni, maximè verò divinationi, & reditus ampliſſimos eorum collegia habuerunt. Dicti ſunt ab avium garritu, nempe ab ave & garrio, vel ab avibus & gerendo, ut alijs placet, ut ſit augurium quaſi avigerium. Nam ex avium garritu, volatu, geſtu, guſtatu augurabantur, vel futura prædicebant. Ælianus ait lib. 1. de animalibus, Augures præſagia cepiſſe ex corvi voce, ſede, clangore, & ad lævam, vel ad dexteram volatu. Cùm etiam pulli cibum non guſtârunt, malum id omen eſſe exiſtimatum eſt. Hector Iliad. μ. ait: Se non curare aves ſive ad ſiniſtram ſive ad dextram volent. ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ. *Nos verò magni Jovis obtemperemus conſilio, qui omnibus mortalibus & immortalibus imperat. Augurum cœtus Romæ dicebatur collegium, quod ad*

ad Imperatorem Theodoſium uſque ibi duravit. Eorum tres comitijs adeſſe oportuit, ut legislatori in auſpicio eſſent. Ab ijs enim præſenſio, prænotioq́; futurorum eventuum omnium petebatur. Genera eorum quinq; erant. 1. E cæli fulminibus tonitruuq́; ducebatur. 2. Ab avibus. 3. A pullis. 4. A quadrupedibus. 5. A diris, hoc eſt, rebus præter morem, rationemq́; evenientibus. Auſpiciorum itidem tria genera erant. 1. Avium inſpectio. 2. Obſervatio de cælo. 3. Animadverſio tripudij, quando ſcilicet veſcentibus pullis aliquid ex ore relapſum eſt, ut terram paviret, id eſt, feriret: quod tripudium ſoliſtimum dicebatur. Aruſpex quaſi aræ inſpector, hoc eſt, hoſtiarum, quæ in ara mactabantur, ut inde Deorum voluntas cognoſceretur.

Quinq; auguriorum genera.

Tria auſpiciorum genera. Auſpicium quaſi avium aſpectus.

Fuit etiam pontificum collegium Romæ inſtitutum à Numa, & conſervatum uſq; ad Theodoſij ſenioris tempora. Dicti autem ſunt pontifices, à ponte ſcilicet ſublicio faciendo, ut Varroni & Dyoniſio placet: vel potius à potis, ſive

poſſum & facio, hoc eſt, offero vel ſacrifico. Fuerunt enim doctores ſacri, vel ſacrarum legum conſulti, aut ſacrorum cuſtodes, ſimiles Canonicis. Fuit enim munus eorum judicare de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus, novas item de ſacris leges condere, &, ut Cicero ait, religionibus deorum immortalium, & ſummæ Reipub. præeſſe. Ipſi verò nullius poteſtati erant obnoxij. Supremus in hoc collegio dicebatur Maximus, qui non niſi ex pontificum collegio, & quidem comitijs curiatis, deinde verò etiam ex plebe creabatur.

Pontifex.

DE CAMILLO.

ÆTas Camilli incidit in ea tempora, quibus in ſummo diſcrimine verſata eſt Roma. Eò magis igitur ejus virtus, felicitas, & animi magnitudo eluxit.

I. Dictator factus tanquam fatalis dux expugnavit Hetruſcorum metropolim Veios, cùm jam decennium obſeſſa fuiſſet.

II. Tribunus militum creatus Faliſcorum urbem primariam obſedit, ubi

ſchola

Digitized by Google

ſcholæ magiſter proditionem urbis molitus, diſcipulos ſuos, principum urbis filios, ex urbe ſecum eduxit, tanquam luſus exercitationisq́; cauſa, in hoſtium caſtra, ut Camillo eos traderet. At Camillus recipere recuſavit: Romani, inquiens, ſumus, qui juſtè non minus quàm fortiter bellum gerere didicimus, nec arma habemus adverſus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed adverſus viros armatos. Tu ſceleſte pœnas perfidiæ tuæ dabis. Mox denudatum & manibus poſt tergum illigatis proditorem cum pueris ad ſuos remiſit, virgasq́; pueris dedit, quibus eum ad urbem uſq́; verberarent. Quod ſpectaculum Faliſcis tantæ admirationi fuit, ut, miſſis ad Camillum, & ad ſenatum Romanum legatis, pacem petierint, & ultrò ſeſe fidei & potoſtati Romanorum dederint. Livius lib. 5. decad. 1. Factum eſt hoc anno mundi 3580.

Ludimagiſter proditor.

Camillus ludi moderatorem à diſcipulis cædi jubet virgis.

III. Anno 3. pòſt, tribuno plebis Lucio Apuleio, accuſatus eſt propter prædam Veientanam, hoc eſt, quod Veijs captis

captis iniquè diviſiſſet prædam. Etſi autem magna plebis pars pro ipſo deprecata eſt, exoluturam ſeſe pollicens quanti damnatus eſſet: abſolvi tamen non potuit. Ideoq́; in exilium abire coactus, nihil aliud à Deo precatus eſt, niſi ut, ſi innocenti ſibi injuria fieret, primo quoq; tempore deſiderium ſui ingratæ civitati faceret. Livius lib. 5.

Galli in Italiam invadũt, & Romam capiunt.

IV. Anno mundi 3583. Senones, id eſt, Galli confines Pariſijs, duce Brenno, cùm à patria capi omnes non poſſent, ingenti agmine effuſi ſunt in Italiam, & urbem Cluſium oppugnârunt. Inde Cluſini per legatos auxilium à Romanis petiverunt. Romani cum Gallis congreſſi, ad flumen Alliam cæſi ſunt, deinde Romam præproperè accurrerunt hoſtes, & ſequente die eam invaſerunt, diripuerunt, & igne ferroq́; populati ſunt, ſalvo duntaxat Capitolio, quod cùm tentarent capere hoſtes noctu, quieſcentibus cuſtodibus & canibus, ſoli anſeres clangore ſuo alarumq́; ſtrepitu, hoſtium irruptionem prodiderunt & averterunt.

Anſeres Capitolium ſervant.

Cùm

Cùm autem hoſtes iam menſibus ſeptem urbem tenuiſſent, revocatus ab exilio Camillus, exercitum comparavit, improviſò hoſtes oppreſſit, & urbe expulit. Livi. lib. 5. decad. 1. Hæc virtus Camilli admiranda fuit, quòd patriæ ſuæ ingratæ tam difficili tempore liberator extiterit.

Camillus liberator patriæ ſuæ.

V. Poſt hanc victoriam Camillus cives in opere ac labore aſſiduè reficiendæ urbis retinuit, ut anno circumacto, tota renata videretur. Tum demum præmia ſuæ virtutis adeptus fuit. Nam quater dictator creatus eſt, triumphos egit complures, & multis aliis rebus præclarè pro patria geſtis vitam in patria glorioſè finiit.

Præmia & mors Camilli.

Anno mundi 3607. Prætores creati ſunt. Fuit autem Prætor cuſtos totius iuris civilis, dans vel negans actionem, prout æquum fuit viſum, ſic dictus, quaſi iuri dicundo præfectus. Cicero de legibus lib. 3. Eius enim erat ferias indicere, & tria illa verba fari, do, dico, addico, quibus univerſum iuris dicundi munus continebatur. Non ſolùm verò in urbe

Prætores Stadtrichter / à præeundo, vel præeſſendo antiquitùs dicti.

ius

Digitized by Google

jus dixerunt Prætores, ſed etiam provincias adminiſtrarunt, ærario, tutelis pupillorum, exercitibusq́ præfuerunt.

MARCUS CURTIUS.

ANno mundi 3611. vaſtus ſpecus ſive hiatus terræ in foro Romano extitit, vel ex terræ motu, vel alia quadam vi, qui nulla ingeſta terra expleri potuit, unde cùm halitus pernicioſus civitatem inficeret, conſultũ eſt oraculum, quod reſpondit: Si maximum bonum illi loco dicarent, ſalvam fore Rempublicam. Quod cùm quidam M. Curtius juvenis bello egregius, de homine virtute & animi magnitudine præſtante intelligendum cenſeret, ſe ipſe pro patriæ ſalute devovit, & equo quàm potuit maximè ornato inſidens, armatus in ſpecum inſiluit, ex quo vorago deſijt. Liv. lib. 7.

MANLIUS TORQVATUS.

ANno mundi 3612. Galli in Italiam irruperunt, & prope Romam caſtra poſuerunt. Quos cùm repreſſuri eſſent

ſent Romani, ad Anienem fluvium, Gallus quidem eximia corporis magnitudine, verſicolori veſte, armiſq; auro refulgentibus indutus, ac juveniliter exultans, aliquem de Romanis ad monomachiam provocavit. Proceſſit Titus Manlius minor quidem ſtatura, ſed ſimplicitatem virilem præ ſe ferens. Spectator certaminis uterq; erat exercitus. At in conflictu Manlius Gallum interfecit, nec quicquam ab eo detraxit, niſi torquem, quem cruore reſperſum collo ſuo circumdedit. Inde in fugam ſeſe dederunt Galli. Manlius verò Torquati cognomen induit. Livius lib. 7. decad. 1.

Anno mundi 3624. iterum Gallus quidam magnitudine atq; armis inſignis, unum de Romanis, qui ſecum ferro decerneret, provocavit. Cùm hoc manum conſeruit M. Valerius adoleſcens nobilis. In cuius galea repentè conſedit corvus in hoſtem verſus, qui os, oculoſq; hoſtis roſtro & ungvibus appetere non deſiit, donec illum perditum, oculiſq; ſimul & mente turbatum Valerius obtrun-

Corvus adjuvit Valerium in pugna contra hostes

truncavit. Quo facto corvus è conſpectu elatus eſt. Romani crediderunt, hoc certamen minus eſſe inſigne, propterea quòd magis Dei, quàm hominis ope confectum eſſet.

TITI MANLII SEveritas in filium.

IN eodem bello adverſum Latinos, ſeveritatis ſummæ documentum ſtatuit Titus Manlius in filio ſuo. Cùm enim edixiſſent conſules, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnâret, Geminius Metius vir fortis & clarus in exercitu Latinorum ad ſingulare certamen provocavit Manlium, T. Manlij filium: Viſne, inquiens, congredi mecum, ut noſtro duorum eventu cernatur, quantum Latinus Romano præſtet? qua voce extimulatus Manlius juvenis, edicti paterni oblitus, præceps ad certamen cum feroce & ſuperbo hoſte deſcendit. Cùm autem infeſtis cuſpidibus ambo concurriſſent, Manlius ſpiculo prius equum hoſtis vulneravit: mox hoſtem ferro trajecit, & victor magno omniū ſpectatorum plauſu

Monomachia Manlij Romani, & Geminij Latini.

ſu atq; gratulatione evaſit. Quod ubi audivit conſul Manlius, ſtatim concionem claſſico advocari juſſit, & filium ſuum capite damnavit: quod neq; imperium conſulare, neq; majeſtatem patriam veritus, contra edictum, extra ordinem in hoſtem pugnaſſet, ſuoq́; exemplo diſciplinam militarem labefactâſſet. Vt igitur dignam tanto delicto pœnam lueret, i, dixit, lictor, deliga ad palum, & morte affice. Hoc ſpectaculo omnes exanimati conticuerunt, donec cervice Manlij cæſa cruor fuſus eſt, tùm demum lamentis & execrationibus multis uſi, ſtructo rogo, cadaver cremârunt. Etſi autem duri hominis fuit ita ſævire in filium, tamen pœnæ atrocitas fecit obedientiorem duci militem, ac militarem diſciplinam mirificè confirmavit. Livius lib. 8. decad. 1.

Exemplum ſummi juris, vel τῆς ἀκριβοδικαίας.

Decius pater & filius.

IN bello Latino Diabolus in ſpecie viri majoris & auguſtioris, quàm pro humano habitu apparens, victoriam Romanis

Exemplum furoris Diabolici ſub ſpecie religionis.

manis pollicitus eſt, ſi ſe conſul pro exercitu devoveret. Itaq; Decius imperator exercitus Romani ſe devovere non dubitans in mediam aciem Latinorum hoſtium irrupit armatus; ſuaq; morte ſalutem atq; victoriam Romanis peperit, circa annum mundi 3633. Quod imitatus eius filius Decius conſul in bello Gallico itidem ſeſe pro exercitu populi Romani devovit. Execratus enim ſeſe in armatas hoſtium copias cum equo immiſit. Mox converſus antè in fugam peditatus Romanus, novam de integro inſtauravit pugnam, & hoſtes ſuos Gallos Samnitesq; ad Cluſium profligavit. Liv. lib. 10. decad. 1. anno mundi 3677.

Devovit, id eſt, Hoſtia, vel piaculū, ſive κάθαρμα factus eſt pro Romano exercitu. Hoc modo deluſit Satanas hoſtias divinitùs inſtitutas, & imprimis venturum Meſſiam quòd hoſtia vel victima pro peccatis noſtris futurus erat.

BELLUM SAMNITICUM.

SAmnites Italiæ populi bellū fecerunt Campanis. Campani verò auxilium à Romanis petiverunt adverſus Samnites. Quod ut impetrarent faciliùs, urbem & agros ſuos Romanis dediderunt. Quocirca defenſionem eorum adverſus Samnites Romani ſuſceperunt.

Inde

Inde bellum Samniticum eſt ortum, quod annos 73. duravit. Livius lib. 7. decad. 1.

(Samnitum metropolis fuit Beneventum, ut ait Aventinus.)

Eſt autem in hoc bello maximè memorabile prælium apud Caudinas furcas, vel ad arcem Caudium commiſſum, anno mundi 3650. in quo victi Romani ingentem cladem acceperunt. Livius lib. 9. decad. 1.

Furcæ Caudinæ.

Poſtea anno mundi 3679. Romanus exercitus, conſule Fabio Gurgite, iterum cæſus eſt à Samnitibus. In altera autem expeditione idem conſul, patris ſui conſilio obſecutus, Samnites cecidit, & facere imperata Romanorum coegit. Præclarum in hoc bello cumprimis eſt Marci Curij conſulis factum, cui cùm Samnites aurum offerrent, quò eum corrumperent & ad perfidiam ſolicitarent: Ipſe in caſtris ad focum ſedens, & coquendis rapis vacans, auro repudiato, malle ſe, dixit, aurum habentibus imperare, quàm aurum habere: Quòd talis cœ-

Samnites ſub jugum Romanum miſſi.

Marci Curij continentia.

na, qua ipſe contentus eſset, auro multò non indigeret. Cicero de ſenectute, anno mundi 3682. Finitum eſt autem hoc bellum, anno mundi 3700. cæſis Samnitibus à Sylla ante urbis Romanæ portam Collinam. Eutropius lib. 5.

Æſculapius Serpens.

Aeſculapij numen Romam advectum ſedavit peſtem.

A*Nno mundi 3681. peſtilentia triennium Romæ ſævijt, inde permoti Romani ſacerdotum ſvaſu Æſculapium ex Epidauro Inſula vivi ſerpentis ſpcie, navi benè conſtructa. Romam adduxerunt, & in novo templo ad eum uſum extructo collocârunt, inde lues omnis compreſſa quievit. Valerius Maximus cap. 9. lib. 1.*

BELLUM TARENTInum, quod Romani cum Pyrrho geſſerunt.

Nomen.

Cauſa.

T*Arentini in aditu Italiæ, ſeu magna Græcia admodum potentes fuerunt. Hi claſſem Romanam diripuerunt, & legatos eorum ad ſe Tarentum miſſos pulſarunt. Quam injuriam ulturi Roma-*

Romani bellum iјs intulerunt. Tarentini verò Pyrrhum Epirotarum regem generoſum ac potentem, ſocium ac ducem belli aſſciverunt. Ex quo certamen de imperio inter Romanos & Pyrrhum extitit, anno mundi 3 6 9 0.

In prima autem pugna Romani ſuccubuerunt, territi inuſitata Elephantorum ſpecie, quos Pyrrhos ſecum in Italiam adduxerat. Digna eſt in hoc bello Appij Claudij cæci fortitudo, qui, cùm Cyneas legatus à Pyrrho componendæ pacis cauſſa miſſus eſſet, ſenatusq́; ſententia ad recipiendum in urbem Pyrrhum inclinaret: objurgatione quadam, vel potius convicio à tanto errore conatus eſt illum avertere. Hactenus, inquiens, viſu carui, at nunc etiam ſurdus eſſe cupio, ne audire dementiam veſtram cogar. Orationem eius hiſce verſibus expreſſit Ennius:

Primum prælium.

Appius Claudius cæcus.

Quò vobis mẽtes, rectè quæ ſtare ſolebãt
Antehac, dementi ſeſe flexêre ruina?
Cicero in Cat.

Anno mundi 3 6 9 3. Romani iterum

Secundum prælium.

rum cum Pyrrho congreſſi ſunt ad Aſculum, ubi quinq; Romanorum millia cæſa ſunt, Pyrrhi verò militum viginti quinq; millia. Memorabile quoq; eſt Fabricij factum in hoc bello. Cùm enim perfuga quidam medicus Pyrrhi clàm in caſtra Romanorum veniſſet, Fabricioq́; pollicitus eſſet, ſe, ſi præmium daturus eſſet, in caſtra Pyrrhi clàm rediturum, eumq́; veneno necaturum eſſe: Fabricius invicto animo perfugam vinctum ad Pyrrhum curavit reducendum, additis literis, quibus illum monebat, ut ſibi majori ſtudio in poſterum caveret, Romani, inquiens, non veneno, ſed virtute conſueverunt vincere. Quod factum ejus ſenatus laudavit. Tentavit autem Pyrrhus Fabricij animum duobus modis: 1. Objectâ præter opinionem Elephanti ſpecie. Cùm enim collocuturus cum eo eſſet, collocavit Elephantum inuſitatæ magnitudinis poſt aulæa, eumq́; in ipſo colloquio, remotis tapetijs, ſpectandum Fabricio præbuit. Sed nihil inde conſternatus fuit Fabricius, verùm riſit potius.

Fabricij fortitudo & continentia.

Dux tentationes Fabricij

potius, & ſolitam conſtantiam in dicenda ſententia retinuit. Deinde miſit ad eum Pyrrhus magnam auri vim, ſed ea adeò expugnari Fabricius non potuit, ut cum admiratione dicere Pyrrhus coactus ſit: Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm Sol à ſuo curſu, dimoveri poteſt. Eutropius: Fabricium nec terror, nec vis, nec ſpes, nec metus, nec promiſſa, nec minæ, nec tela, nec faces de ſuo curſu depellere potuerunt.

Præclarum Pyrrhi de Fabricio teſtimonium.

Tertiò, Romani cum Pyrrho conflixerunt in campis Aruſinis, ferociamq́ ejus ſic compreſſerunt, ut victus & pulſus ex Italia cederet. Paulò pòſt bellum Samniticum, victis Tarentinis, deſijt. Florus lib. 15. Pyrrhus verò tandem tegula de tecto decidente occiſus eſt.

Tertium prælium.

Interitus Pyrrhi.

BELLUM PUNICUM duravit annos amplius centum.

Punicum bellum id vocatur, quod Romani cum Carthaginenſibus geſſerunt. Carthago autem urbs potentiſſima & celeberrima fuit in Africa, æmula

Nomen. Pœni vocantur etiam Tyrij & Phœnices, h. e. coloni deducti ex Phœnicia.

Digitized by Google

Iſtq; Pœnus idem, quod phœnix, corruptum tamen. Phœnix verò idem quod palma, quia palmis abũdat Phœnicia. Carthago autem Phœnicum lingva civitatem novam ſignificat, q. d. coloniam.

mula Romani imperij, complexa in ambitu ſuo ſex milliaria Germanica, urbes verò tenens in Libya trecentas, ut Strabo lib. 17. ſcribit, condita eſt à Didone regis Tyri filia, cum ocioſo à Pygmalione fratre Sichæo marito ſuo in Africam profugit, anno mundi 3089. Quò cùm veniſſet, emit à vicinis tantum terræ, quantũ taurino tergo tegi poſſet. Vſa autem eſt inſigni ſtrategemate: ſecuit pellẽ in minutiſſimas particulas, easq́; diſtribuit in orbem, & amplum terræ ſpacium occupavit. Virgilius 1. Æneid. Fuerunt autem tria bella Punica. 1. cœpit anno mundi 3708. & duravit annos viginti tres.

Tria bella Punica.

Cauſa.

Pyrrhus dixit Siciliam fore palæſtrã in qua Romani & Carthaginenſes de ſumma imperij eſſent dimicaturi.

Cauſa erat Sicilia inter Italiam & Africam interjecta, quam utriq; Carthaginenſes & Romani ſubijcere ſibi conabantur, quòd velut horreum quoddam commeatu abundaret. Ob hanc igitur primùm egreſſi extra fines patriæ Romani, cum externis bellârunt, ac in prima quidem pugna Appius Claudius conſul vicit Hieronem Siciliæ regem, pa-

cem-

cemq́; & amicitiam à Romanis petere coëgit. Inde diſtracta Sicilia partim Romanis ſeſe dedidit, partim Carthaginenſib. propter claſſes maximas, quas ornatas illi habebant. Ob id Romani etiam claſſes magnas inſtruebant, ac navali prælio cum Carthaginenſibus decertabant, anno mundi 3711. In quo Corn. conſul Romanus captus & interemtus eſt. Alter verò Duilius conſul Carthaginenſes vicit, vix per fugam elapſo Annibale, duce Carthaginenſium, qui domum reverſus in crucem eſt actus, ob rem malè geſtam. Polybius lib. 1.

Romani primum præliũ navale commiſerunt.

Pòſt aliquantò Romani iterum vicerunt navali pugna Carthaginenſes, & in Africam ducto exercitu, oppida nonnulla occupârunt, & Carthaginem usq́; pervenerunt. Regulus verò Romanus conſul profligavit Carthaginenſes terreſtri prælio, à quo cum pacem peterent Carthaginenſes, ſuperbum ab eo retulerunt reſponſum. Quo commoti opem à Lacedæmonijs petiverunt, qui ducem ſuum Xantippum cum exercitu miſerunt

Superbum reſponſum Reguli.

Xantippus Lacedæmo-

Digitized by Google

nius Carthaginenſium dux factus. Hiſtoria Reguli.

runt. Is Romanorum triginta millia cecidit, & Regulum cepit. Poſt annos quinque verò iterum Carthaginenſes cladem magnam acceperunt. Iccircò Regulum captivum miſerunt Romam aſtrictum jurejurando, ut niſi redditi eſſent nobiles captivi Pœni, ipſe Carthaginem rediret. In ſenatum autem cùm veniſſet Regulus, mandata quidem expoſuit, ſed malle ſe, dixit, Carthaginem ad exquiſita ſupplicia reverti, quàm ſuadere, ut captivi redderentur Pœni. Quod conſilium cum ſenatus probaret, Carthaginem rediit Regulus, & reſectis palpebris, converſiſq; ad Solem oculis, incluſus eſt machina, in qua undiq; præacuti eminebant ſtimuli, ut vigiliis pariter, & diuturnitate doloris necaretur.

Tandem anno mundi 3730. miſſus à Romanis Luctatius conſul, cum navibus ducentis, navali prælio vicit Carthaginenſes ad Ægates, omnemq; eorum potentiam ſic fregit, ut pacem à Romanis petierint, quam etiam impetrârunt, & ſic bellum Punicum primum eſt finitum.

Secun-

Secundum bellum Punicum cœpit anno mundi 3754. & duravit annos 17. Cauſa principalis fuit odium mutuum Romanorum & Carthaginenſium, ac vindictæ in utriſq; cupiditas. Minus verò principalis, vel προκαταρκτικὴ fuit controverſia de Sagunti finibus. Nam Annibal Amilcaris filius, Carthaginenſium dux, Saguntum Hiſpaniæ oppidum Romanis ſocietate ac fœdere coniunctum obſedit. Saguntini autem ipſi urbem incendere, igniq́; ſe & omnia ſua cremare, quàm contra fidem Romanis datam hoſti ſe dedere, maluerunt. Etſi autem Rom. miſſis ad Carthaginenſes legatis, dari ſibi Hannibalem ob fœdus violatum popoſcerunt: tamen obtinere nihil quod æquum aut juſtum eſſet, potuerunt. Itaq; bellum illis Romani indixerunt, quod ipſi lætantibus animis acceperunt.

Secundum bellum Punicum, in quo amplius hominum quindecies centena millia occubuerunt. αἴτιον. ἀφορμή. Annibal gratię Dominus, gnädiger Herr. Saguntini ſeipſos cremarunt.

Sunt autem Romani in hoc bello compluribus prælijs victi à Carthaginenſibus. Primùm enim Carthaginenſis exercitus, duce Annibale ex Hiſpa-

Annibal primum admovit ignem ſaxis, eaque

nia

incēſa poſtea affuſo aceto maceravit, ſicut hodie pulvere tormentatio diſſipantur.

nia per Galliam, igni & aceto patefacta ac ſuperatis Alpibus in Italiam movens consulem Roman. Cornelium Scipionem ad Rhodanum fluvium, deinde ad Padum, tum ad Trebiam fudit. Anno ſecundo iterum cum conſule Flaminio pugnavit ad lacum Thraſymenum in agro Peruſino fermè horas tres: Vbi ad quindecim millia Roman. caſa ſunt, autore Polybio, & Livio. Hæc clades terrorem & tumultum ingentem concitavit Romæ, nec remedium tanto malo inveniri potuit, quàm ut dictator crearetur. Is fuit Q. Fabius Maximus, qui contando, non dimicando, Hannibalem juveniliter exultantem mollivit, ex quo Contator eſt cognominatus. Fuit is ſolus ſuperſtes de Fabiorum familia, quorum ter centum uno die in bello adverſus Veientes ceciderunt. Accuſatus autem propter contationem à tribuno plebis præclarè ſe defendit, & vituperatoribus ſuis, qui timidum ipſum eſſe arguebant, reſpondit: Tùm eſſem timidus, ſi propter vulgi ſermones à ratione conſiliorum meorum

Fabius Maximus cujus non dimicare vincere fuit.

Digitized by Google

trum diſcederem. Livius lib. 2. Decad. 3.

Interclusſus autem à Fabio Annibal hac arte exitum ſibi patefecit: Boum cornibus ſarmenta alligavit, iisq; incenſis errorem exercitui Romano ter injecit.

Anno tertio ad Cannas Apuliæ oppidum fuit pugnatum, ubi iterum quadraginta millia Romanorum ceciderunt. Tot præterea annuli aurei cæſis detracti ſunt, ut modij duo completi ſint. Tanta victoria ſic elati ſunt Carthaginenſes, ut ſi rectà Romam contendiſſent, potiri toto imperio potuiſſe videantur. Iccircò à Maharbale præfecto equitum audire coactus fuit Annibal hoc quaſi probrum: Non omnia eidem dij dedêre, vincere ſcis Hannibal, victoria uti neſcis. Romanis verò tantus injectus eſt terror; ut plærique deſeruiſſent civitatem, niſi Scipio juvenis admirabili ſolertia & animi magnitudine fugam diſſuaſiſſet.

Anno belli 9. mundi verò 3756. mutata fortuna ad Nolam victi ſunt Carthaginenſes à Marcello Romanorum conſu- Romani iterum vincunt Pœnos.

conſule, qui etiam Syracuſas cepit, Fabius verò Tarentum Calabriæ urbem recepit. Recuperata etiam fuit à Romanis Capua. In Hiſpaniam ad gerendum cum Pœnis bellum, miſſus eſt P. Scipio, qui poſtea Africanus fuit cognominatus, anno ætatis ſuæ 24. mundi verò 3761. Ibi inprimis expugnavit Carthaginem novam, & captivam virginem, Allucij ſponſam, ad ſe adductam, inviolata pudicitia ſponſo præſenti reddidit, auroq́; quo redimere eam volebant parentes, tanquam dote illam ornavit. Inde in magna gloria & admiratione per totam Hiſpaniam fuit, & velut numen habitus, quòd omnia armis & benignitate vinceret.

Scipio ſuperior vel major.

Exemplum continentiæ in Scipione.

(Cum quæreretur ad bellum Punicum imperator, nemoq́; ſe oſtenderet, P. Scipio nomen ſuum profeſſus eſt, in magno diſcrimine rerum.)

Oppugnavit poſteà Aſtapam aliam Hiſpaniæ urbem, Pœnis fœderatam, cujus cives, ut in fide manerent, dum foris cum hoſte præliati ſunt, intus uxores,

Durum facinus civium Aſtapæ in Hiſpania.

res; liberos, & facultates in foro congeſtas à juvenibus quinquaginta incendi & comburi juſſerunt. Ita cùm civibus ſimul uxores, liberi, & omnia bona interierunt. Profectus in Africam Scipio Siphacem Numidiæ regem cepit. Quare domum revocatus Annibal pacem à Scipione petijt. Qua denegata, ad Zamam cum eo conflixit, & omni exercitu exutus eſt. Quamobrem legationem miſerunt Pœni ad Romanos, & pacem impetrârunt, quæ ſecundo bello finem fecit. Scipio autem Romam reverſus, de Pœnis, Annibale & Siphace triumphavit, agnomenq; Africani adeptus eſt. Sed hic tamen, quamvis ampliſſimè eſſet de patria meritus, mercedem eandem, quam mundus benè merentibus rependit, deportavit. Accuſatus enim fuit à tribunis plebis, quòd pecuniam ab Antiocho accepiſſet, aliaq; ſecùs, quàm Reipub. dignitas atq; libertas ſinit, egiſſet. Quibus ille nihil aliud reſpondit, niſi hoc: Ante annos 15. hoc ipſo die vici Annibalem, & grave illud bellum confeci.

Sic Modon à Turcis capta añ. 1500. incluſit ſe cũ liberis & cõbuſſit.

Finis ſecundi belli.

Scipio accuſatus.

Non

Non igitur maledictis cum adverſarijs certabo, nec confictis criminibus eorum reſpondebo, ſed vota potius Deo pro ſalute patriæ nuncupabo. Si cui veſtrum tanta victoria à Deo immortali, per metum huic Reipub. conceſſa, cordi eſt, mecum gratias Deo agat. Quod cùm dixiſſet, magno totius populi plauſu ad Capitolium honorificentiſſimè deductus eſt.

Scipionis pietas.

Exilium & mors Scipionis.

Verùm ne ſic quidem invidia reprimi ſatis potuit. Icci rcò ceſſurus tribunorum furori, in prædium ſuum Liternum abiijt, ubi prædones nonnulli eum acceſſerunt, videndi tantum virum cupidi, & dextram illius tanta virtute & fide præſtantem contingendi. Mortuus eſt anno mundi 3789. Literni, cùm quidem à ſuis petijſſet prius, ut Literni ipſum ſepelirent, nec oſſa in tam ingratam patriam reportarent, quod etiam factum eſt. Livius lib. 8. decad. 4.

Fuit autem tanta hujus viri virtus, ut imperium ibi futurum eſſe judicatum ſit, ubi is vel natus eſſet, vel ſedem rerum ſuarum collocaſſet. Quin mortuo illo

illo Metellus Numidicus, qui tamen alienior ab eo erat, magna voce in foro exclamavit: Concurrite cives, mœnia urbis noſtræ conciderunt.

Tertium bellum Punicum cœpit anno mundi 3823. duravit quadriennium. Cauſa fuit Maſiniſſa Numidarum rex, quo nemo externus rem Romanam magis enixè adjuvit. Huic ergò cùm bellum inferrent Carthaginenſes, Romani ejus defenſionem ſuſceperunt. Fuit autem deliberatio gravis in ſenatu Romano, utrum delenda eſſet penitùs Carthago, necne? Ac Naſica quidem diſſvaſit everſionem tantæ urbis, quòd & exemplum nimis crudele, indignumq́ue Romanorum clementia eſſet futurum, & quod ſublata ea urbe Romani imperij æmula inteſtina bella eſſent metuenda. Sed Cato omni contentione excidium ſvaſit, fore dictitans, ut langveſcente Repub. Romana aliquando Carthaginenſes Romanis ſuperiores fiant. Plin. lib. 15. cap. 19. Attulit is quodam die præcocem ficum in curiam, qua oſtenſa

Tertium bellum Punicū.

Caſa.

Carthago averſa plus nocuit Romanis, quam adverſa. Auguſtinus.

patribus, interrogavit eos, quando iſtud pomum ex arbore decerptum putarent? Ibi cùm recens eſſe omnes dicerent: Atqui tertium ante diem, inquit, ſcitote decerptum Carthagine: tam propè à muris habemus hoſtes. Hæc ejus oratio tantùm habuit ponderis, ut ſtatim bellum Punicum tertium ſit ſuſceptum, decretumq́ de delenda Carthagine factum. Miſſus eſt ergò cum exercitu Scipio minor, L. Pauli Æmilij filius, adoptatus verò à filio Africani majoris, qui ſobolem nullam ſuſcepit. Hic Carthaginem cepit, diripuit, & igne delevit: Poteſtatem tamen primus fecit fugiendi, ſi qui vellent. Quare fugerunt quinquaginta millia hominum. Arſit autem urbs dies quindecim, cujus incendium intuens Scipio, lacrymas fudit, & vaticinium recitavit: Tempus erit quando ruiturum eſt Ilion ingens, Tumq́ ſimul fortis Priamus, populusq́ peribit. Interrogatus verò à Polybio, cur adeò impotenti animo ferret iſtum caſum urbis? Reſpondit, ſe communem fortunam

Excidium Carthaginis.

nam rerum humanarum conſiderare, futurumq́ eſſe aliquando, ut ſimili excidio Roma pereat. Plutarchus in vita Catonis Cenſorini. Florus lib. 3. cap. 15. Steterat tunc Carthago annis 738. Reſtituta eſt autem à Cajo Graccho, deducta eo Romanorum civium colonia, anno mundi 3846, ſecundùm Florum lib. 60. Deinde aucta ab Auguſto, tandem verò à Saracenis iterum everſa eſt, & in ruderibus ejus extructa urbs Tunetum, quæ ſedes eſt regni Tunetani, & à Selymo Turcarum imperatore, anno Christi 1574. Hiſpanis erepta eſt. Annibal verò hauſto veneno, quod ſub gemma in annulo geſtabat, extinctus eſt in exilio, ne in manus Romanorum venire cogeretur. Africanus autem minor, creditur noctu ſtrangulatus eſſe à Carbone conſcio, & adjutrice uxore ejus Cornelia.

Carthago qualis hodie?

Tunetum.

Anno mundi 3772. cùm Philippus Macedoniæ rex, contra fidem datam, Romanis negocium exhiberet, & moleſtias multas crearet, bellum ei intulerunt

Bellum Macedonicum.

Digitized by Google

lerunt Romani, miſſo cum exercitu T. Quintio Flaminio, qui in Theſſalia, ad Cynoſcephalas fudit Philippum, & ſic bellum eſt finitum, Græciſq; civitatibus libertas atq; immanitas à Romanis reddita. Ea pax in Olympijs voce præconis declarata eſt.

Abydeni in obſidione ſeſe ipſos cum liberis & uxoribus trucidarunt.

Tragicum verò exemplum eſt Abydenorum in bello, qui obſeſſi à Philippo Macedonum rege, cùm ſpes ſalutis nulla ſupereſſet, mutuis vulneribus conciderunt. Livius lib. 1. decad. 4.

Perſeus captus, & Macedonia Romanorum provincia eſt facta.

Poſt annos autem 26. Perſeus filius Philppi à fide Romanorum defecit. Iccircò à Romanis cæſus eſt in Theſſalia, nec multò pòſt ab Æmilio Paulo Romanorum imperatore captus eſt in prælio, Romamq́; adductus in triumpho, unà cum duob. filijs, ut ſuprà in regibus Macedonicis. Livius libro 4. decad. 5.

Bellum Antiochenum & Aetolicum.

Anno mundi 3790. ſuſceptum eſt à Romanis bellum adverſus Antiochum Magnum Syriæ regem, & Ætolos, in quo fuſus eſt Antiochus ad Thermopylas à Cornelio Scipione, & ejectus Græcia,

Mox

Mox ſequente anno iterum cæſus eſt Antiachus à Lucio Scipione ad Magneſiam, & ex tota Aſia fugatus, ex quo Domini Aſiæ facti ſunt Romani, Scipio verò Aſiatici agnomen accepit. Appianus in Syriacis, anno m. 3790.

CORINTHUS deleta.

ANno mundi 3926. miſſus eſt in Achaiam cum exercitu Lucius Mummius, conſul Romanus, contra Corinthios. Cauſa erat, quòd Corinthij legatos Romanos minus honorificè appellâſrant, ut Cicero ait, vel ut alij tradunt, lotio perfuderant: quæ quidem offenſa minor multò fuit, quàm pœna, quæ ſecuta eſt: Sed vera tamen cauſa abſq; dubio fuit divina vindicta ſuperbiæ, luxus, libidinumq; horrendarum, quæ in hac opulentiſſima urbe dominatæ ſunt. Bellum Corinthiacum.

Sic ergo Corinthus, poſtquam annos ſtetit 952. expugnata, exuſta, & funditùs deleta eſt à Romanis. Digna verò laude eſt Lucij Mummij continentia in hac expeditione. Cùm enim opes ingen- Continentiæ exemplũ in L. Mummio.

Digitized by Google

tes unà cum victoria deportâſſet, nihil in ſuam domum intulit, ſed Rempubl. & Italiam ferè totam Corinthiacis ſpoliis locupletavit. Ipſe verò adeò egenus fuit, ut ne filias quidem in matrimonio collocare, niſi ſenatus liberalitate adjutus, potuerit. Jacuit in ruinis Corinthus uſque ad Julij Cæſaris monarchiam, qui eam reparavit & exornavit. Anno verò Christi 1445. Amurates Turcarum imperator Iſthmum Corinthiacum occupavit, diruit, & unà cum Corintho totam Peloponeſum populatus eſt, ac tributariam fecit. Poſtea anno Chriſti 1458. iterum capta eſt Corinthus à Mahomete, inde adhuc in Turcarum poteſtate eſt, & vocatur Corantho, vel Gardos.

Status Corinthi in hoc tempore.

BELLUM NUMANTINUM.

Celtiberia regio Hiſpaniæ.

Celtæ ſunt Burgundi Iberus, vel Ibericum mare eſt, quod Hiſpaniam alluit.

ANno mundi 3832. Numantia Celtiberorum civitas in Hiſpania bellum cum Romanis geſſit, & poſt obſidionem annorum 14. fame compulſi cives urbem incenderunt, & ſe partim igne, partim ferro, partim veneno perdiderunt,

runt, ut ne unus quidem ſupereſſet, qui Romam in triumpho duci à Scipione Æmiliano poſſet. Florus lib. 3. cap. 18. Strabo lib. 9.

De Bello Cimbrico, in rebus Germanicis dicetur.

BELLUM JUGURTHINUM.

A*Nno mundi 3861. Jugurtha à Micipſa patruo ſuo hæres regni Numidiæ unà cum Adherbale & Hiemſale impuberib. filiis Micipſæ ſcriptus fuit. Sed mortuo teſtatore Micipſa, occidit Jugurtha Adherbalem & Hiemſalem cohæredes ſuos, ut ſolus regnum obtinere poſſet. Hæc injuria Romanis pia & juſta arma induit adverſus Jugurtham. Eſt igitur dux belli electus Marius, qui Jugurtham, & ſocium ejus Bochum Mauritaniæ regem, acie vicit, & nonaginta millia hominum cecidit. Qua clade accepta Bochus pacem à Romanis petiit, & per inſidias captũ Jugurtham Mario tradidit,*

Digitized by Google

qui illum Romam in triumpho duxit. ubi in carcere poſtea ſtrangulatus eſt. Saluſtius. Marius verò ob id beneficium pater patriæ, patensq́; libertatis ac Reipubl. à Cicerone appellatus eſt. Cic. pro Rabirio perduell. reo.

BELLUM MITHRIdaticum cœptum anno mundi 3884.

Mithridates undecimillibus ducenta quinquaginta millia Tigranis Armeniæ regis proſtravit.

Mithridates Ponti rex fuit opibus, armis, & cõſilio valens. Linguas tenuit 22. & venenum beneficio antidoti ſui, quod Mithridatium inde appellatur, abſq; ullo periculo quotidiè ſumſit. Interemit uno die, unaq́; epiſtola, 150. millia civium Romanorum, paſſim in Aſia negociantium.

Cauſa belli.

Tum legatum Romanorum M. Aquilium, & proconſulem Q. Oppium circumventos vita privavit, quemadmodum Cicero ſcribit pro lege Manilia, & pro Flacco. Inſuper Græciam etjam invaſit, & Athenas cepit. Quamobrem miſſus eſt contra eum à Romanis primùm Sylla, qui Athenas recuperavit, & alia feliciter geſſit. Poſtea Lucullus, qui

Sylla.

qui clauſum Romanis legionibus Pontum patefecit, Tigranem Armeniæ regem, generum & ſocium Mithridatis unà cum ipſo Mithridate, ad urbem Cyzicum fudit atq; fugavit. Lucullo autem Lucullus. *Romam revocato, bellum Pompeio Magno mandatum eſt, qui maturo prælio* Pompejus. *Mithridatem vicit, & Tigranem ſupplicem factum in regno Armeniæ confirmavit.* Cicero, Florus, Juſtinus. *Anno mundi 3906. Sic confectum quidem fuit bellum Mithridaticum, poſtquam duravit 45. annos. Mithridates verò, cum veneno hauſto extingui non poſſet, à milite interfectus eſt, poſtquam à Sylla debilitatus, à Lucullo fractus, à Pompoio tandem victus eſſet.*

SERVILE BELLUM.

TEmpore Mithridatici belli prædonum manus ingens ex ſervis fugitivis, & exulibus conflata eſt, quæ inſulas, urbes maritimas, & Italiam denique ipſam infeſtabat. Vocabantur hi prædones Cilices, & ita creſcebant nu-

 mero,

Digitized by Google

mero, ut naves amplius mille haberent. Ex præda verò ita locupletati ſunt, ut inauratis rudentibus, purpureis velis, & remis ſubargentatis uterentur. Contra hos lege Gabinia miſſus Pompeius imperator incredibili celeritate omnes delevit, & bellum confecit. Florus lib. tertio cap. 19.

(Simile bellum ſervile extitit anno Chriſti 843 in Turingia, & Saxonia: quando ſervi in dominos armati ſunt tanta multitudine & impetu, ut neceſſe eſſet ipſum regem Ludovicum arma induere, eosq; delere. Victi occiſi ſunt omnes, qui dedere ſeſe in fidem recuſabant.)

BELLUM MARIANUM, vel civile primum inter Marium & Syllam, Anno mundi 3884.

Occaſio belli.

SYlla in expeditione contra Mithridatem in Campania cum exercitu commorante, conſpiratio Romæ conſlata eſt contra dignitatem ejus à Mario & Sulpitio. Quare Romam ille redijt, & expulſo Mario & Sulpitio conſpirationem compreſſit. Ac Sulpitius quidem

Sulpitij tanta fuit inſolentia, ut nunquam in ſenatum veniret, niſi ſtipatus ſex-

dem ab equitibus Romanis ſtatim occiſus eſt. Marius verò in Africam profugit. Florus lib. 77. Poſtea abſente Sylla, Marius ex Africa reverſus, cum Cinna conjurationem inſtauravit, urbem occupavit, & optimos quoſque trucidavit. Poſt hanc lanienam Marius è vita exijt, relicto fœtore, ſicut catus fugiens. Quo cognito, Sylla cum Mithridate pacem fecit, & in Italiam properavit ad ſedandum tumultum. Ac primùm quidem conſules vicit, mox Romam ingreſſus à ſenatu & equeſtri ordine rogatus eſt, ut opem ſuam ad opprimendos ſeditioſos conferret. Quod etiam lubens fecit, & ſeditioſos diſſipavit, quorum alij acie victi occubuerunt, alij in fuga ſibi manus attulerunt. Poſtea ſucceſſu tanto inſolentior & crudelior factus, lanienam in urbe miſerandam exercuit, ac civium bona in foro haſta poſita vendidit, tabulamq́; fixit, quæ nomina proſcriptorum duorum millium ſenatorij & equeſtris ordinis comprehendit, apud portam verò Colli-

centis equitibus, quos antiſenatum appellabat.

Syllana ſævitia & crudelitas.

Collinam 70. millia Romanorum, in publica via 4. millia trucidavit. Deinde dictator creatus regnavit ſolus, & felix eſt dictus. Sed tãdem ſponte ſua dictaturam depoſuit, & ad referendum rationes totius adminiſtrationis ſe paratum eſſe oſtendit. Sequente anno mortuus φθειριάσει Romæ ſepultus eſt honorificentiſſimè in campo Martio.

(Cic. 2. offic. In Sylla ſecuta eſt honeſtã cauſſam non honeſta victoria. Defendebat enim is partes optimatum & ſenatus contra Marium, qui plebis partes tuebatur. Sed cruenta fuit victoria, qui totam urbem civili ſangvine replevit. Et in 3. de Finib. ait: Sylla trium peſtiferorum viciorum, luxuriæ, avaritiæ & crudelitatis magiſter fuit.)

GLADIATORUM BELLUM.

Anno mundi 3899. ſeptuaginta quatuor Gladiatores dè ſchola Lẽtuli, quæ Capuæ fuit, cum fugitivis ſervis conjurârunt, & duce Spartaco Romanis bellum intulerunt. Contra hos miſſus eſt cum exercitu M. Licinius Craſſus, ac penitùs

nitùs eos delevit. Anno mundi 3902. Plutarch. in Craſſo. Cic. 4. Philip.

BELLUM CATILINArium, Anno mundi 3909.

CAtilina patricius Romanus cùm per luxuriem & libidinem bona ſua profudiſſet, audacia & ſcelere nefario cõſilium de diripienda urbe, confodendo ſenatu, ſpoliando ærario, & evertenda Repub. tota inijt. Conſilium. *Iccircò ſociis ſeſe ad eam rem complurib. armavit, quorum adminiculo opus tantum ſeſe effecturum ſperabat.* Socij. *Inprimis verò Lentulum prætorem hujus immaniſsimi facinoris ſatellitem habuit. Et ut conjuratos pignore aliquo obligatos teneret, ſangvinem humanum bibere omnes oportuit.* Obligatiò per ſangvinẽ humanum. *Fortè autem conjuratio per ſcortum Fulviam patefacta eſt. Proinde conſul Cicero rem mox ad ſenatum retulit; hoſtesq́ monuit, ut urbe exirent, nî gravius ſubire periculum vellent.* Patefactio conjurationis. *Interea Manlius exercitum in Hetruria comparavit, ad quem Catilina profecturus erat, ut cum eo ad præfinitum diem invaderet urbem. Lentulus verò*

domi

Digitized by Google

domi viros, tela, faces diſpoſuerat, ut jam ad opprimendam & incendendam patriam parata eſſe viderentur omnia. Sed antevertit eum alia proditio, & Ciceronis incredibilis vigilantia, cura & induſtria. Is prætorem Lentulum palàm in ſenatu convicit, & conjurationem totam detexit atq; repreſſit. In ſenatu cùm de ſupplicio conjuratorum deliberatio eſſet, Cæſar mitius, Cato verò ſeverius animadvertendum in eos exiſtimabat. Sed obtinuit ſententia Catonis, & in carcerem conjecti parricidæ, quotquot Romæ erant, ſtrangulati ſunt. Catilina verò cum exercitu ex Hetruria infeſtis ſignis in patriam illatus, ab Antonio conſule cum ſuis omnibus fuſus eſt atq; extinctus. Anno mundi 3910.

Ciceronis conſulis vigilantia.

BELLUM CIVILE INTER Pompejum & Julium Cæſarem, quod duravit annos viginti.

Cæſaris nomen.

CAius Julius Cæſar natus anno mundi 3872. ex gente Julia, & Cæſarum familia, non à cæſo matris utero dictus, alioqui Cæſo rectiùs diceretur: neq;

Digitized by Google

neque à cæſarie, ſed à cæſo Elephante, qui Punica lingva Cæſar nominatur. Quamobrem etiam Elephantum in numis ſuis ſignavit. Quanquam ſunt, qui putent eum Capricorni ſignum in numis uſurpaſſe, utpote in quo natus eſſet, & cujus cauſa proſpere multa egiſſet. Vir ingenij & animi donis admirandis ornatus, nec rerum geſtarum duntaxat magnitudine, ſed oratione etiam, ex verborum paucitate, ſententiarum vero gravitate, puritate, & elegantia conſtante clarus. Memorabile eſt quod Plinius ſcribit, Cæſarem dictatorem ſimul ſcribere, legere, dictare, & audire ſolitum eſſe. Dominandi tamen cupidus plus ſatis, ut ſuperiorem ferre haud poſſet. Sic enim de eo puero adhuc vaticinatus eſt Sylla, multos in eo eſſe Marios, id eſt, ſeditioſos & turbatores patriæ, & fore illum aliquando optimatibus exitio. Equum habuit, cujus ungula fiſſa in parte anteriore fuit, nec ſeſſorem ullum præter Cæſarem admiſit. Fortaſſe Dona naturæ. Ambitio. Equus Cæſaris.

fiſſu-

fiſſura quoq; illa imperij Romani divulſionem portendit fore.

Res geſtæ & libri.

Conſulatum primùm adeptus eſt, anno ætatis ſuæ 41. & Galliam in annos quinq; regendam accepit. Iccircò Gallos, Helvetios, Germanos, & Belgas acriter afflixit annis novem. Populos 300. ſubegit, oppida 80. cepit, Galliamq; totam inter Alpes, Rhodanum, & Oceanum ſub jugum miſit. Hoc bellum ipſe eadem manu, qua geſſit, deſcripſit, ſingulis commentariorum libris ſingulorum annorum res geſtas complexus.

Αἴτιον. ſeu principalis, cauſa belli, ſcil. ambitio, æmulatio, & principatus cupiditas.

Ex hoc rerum ſucceſſu, & creſcente in dies potentia Cæſaris exarſit odium, invidia, & æmulatio Pompeij Magni, mortua præſertim uxore ejus Julia, Cæſaris filia, in puerperio. Itaq; ad reprimendum Cæſarem omnes conatus ſuos paravit, ad honores evehens, quoſcunq; ei infenſos maximè exiſtimavit.

Dio. προφάσεις μὲν λέγεται πολλαὶ τοῦ πολέμου· ἡ δ᾽ ἀληθεστάτη αἰτία ἡ φιλοπρωτία ἦν καὶ φιλαρχία. Multæ quidem cauſæ huic bello prætexuntur, ſed veriſsima cauſa erat contentio de primatu, & regnandi cupido.

Cæ-

Cæſar verò literas dedit ad ſenatum, quibus ſe pacis cupidum eſſe declaravit, ſed nihil obtinuit. Quin ſenatusconſultum fuit perſcriptum, tanquam in ſummis Reip. anguſtijs darent operam conſules, ne quid detrimenti Reſpub. caperet, quod claßicum belli civilis fuit. Mox Pompeius, cognito Cæſaris adventu, cum optimatibus ex orbe in Græciam profugit. Cæſar verò Romam ingreſſus, paci, quæ nihil habitura eſſet inſidiarum, unicè conſuluit, quæ cùm ab adverſarijs repudiaretur, armavit ſeſe adverſus eos. Dictator creatus à Lepido, occupavit Sardiniam, Siciliam, & Hiſpaniam, conſulq; in ſequentem annum deſignatus eſt. Pompeius autem Dyrrachium tenebat. Eòdem igitur venit etiam Cæſar, inde in Theſſaliam ventum eſt, & ad Pharſalum acie dimicatum, ubi victoria potitus Cæſar pepercit omnibus, qui pacem petebant, exclamans alta voce : Miles parce civibus. *Pompejus verò victus cum conjuge Cornelia, & Sexto filio fugit in Aegyptum. In itinere diſputa-*

Ἀφορμὴ, vel Occaſio fuit fortuna & potentia Cæſaris.

Victoria Cæſaris.

Gg vit

vit cũ Cratippo de providentia, iniquum eſſe exiſtimans, ſe in cauſa meliore vinci. Cui reſpondit Philoſophus, fatales eſſe imperiorum periodos, & fato iam converti Romanum imperium in Monarchiam. Habebat Pompejus maiores copias, nempe legiones triginta, cùm Cæſaris legiones vix eſſent quinque aut ſex. Habebat item Pompejus imperium Romanum, principes, regesq; potentiſſimos. Sed abfuit ab eo omnis ſucceſſus, idcircò, quia ante prælium Magos accerſivit, & conſilium ductumq; eorum ſecutus eſt. In Ægyptum fugiens hoſpitium apud regem, quem antè juverat, ſperavit ſe tutum eſſe inventurum; ſed ſpes eum fruſtrata eſt. Nam ex navi ſua in regiam navem tranſiturus, inſpectante uxore, transfoſſus eſt ex inſidijs eorum, qui à rege miſſi erant ad interimentum eum, ne bellum in Aegyptum attraheretur. Caput amputatum eſt, & in Aegyptum deportatum; poſtea Cæſari etiam oſtenſum, qui viſo eo ingemuiſſe dicitur, & ſepelijſſe illud

Fatales periodi imperiorum.

Pompeius transfoſſus.

hono-

Digitized by Google

honorificè. Interfectores verò ejus ſuſtulit è medio, & fanum Nemeſis, id eſt, Deæ vindicantis injuſtè facientes, in eo loco extruxit. Cadaver autem Pompeij in littore, ubi occiſus fuit, abiectiſſimè ſepultum eſt, penè in conſpectu Hieroſolymæ, quam ante annos paucos ceperat, & diſſuadente ſummo ſacerdote Sanctum ſanctorum ingreſſus erat, anno mundi 3924. ætatis verò 58. Florus, Plutarchus in vita Pompeij.

Ceciderunt in Pharſalica pugna ex Pompejano exercitu circiter millia 15. in deditionem venerunt amplius millia 24. Cæſar verò non amplius ducentos milites deſideravit, centuriones fortes 30. amiſit.

Quis verò non jure omni fatum Pompeij miretur? Antè nemo illo erat rei militaris peritior, nemo prudentior, nemo felicior. Numerantur octo ejus expeditiones inſignes à Plutarcho, triumphi tres, Africanus, Hiſpanicus, Aſiaticus. At in hoc bello quomodo ſeſe geſſit? Commutata ſunt omnia, ut vix

rei militaris ſcientiæ, virtutis atque prudentiæ umbram in eo reperias. Primùm ſpem collocavit in incerto Italiæ præſidio, ſpiritusq́; tantos ſibi ſumſit, ut, ſi pedem ſupploderet, totam Italiam in armis fore ſua cauſa confideret. Deinde Romam reliquit, in qua plurimum opis atq; roboris habere potuit. Ad quos verò profugit? Ad Græcos, in quibus nihil animi, nihil nervorum tunc reliquum erat. Quantò plus virtutis & firmamenti in Hiſpanis inveniſſet? Quippe qui in liberis Pompeij ſatis oſtenderunt, quid patris ipſius cauſa fuiſſent facturi. Cæſar enim adeò infeliciter ibi ultimo prælio decertavit, ut diffidens rebus ſuis de morte ſibi afferenda conſilium inierit. Quid in conflictu ad Dyrrachium cum Cæſare fecit Pompejus? An non verè nimis de illo dixit Cæſar, eum vincere neſcire: cùm videlicet Cæſaris copias fudit quidem, ſed perſequi victoriam noluit. Denique quid Pompeij exercitus in Græcia aliud, quàm luxum, feſta, voluptateſq́; ſectatus eſt? Equidem ocio, ignavia,

Δυσβουλία Pompeij in bello civili.

via, luxuria totus diffluxit: ut non quidem Romana, ſed Sardanapali caſtra videre licuerit. Quamobrem nimis vera eſt de eo Ciceronis querela paſſim uſurpata, præſertim in lib. 7. ad Atticum. Bellum cum ſocero ſuſcepit, deſeruit domum, profugit ex Italia: & cùm antea nihil in cæteris bellis, niſi ſummo conſilio prudentiaq́ geſsiſſet, cùm vel maximè ingenio, iudicioq́ excellere debuiſſet, ſui penè oblitus eſt. Itaq́ imbelles & infirmas copias, tirones, collectitioſq́ milites cum robuſtiſsimis legionibus conferre nō dubitavit. Verùm hæc abſque dubio pœna fuit ſuperbiæ Pompeij, qui dum ad ſumma contendit, ad ima detruſus eſt. Quod omnibus ambitioſis atq́ ſuperbis accidit. Templum quoq́ Hieroſolymitanum violavit. Etſi enim nihil inde abſtulit: tamen contra ſummi ſacerdotis admonitionem Sanctum ſanctorum ingreſſus eſt, quod minimè illi licuit. Quare & huius impietatis pœnas eum exolvere oportuit. Tandem urſit etiam fatū, quod Rempublicam Romanam in Monarchi-

Cauſæ τῆς δυσβουλίας Pompeij, ſive temeritatis.

Habuit in animo & ore verſum Homeri:

αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

narchiam convertebat. Iccircò diminui Pompejum, creſcere verò Iulium neceſſe erat. Hæ cauſæ ſunt, quare in hoc civili bello ſui adeò diſsimilis Pompejus tot erroribus captus ſit. Interierunt in hoc bello civili Cæſaris & Pompeij ad millia trecenta hominum. In alijs prælijs gloriatus eſt Cæſar à ſe occiſa eſſe vndecies centena, & nonaginta duo millia hominũ, autore Plinio lib. 7. cap. 25.

Primus regalem patefecit Iulius aulam. Auſon.

IVLIVS CAESAR PRImus Monarcha imperij Romani.

Reſpu. Romana optimatum gubernatione crevit, ſed Monarcharũ imperio decrevit.

SVblato Pompejo, Cæſar ſolus regnavit, factus Monarcha primus, & imperator Romanorũ, anno mundi 3924.

Bellum Alexandrinũ, ſive Aegyptiacum.

In Ægyptum profectus eſt, ubi cædis inſidiæ collocatæ ſunt illi ab Achilla regis Capitaneo, qui in fuga peryt. Regnum verò Ægypti Cleopatræ & fratri ejus tradidit adjutus ab Antipatro. Inde in Syriam movit, Antipatrumq́; honoribus auxit, ut ſuprà in rebus Iudaicis dictum eſt. Romam reverſus, in bellum Africanum curam & cogitationem

Bellum Africanum contra Põpeianos.

nem contulit adverſus Pompejanos, Scipionem, Catonem, & regem Iubam, quoq; acie vicit. Ac Iuba quidem in conflictu occubuit, Cato verò Vticenſis ſibi ipſi manus attulit, lecto prius Platonis libro de morte, ne vultũ victoris aſpicere cogeretur. Scipio navi fracta peryt.

Cæſar autem Romam rediens quatuor triumphos diebus quatuor egit, 1. De Gallis & Germanis. 2. De rege Ægypti. 3. De Pharnace Ponti rege. 4. De Iuba Africæ rege. Inde eſt quod Cicer. ait 2. Philip. Doletis tres exercitus populi Roman. interfectos, nempe unum in Pharſalia, duce Pompejo, ſecundum in Hiſpania, victis Pompeij liberis, tertium in Africa, ducibus Scipione & Iuba Mauritaniæ rege. Emendavit annum, qui Iulianus inde appellari cœpit, anno mundi 3927. Rempublicam conſtituit ordinatis legibus Iulijs, & conſulibus. Deinde in Hiſpaniam profectus eſt, contra filios Pompei, Cneum & Sextum, eoſq; ad Mundam urbem profligavit prælio omnium acerrimo, in quo Triumphi Cæſaris.

homines ad numerum triginta millium ceciderunt, & Cnei Pompei occiſi caput ad Cæſarem allatum eſt. Romam reverſus dictaturam quintam, & conſulatum item quintum, vel perpetuum potius, accepit. Triumphum egit de Hiſpania, teſtamentum condidit, & ingreſſus curiam, à conjuratis M. Bruto, C. Trebonio, Caßio, & Decio Bruto, multisq; alijs, plus quàm 60. quos in priſtinam dignitatem reſtituerat & ornârat, viginti tribus vulneribus confoſſus eſt, anno ætatis ſuæ 56. poſtquam annos 3. & menſes 6. imperavit. Plinius ſcribit, occiſo Cæſare, Solem toto die palluiſſe. Ac mirum eſt, quod idem autor inquit, Cæſari ſacrificanti bis defuiſſe cor in extis. Quod cùm periculum magnum ei minari augur prædixiſſet, quod ultra Idus Martias non eſſet abfuturum, riſit Cæſar. Et cùm Idus veniſſent, magis vanitatem augurij contemſit. Verùm augur veniſſe quidem dixit, ſed non præterijſſe. Mox curiam ingreſſus Cæſar occiſus eſt. Feliciſsimus & exercitatiſsimus utiq;

Bellum Hiſpanicum, de quo Cæſar ipſe dixit, ſe de victoria ſæpè in hoc vero bello primum de vita dimicaſſe.

Interitus Cæſaris.

Plut. in vita Cæſ.

utiq; fuit imperator, utpote qui quinquagies collatis ſignis cum hoſtibus dimicavit. Ab eo Iulius Menſis, qui antea Quintilis fuerat dictus, eſt nominatus. Percuſſorum verò ejus nemo ultra triennium vixit, ſed tragica morte omnes interierunt. Ut autem à ſanguine fraterno initium cepit Romanum imperium, ſic à cædibus & laniena exordium duxit Romana Monarchia: ut beſtiæ terribili & horrendæ omni ex parte ſimilis ſit, quemadmodum Daniel vaticinatus eſt.

Monarchiæ Rom. initiũ à ſangvine.

Octavius vel Octavianus filius & hæres in Cæſaris teſtamento ſcriptus, cognita ejus morte, Romam ex urbe Apollonia, ubi literis & militaribus diſciplinis operam dabat, venit anno ætatis 18. ut teſtamentum exequeretur. Dum autem urbem ingreſſus eſt, viſus eſt ſol arcum lucidum inſtar iridis ſupra eum effingere, ut Dio ſcribit. Viſi ſunt quoque tres Soles, qui paulatim in unum coierunt. Euſebius. Etſi autem ſuaſu Ciceronis decretum de ἀμνησίᾳ*, id eſt,*

Hiſtoria Auguſti.

 ſempi-

ſempiterna oblivione odiorum & diſſidiorum in ſenatu factum eſt, cujusmodi olim Athenis à Thraſybulo factum erat: tamen furor Antonij non potuit comprimi. Quocirca ſenatus, autore Cicerone, contra eum ſibi adjunxit Octavium, qui in pugna ad Mutinam Antonium fudit, & ex Italia ejecit. Poſt hanc victoriam exercitum adduxit Romam, eamq́; occupavit, & cum conſulatu imperium adeptus eſt, anno mundi 3929. imperavitq́; annis 56. Erant tunc tres viri principes in Repub. Romana, Octavius, vel Octavianus, Antonius, Lepidus. Inter hos ita convenit, ut univerſum imperium Romanum tanquam hæreditatem paternam dividerent, & ſuos ſinguli amicos conſervarent, inimicos verò necarent. Propoſitis igitur proſcriptionum edictis, alius in alium ſævijt. Antonius autem Ciceronem inprimis, conſentiente Octavio Auguſto, quanquam invito, è medio ſuſtulit. Poſtea Octavius & Antonius, Cæſaris interfectores, Caſſium & Brutũ perſecuti ſunt, eosq́;

Auguſti imperium.

Tres Soles. Plutarch. in vita Antonij.

Diviſio imperij Rom. Antonio Aſia, Lepido Africa, Octavio Europa eſt tributa.

Bellum Philippenſe.

Digitized by Google

eosq́; in campis Philippicis Theſſaliæ vicerunt. Illi autem deſperatione fracti ſeipſos iugulârunt ijs gladijs, quibus Iulium Cæſarem confoderant. Digna eſt hoc loco conſideratione hiſtoria de Varrone, qui unus de proſcriptis fuit, & à Fuſcio Caleno Antonij amico clàm receptus eſt, & aliquot menſes abditus. Etſi autem Antonius interim in Caleni domum venit, & apud eum convivatus eſt: tamen latuit ibi Varro tantiſper, donec proſcriptionis ſævitia mitigaretur, & Antonius placabilior fieret. Tunc deprecari Calenus pro Varrone cæpit, quem ſuperſtitem eſſe & apud ſe latuiſſe faſſus eſt. Quanquam autem contra edictum proſcriptionis fecerat Calenus, & tanquam receptator eadem pœna cum Varrone afficiendus videbatur, tamẽ probavit Antonius fidem Caleni erga amicũ, & Varroni vitam donavit, ac priſtinam dignitatem reſtituit. Dion. Inde Octavius & Antonius, excluſo Lepido, partiti ſunt inter ſe imperium, ut Octavius Occidentẽ, Antonius Orientem occuparet. Quanquam

Caſſus & Brutus. αὐτόχειρες.

Varro.

Triumviratus vertitur in Duumviratum.

quam autem Fulvia Antonij uxor nihil muliebre præter corpus gerens, inſtigârat maritum adverſus Octavianum: tamen in gratiam redierunt, & contra Sextum Pompejum ſeſe conjunxerunt. Ac quò fides eſſet certior, Octavius collocavit Antonio ſororem ſuam Octaviam. Victus autem eſt navali prælio S. Pompejus in Sicilia ab Octavio. Antonius verò inſano amore Cleopatræ tenebatur, à qua impulſus Octaviam repudiavit, & bellum novum accendit. Nam Octavianus ſeſe adverſus illum armavit, & in pugna navali ad Actium in Epiro vicit. Antonius verò cum Cleopatra in Aegyptũ fugit, ſed ſecutus eum ſequente anno Octavius, totam Aegytum ſub jugum Romanum miſit, & in Provinciæ formam redegit. Antonius autem deſertus ab omnibus ſocijs, ſeipſum confodit. Cleopatra cuſtodibus tradita, aſpide admota ſibi mortem conſcivit. Victor itaq; Octavius Romam redijt, & triumphum triduò egit, in quo inter cætera imaginem Cleopatræ cum aſpice in ſiniſtro brachio

Bellum Octavij cum Antonio.

Antonius terra mariq; victus, inter tres mulierculas, mulieroſa manu ægrè mortem invenit.

brachio mordicus affixa hærente circumtulit. Antę currum verò inter cæteros captivos duxit Cleopatræ liberos gemellos, Alexandrum, cui Solis & Cleopatram, cui Lunæ nomen inditum erat. Iani quoq; templum clauſit; pacato ſcilicet iam orbe terræ, finitiſq; bellis civilibus. Inde Auguſtus eſt appellatus à ſenatu & omni populo, cùm annos natus eſſet triginta ſex, annò mundi 3 9 4 5. Ab hoc Auguſti adhuc cognominantur omnes Romani Cæſares; quaſi σεβαστοὶ, *venerandi, vel à Deo deſignati atq; conſecrati. Cæterùm ea fuit modeſtia Auguſti, ut imperium ſenatus, populiq́; Romani ſuffragijs ad ſe delatum deponere voluerit. Quod cùm per ſenatum populumq́; minus liceret, regium titulũ repudiavit, & tribunitiam poteſtatem accepit. Profectus in Provincias, leges ac magiſtratus per totum imperium Romanum reſtituit. Redeunti domum ſenatus aureum currum obviam miſit cum corona: ſed vehi in eo Auguſtus renuit. Cùm etiam anni Iuliani ordo neglectus*

Auguſti nomen.

Suidas. αὔγουστα λέγονται τίμια μεγάλα καὶ ἐπίσημα.

Auguſta dicuntur honore digna, magna atq; illuſtria.

Modeſtia Auguſti.

glectus eſſet à ſacerdotib. novã correctionem adhibuit. Inde Auguſtus menſis pro Sextili nominatus eſt, et dies unus illi de Februario adjectus. Cùm in quodam ſpectaculo dominus æquus & bonus appellaretur, idq́; elogium conſenſu & appellaretur, idq́; elogium conſenſu & applauſu totius populi tribueretur ei: adulationem illam improbavit, & ſequente die edixit, ne à quoquam, & ne quidem à ſuis liberis, ſive ioco, ſive ſerio, dominus appellaretur. Dio. Cum verò patris patriæ appellatio ei tribueretur à Meſſala, largas fudit lacrymas, & læticia exultavit. Apollinem conſuluit, ecquis ipſi in Roman. imperio ſucceſſurus eſſet: is parva interpoſita mora verſus de Chriſti nuper nati numine & potentia pronunciavit:

Auguſtus ignorans ceſſit gloriam Chriſto. Vrſpergenſis.

Παῖς ἑβραῖος κέλεται μὲ θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι,
λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.
Me puer Hæbræus ſuperûm rex linquere tecta
Hæc iubet, & Ditis cœcas remeare ſub vmbras.

Ergo

Ergo ſilens aris tu nunc abſcedito noſtris.

Mortuus eſt anno mundi 3985. ætatis anno 76. ſucceſſit Tiberius eodem anno mundi, & imperavit annos 22. Tiberius.

ACTA GERMANORVM in millenario quarto.

De Germanorũ geſtis nihil memorabile in millenario quarto eſt mandatum literis, aut proditum memoriæ, uſq; ad annũ mundi 2790. quo Trithemius ſcribit regnâſſe Marcomirum, qui impetum in Galliam fecerit, ac igne ferroq́; multa populatus ſit. Huic ſucceſſit Antenor filius, à cujus conjuge Cambra, regis Britanniæ filia, dicti ſunt Sicãbri. Tertius Francorum rex nominatur Priamus à Trithemio, et ſic deinceps continua ſerie per hunc millenarium. Sed hæc de Francis & Sicambris opinio multis improbatur. Nec immeritò. Francos enim à libertate nomen habere, dubium non eſt, tum Gallis ita eos commixtos fuiſſe, ut promiſcuo nomine Galli & Franci appellati ſint, ex hiſtorijs manifeſtũ eſt. Sicambri verò Germani indigetes ſunt: habi-

Sicambri hodie ſunt Clivenſes & Geldrienſes.

habitaruntq́; ad alteram Rheni ripam, paulùm infra Vbios, vbi adhuc veſtigia quædam ſive rudera veteris urbis & arcis Sigenburg conſpiciuntur. Item cænobium non procul à Colonia Agrippina Sigenberg in ducatu Geldrienſi. Hi Iulij Cæſaris tempore excurrerunt in Galliam ad diripiendos Eburones, ſed à Cæſare repulſi ſunt.

Eburones die Lüttiſcher.

Circa annum mundi 3583. Senones (die Sonnouer) qui initiò Marchiam Brandenburgenſem tenuerunt, poſtea ad ſinum Codanum; inde in Italiam & Galliam progreſſi, cum Gallis ſeſe conjunxerunt; & urbem Cluſium oppugnârunt. Sequente anno cum Romanis acie dimicârunt; duce Brenno, & Romanos ad Alliam fluvium ceciderunt. Hinc rectà Romam moverunt, & urbem expugnatam diripuerunt atq; incenderunt, non multò pòſt tamen à Camillo expulſi ſunt, ſicut in rebus Romanis dictum eſt. Cæſar lib. 6. belli Gallici ſcribit; Senones fuiſſe confines Pariſijs, & cum ijs in una civitate cõjunctos. Alibi autem narrat,

Sinus Codanus, der Sünt oder das Pomeriſche Meer

eos

tos Cæſari rebellaſſe in Gallia, nec voluiſſe Germanos ſeſe cum illis conjungere. Si igitur Senones natione fuerunt Germani, ante Julium Cæſarem Galliæ facti ſunt incolæ.

Hetruſci populi in ducatu Florentino.

Anno mundi 3676. Germani, ſociis Hetruſcis & Samnitibus, iterum Romanis bellum fecerunt, ſed victi ſunt, Romani verò victores clade ingenti affecti.

Samnites populi Italiæ.

Celtæ veteribus Græcis dicti ſunt Galli ſimul & Germani, nunc Burgũdi.

Anno autem mundi 3693. Galli vel Celtæ, relicto patrio ſolo, in Illyrium progreſſi ſunt, Belgio & Brenno ducibus, & in Pannonia conſederunt. Poſtea intervallo non ita longo ex Pannonia agminibus diviſi, alij in Græciam, alij in Macedoniam invaſere, obvia omnia ferro & igni populantes. Quibus occurrit cum exercitu Ptolomæus Ceraunus Macedonum rex, & acie cum illis decertavit, ſed victus eſt à Belgio, captus & obtruncatus. Caput verò lancea affixum per exercitum circumlatum eſt, ut eſſet ludibrio & terrori hoſtibus. Rurſum ex Macedonia non multò pòſt pulſus eſt Belgius à Soſthene duce. Ideoq; Brennus

Hh accur-

accurrit, & Soſthenem profligavit, Macedoniam verò diripuit atque vaſtavit; nec oppida modò, ſed templa quoq; ſpoliavit; inter quæ etiam fuit Delphicum templum in Parnaſſo ſitum: Iuſtum eſſe inquiens, ut Dij, cùm locupletes ſint, nec opibus egeant, hominibus largiantur. Sed tempeſtatum vi, & terræ motu à Satana idolatriæ propugnatore excitato depulſus eſt, exercitusq; ejus totus diſſipatus atq; deletus. Inde partim doloris magnitudine, quam ex vulneribus inflictis acceperat, partim ex animi dolore rebus omnibus diffidens atq; deſperans, pugione ſeſe confodit. Iuſtinus lib. 24. Reliquus verò Gallorum exercitus 15. millium peditum, & trium millium equitum iterum in Macedoniam infuſus Antigono bellum fecit, ſed cæſus eſt & deletus. Sequente anno, nempe mundi 3094. denuò in Aſiam profecti Galli Ancyram in Phrygia occuparunt, & ſupra fluvium Sangarum ſedem rerum ſuarum collocarunt. Tanta autem fuit opinio virtutis Gallorum, ut ſine ijs nihil

Galli, ſive Germani prædones & ſacrilegi.

Digitized by Google

hil geri aut effici præclarè poſſe crederetur. Itaq; etiam Bithyniæ rex auxilium ab ijs petijt, partaq; victoria regnum cum ijs diviſit. Ex quo regio illa GalloGræcia, ſive Galatia cœpit dici, quòd Græcis Galli admixti eſſent. Juſtinus lib. 25. Plerīq; putant Gallis hiſce Germanos fuiſſe adjunctos, iccircò gentem etjam Galatarum ex Gallis & Germanis conflatam eſſe credunt. Quam ob cauſam etiam inter Germanorũ hiſtorias recēſere hoc loco volui. Galatæ.

Anno mundi 3859. Cimbri, q̃ hodie ſunt Holſati & Schleſvicenſes, exhibuerũt negotiũ Romanis, & primùm quidẽ in Illyriam omni impetu irruerunt, & quinq; conſulares Romanorũ exercit⁹ partim fuderunt, partim fugarũt. Inde in Hiſpaniã progreſſi multa loca po-

Cimbri à littore Baltico per Germaniam venerunt in Italiam, relictis paſſim in profectione multis veſtigijs ſive notis ſui nominis, ut in Turingia condiderunt oppidum, quod Simmern appellatur. Etſi autem videntur Cimbri nonnullis dicti quaſi Kämpffer / tamen magis veriſimile eſt, eos à Gomero, Japheti filio, nominatos eſſe. Ha-

ſempiterna oblivione odiorum & diſsidiorum in ſenatu factum eſt, cujusmodi olim Athenis à Thraſybulo factum erat: tamen furor Antonij non potuit comprimi. Quocirca ſenatus, autore Cicerone, contra eum ſibi adjunxit Octavium, qui in pugna ad Mutinam Antonium fudit, & ex Italia ejecit. Poſt hanc victoriam exercitum adduxit Romam, eamq́ occupavit, & cum conſulatu imperium adeptus eſt, anno mundi 3929. imperavitq́ annis 56. Erant tunc tres viri principes in Repub. Romana, Octavius, vel Octavianus, Antonius, Lepidus. Inter hos ita convenit, ut univerſum imperium Romanum tanquam hæreditatem paternam dividerent, & ſuos ſinguli amicos conſervarent, inimicos verò necarent. Propoſitis igitur proſcriptionum edictis, alius in alium ſævijt. Antonius autem Ciceronem inprimis, conſentiente Octavio Auguſto, quanquam invito, è medio ſuſtulit. Poſtea Octavius & Antonius, Cæſaris interfectores, Caſsium & Brutũ perſecuti ſunt,

Auguſti imperium.

Tres Soles.

Plutarch. in vita Antonij.

Diviſio imperij Rom.

Antonio Aſia, Lepido Africa, Octavio Europa eſt tributa.

Bellum Philippenſe.

cosq́

Digitized by Google

eosq́; in campis Philippicis Theſſaliæ vicerunt. Illi autem deſperatione fracti ſeipſos iugulârunt ijs gladijs, quibus Iulium Cæſarem confoderant. Digna eſt hoc loco conſideratione hiſtoria de Varrone, qui unus de proſcriptis fuit, & à Fuſcio Caleno Antonij amico clàm receptus eſt, & aliquot menſes abditus. Etſi autem Antonius interim in Caleni domum venit, & apud eum convivatus eſt: tamen latuit ibi Varro tantiſper, donec proſcriptionis ſævitia mitigaretur, & Antonius placabilior fieret. Tunc deprecari Calenus pro Varrone cœpit, quem ſuperſtitem eſſe & apud ſe latuiſſe faſſus eſt. Quanquam autem contra edictum proſcriptionis fecerat Calenus, & tanquam receptator eadem pœna cum Varrone afficiendus videbatur, tamē probavit Antonius fidem Caleni erga amicū, & Varroni vitam donavit, ac priſtinam dignitatem reſtituit. Dion. Inde Octavius & Antonius, excluſo Lepido, partiti ſunt inter ſe imperium, ut Octavius Occidentē, Antonius Orientem occuparet. Quanquam

Caſſius & Brutus. αὐτόχειϱες. Varro.

Triumviratus vertitur in Duumviratum.

quam autem Fulvia Antonij uxor nihil muliebre præter corpus gerens, inſtigârat maritum adverſus Octavianum: tamen in gratiam redierunt, & contra Sextum Pompejum ſeſe conjunxerunt. Ac quò fides eſſet certior, Octavius collocavit Antonio ſororem ſuam Octaviam. Victus autem eſt navali prælio S. Pompejus in Sicilia ab Octavio. Antonius verò inſano amore Cleopatræ tenebatur, à qua impulſus Octaviam repudiavit,& bellum novum accendit. Nam Octavianus ſeſe adverſus illum armavit, & in pugna navali ad Actium in Epiro vicit. Antonius verò cum Cleopatra in Aegyptũ fugit, ſed ſecutus eum ſequente anno Octavius, totam Aegytum ſub jugum Romanum miſit,& in Provinciæ formam redegit. Antonius autem deſertus ab omnibus ſocijs, ſeipſum confodit. Cleopatra cuſtodibus tradita, aſpide admota ſibi mortem conſcivit. Victor itaq; Octavius Romam redijt,& triumphum triduò egit, in quo inter cætera imaginem Cleopatræ cum aſpice in ſiniſtro brachio

Bellum Octavij cum Antonio.

Antonius terra mariq; victus, inter tres mulierculas, mulieroſa manu ægrè mortem invenit.

brachio mordicus affixa hærente circumtulit. Antę currum verò inter cæteros captivos duxit Cleopatræ liberos gemellos, Alexandrum, cui Solis & Cleopatram, cui Lunæ nomen inditum erat. Iani quoq; templum clauſit; pacato ſcilicet iam orbe terræ, finitisq; bellis civilibus. Inde Auguſtus est appellatus à ſenatu & omni populo, cùm annos natus eſſet triginta ſex, annò mundi 3 9 4 5. Ab hoc Auguſti adhuc cognominantur omnes Romani Cæſares, quaſi σεβασοὶ, *venerandi, vel à Deo deſignati atq; conſecrati. Cæterùm ea fuit modeſtia Auguſti, ut imperium ſenatus, populiq; Romani ſuffragijs ad ſe delatum deponere voluerit. Quod cùm per ſenatum populumq; minus liceret, regium titulũ repudiavit, & tribunitiam poteſtatem accepit. Profectus in Provincias, leges ac magiſtratus per totum imperium Romanum reſtituit. Redeunti domum ſenatus aureum currum obviam miſit cum corona: ſed vehi in eo Auguſtus renuit. Cùm etiam anni Iuliani ordo neglectus*

Auguſti nomen.

Suidas.

αὔγουσα λέγονται τίμια μεγάλα καὶ ἐπίσημα.

Auguſta dicuntur honore digna, magna atq; illuſtria.

Modeſtia Auguſti.

glectus eſſet à ſacerdotib. novã correctionem adhibuit. Inde Auguſtus menſis pro Sextili nominatus eſt, et dies unus illi de Februario adjectus.

Auguſtus ignorans ceſſit gloriam Chriſto.
Vrſpergenſis.

Cùm in quodam ſpectaculo dominus æquus & bonus appellaretur, idq; elogium conſenſu & appellaretur, idq; elogium conſenſu & applauſu totius populi tribueretur ei: adulationem illam improbavit, & ſequente die edixit, ne à quoquam, & ne quidem à ſuis liberis, ſive ioco, ſive ſerio, dominus appellaretur. Dio. Cum verò patris patriæ appellatio ei tribueretur à Meſſala, largas fudit lacrymas, & læticia exultavit. Apollinem conſuluit, ecquis ipſi in Roman. imperio ſucceſſurus eſſet: is parva interpoſita mora verſus de Chriſti nuper nati numine & potentia pronunciavit:

Παῖς ἑβραῖος κέλεται μὲ θεοῖς μακάρεσ-
σιν ἀνάσσων
τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις
ἱκέσθαι,
λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετεράων.

Me puer Hæbræus ſuperûm rex linquere tecta
Hæc iubet, & Ditis cœcas remeare ſub vmbras.

Ergo

Ergo ſilens aris tu nunc abſcedito noſtris.

Mortuus eſt anno mundi 3985. ætatis anno 76. ſucceſſit Tiberius eodem anno mundi, & imperavit annos 22. Tiberius.

ACTA GERMANORVM in millenario quarto.

DE Germanorũ geſtis nihil memorabile in millenario quarto eſt mandatum literis, aut proditum memoriæ, uſq; ad annũ mundi 2790. quo Trithemius ſcribit regnâſſe Marcomirum, qui impetum in Galliam fecerit, ac igne ferroq; multa populatus ſit. Huic ſucceſſit Antenor filius, à cujus conjuge Cambra, regis Britanniæ filia, dicti ſunt Sicãbri. Tertius Francorum rex nominatur Priamus à Trithemio, et ſic deinceps continua ſerie per hunc millenarium. Sed hæc de Francis & Sicambris opinio multis improbatur. Nec immeritò. Francos enim à libertate nomen habere, dubium non eſt, tum Gallis ita eos commixtos fuiſſe, ut promiſcuo nomine Galli & Franci appellati ſint, ex hiſtorijs manifeſtũ eſt. Sicambri verò Germani indigetes ſunt; habi-

Sicambri hodie ſunt Cliveníes & Geldrienſes.

habitaruntq́; ad alteram Rheni ripam, paulum infra Vbios, vbi adhuc veſtigia quædam ſive rudera veteris urbis & arcis Sigenburg *conſpiciuntur. Item cænobium non procul à Colonia Agrippina* Sigenberg *in ducatu Geldrienſi. Hi Iulij Cæſaris tempore excurrerunt in Galliam ad diripiendos Eburones, ſed à Cæſare repulſi ſunt.*

Eburones die Lütticher.

Circa annum mundi 3583. Senones (die Sonnouer) *qui initiò Marchiam Brandenburgenſem tenuerunt, poſtea ad ſinum Codanum; inde in Italiam & Galliam progreſſi, cum Gallis ſeſe conjunxerunt; & urbem Cluſium oppugnârunt. Sequente anno cum Romanis acie dimicârunt, duce Brenno, & Romanos ad Alliam fluvium cæciderunt. Hinc rectà Romam moverunt, & urbem expugnatam diripuerunt atq; incenderunt, non multò pòſt tamen à Camillo expulſi ſunt, ſicut in rebus Romanis dictum eſt. Cæſar lib. 6. belli Gallici ſcribit; Senones fuiſſe confines Pariſijs, & cum ijs in una civitate cojunctos. Alibi autem narrat,* eos

Sinus Codanus, der Sünt oder das Pomerische Meer

eos Cæſari rebellaſſe in Gallia, nec voluiſſe Germanos ſeſe cum illis conjungere. Si igitur Senones natione fuerunt Germani, ante Julium Cæſarem Galliæ facti ſunt incolæ.

Anno mundi 3676. Germani, ſocÿs Hetruſcis & Samnitibus, iterum Romanis bellum fecerunt, ſed victi ſunt, Romani verò victores clade ingenti affecti.

Hetruſci populi in ducatu Florentino.
Samnites populi Italiæ.

Anno autem mundi 3693. Galli vel Celtæ, relicto patrio ſolo, in Illyrium progreſſi ſunt, Belgio & Brenno ducibus, & in Pannonia conſederunt. Poſtea intervallo non ita longo ex Pannonia agminibus diviſi, alÿ in Græciam, alÿ in Macedoniam invaſere, obvia omnia ferro & igni populantes. Quibus occurrit cum exercitu Ptolomæus Ceraunus Macedonum rex, & acie cum illis decertavit, ſed victus eſt à Belgio, captus & obtruncatus. Caput verò lancea affixum per exercitum circumlatum eſt, ut eſſet ludibrio & terrori hoſtibus. Rurſum ex Macedonia non multò pòſt pulſus eſt Belgius à Soſthene duce. Ideoq; Brennus

Celtæ veteribus Græcis dicti ſunt Galli ſimul & Germani, nunc Burgũdi.

Digitized by Google

accurrit, & Soſthenem profligavit, Macedoniam verò diripuit atque vaſtavit; nec oppida modò, ſed templa quoq; ſpoliavit; inter quæ etiam fuit Delphicum templum in Parnaſſo ſitum: Iuſtum eſſe inquiens, ut Dij, cùm locupletes ſint, nec opibus egeant, hominibus largiantur. Sed tempeſtatum vi, & terræ motu à Satana idolatriæ propugnatore excitato depulſus eſt, exercitusq; ejus totus diſſipatus atq; deletus. Inde partim doloris magnitudine, quam ex vulneribus inflictis acceperat, partim ex animi dolore rebus omnibus diffidens atq; deſperans, pugione ſeſe confodit. Iuſtinus lib. 24. Reliquus verò Gallorum exercitus 15. millium peditum, & trium millium equitum iterum in Macedoniam infuſus Antigono bellum fecit, ſed cæſus eſt & deletus. Sequente anno, nempe mundi 3094. denuò in Aſiam profecti Galli Ancyram in Phrygia occuparunt, & ſupra fluvium Sangarum ſedem rerum ſuarum collocarunt. Tanta autem fuit opinio virtutis Gallorum, ut ſine ijs nihil

Galli, ſive Germani prædones & ſacrilegi.

hil geri aut effici præclarè poſſe crederetur. Itaq; etiam Bithyniæ rex auxilium ab ijs petijt, partaq; victoria regnum cum ijs diviſit. Ex quo regio illa GalloGræcia, ſive Galatia cœpit dici, quòd Græcis Galli admixti eſſent. Juſtinus lib. 25. Pleriq; putant Gallis hiſce Germanos fuiſſe adjunctos, iccircò gentem etjam Galatarum ex Gallis & Germanis conflatam eſſe credunt. Quam ob cauſam etiam inter Germanorũ hiſtorias recẽſere hoc loco volui. Galatæ.

Anno mundi 3859. Cimbri, q hodie ſunt Holſati & Schleſvicenſes, exhibuerũt negotiũ Romanis, & primùm quidẽ in Illyriam omni impetu irruerunt, & quinq; conſulares Romanorũ exercit9 partim fuderunt, partim fugarũt. Inde in Hiſpaniã progreſſi multa loca po-

Cimbri à littore Baltico per Germaniam venerunt in Italiam, relictis paſſim in profectione multis veſtigijs ſive notis ſui nominis, ut in Turingia condiderunt oppidum, quod Simmern appellatur. Etſi autem videntur Cimbri nonnullis dicti quaſi Kämpffer / tamen magis veriſimile eſt, eos à Gomero, Japheti filio, nominatos eſſe. Ha-

pulati ſunt. Sed à Celtiberis repulſi in Galliam redierunt, ibi cum Teutonibus conjuncti Romanis tantum terrorem injecerunt, ut nullo tempore in majori metu fuiſſe videātur. Quare contra eos miſſus eſt C. Marius cum exercitu, & duob. prælijs eos vicit ad aquas Sextias, ubi centum quinquaginta millia Germanorum occubuerunt, ſecundùm Florum & Eutropium, libro quinto. Non multo pòſt iterum à Mario cæſi ſunt centum quadraginta millia hominum. Qua clade mulieres Germanicæ ſupra modum conterritæ ſunt, & in ipſa tamen deſperatione hoſti fortiter reſtiterūt. Cùm autem circumfuſas ſeſe atq; oppreſſas hoſtium multitudine cernerent, ſe ipſas cum liberis horrēdum in modum trucidârunt, ne hoſti prædæ fierent. In hoc bello Cimbrico primum aliquilam in vexillo prætorio uſurpâvit Marius, anno mūdi 3870. Inde a-

Clades Cimbrica.

Aquila Romana, jam olim prædicta à Mose, Dev. 28. Gens è longinquo involabit ut aquila.

bitarunt primùm in Thracia circa Mœotidem paludem, ubi Boſphorus Cimmerius fuit. Inde profecti per vicinam Auſtriam, Lithuaniā, Livoniā, Boruſſiā, ad Cimbricam Cherſoneſum venerunt.

quila pro inſigni Rom. imperij habita eſt.

Anno mundi 3914. Julius Cæſar in Germaniam duxit exercitum, ac primùm Helvetios, deinde Arioviſtum Germanorum regem, tum Belgas edomuit. Cæſar de bello Gallico. In Arioviſti hiſtoria illud maximè eſt memorabile, quòd tantus dux prælium non auſus fuit committere cum Cæſare, niſi mulieres ſive ſagæ, quas ſecum duxit, ſortibus ac vaticinationib. declarâſſent, utrum præliari ex uſu eſſet, nec ne. Hunc ergo Cæſar, ſingulari ſtrategemate uſus, ante novam lunam, quando contendere prælio Germanis non licebat, aggreſſus eſt, in fugam convertit, & octo myriades, hoc eſt, octoginta millia Germanorum cæcidit. Quæ victoria Cæſaris eò admirabilior eſt, quò copioſior Arioviſti exercitus fuit, quàm Cæſaris. Sed faſtus, temeritas, & ſuperſtitio abſq; dubio cladem tantam attulerunt. Germanicarum rerum ſcriptores ajunt, Arioviſtum, factis aliquot levibus prælijs, in pace diſceſſiſſe à Julio Cæſare, eiq; magno adjumento fuiſſe ad

Arioviſtus. Ehrnveſt.

Sagis abundavit Germania.

Digitized by Google

domandos Gallos,et conſtituendam Monarchiam. Aventinus.

Fœdus Germanicum der groſſe Deutſche Bund.

Anno mundi 3956. cùm Romani non ceſſarent nunc Gothos, nunc Gallos contra Germanos incitare: non ſolùm fœdere facto ſeſe conjunxerunt Germani contra hoſtes ſuos, ſed expeditionẽ etiam hoc anno in Galliam ſuſceperunt, eamq́ longè lateq́ populati ſunt. Pugnas verò ſtragesq́ ingentes ediderunt, tum de Romanis militibus multos cæciderunt, non paucos etiam vivos ſuſpenderunt.

Permoti igitur tanta ſtrage Romani Marcum Lollium, hominem avarum, cum inſtructis aliquot legionibus in Germaniam miſerunt, adverſus Saxones & Turingos, ut iis compreſſis faciliùs oppugnari poſſent Sicambri. Is ergo irruptione facta in Saxoniam, decem & octo millia Germanorum trucidavit. At Francus Sicambrorum rex, cognita ſociorum ſuorum clade, filium ſuum Clogionem, cum quadraginta millibus Francorum miſit, quibus adjuti Saxones magna animorum alacritate Romanos aggreſſi

greſſi ſunt. Dux eorum fuit Mello VVeſtvalus, qui improviſè hoſtes oppreſſit, cæcidit, fugavit. Germani verò potiti victoria, etiam aquilam, quæ erat prætoriæ cohortis inſigne, adepti ſunt, & legiones veteranorum militum partim deleverunt, partim ceperunt. Vexillum verò combuſſerunt & 20. centuriones de arboribus ſuſpenderunt.

Hiſtoria Druſi in Germania.

Anno mundi 3960. mittebat Auguſtus Cæſar Claudium Druſum in Germaniam, omniq́ʒ cura & cogitatione in id incumbebat, ut Germaniam in provinciæ formam redigeret. Druſus ergo ad Rhenum progreſſus duos pontes fecit, unum ad Bonnam, alterum ad Noveſium, quos firmis præſidijs muniebat, ut inde expugnare Germanos ad Albim usqʒ poſſet. Ipſe verò Moguntiæ hybernabat. Primo autem anno Cattos vel Heſſos ſub jugum miſit, altero ad Lupiam & Herciniam movit. Inde cùm ob hyemem impendentem, & commeatuum inopiam regredi in hyberna vellet, à Germanis oppreſſus et fugatus eſt,

Noveſium Neus vnter Cöln.

Lupia die Lippe.

multiq́ſunt cæſi & in his etiam viginti Centuriones & Decuriones deleti: Germani verò parta victoria inſolentiores facti ſunt, hoſtem neglexerunt, & dividendorum ſpoliorum cauſa inter ſe contenderunt. Cherusci quidem equos, Suevi aurum & argentum, Sicambri captivos ſibi vendicârunt. Interea exercitum reparavit Druſus & Germanos fudit. In quo prælio mulieres & liberi non minus, quàm viri ipſi cum hoſte dimicârunt, & quidem matres, tanquam in furorem actæ, deficientibus telis, infantes ſuos in ora hoſtium projecerunt. Druſus verò, Germanorum victor, Germanicus inde cognominari cœpit, iccircò quia domuit Germaniæ populos à Rheno uſq; ad Albim, Salam & mare Balticum, tributarioſq́; Romanis fecit. Saxones enim VVeſtphali, & Cheruſci quotannis equos penſitarunt, Suevi aurum & argentum, Sicambri & Friſij boves & coria. Multa enim fixit paſſim trophæa, extruxit caſtella, ædificavit Druſomagum, reparavit Martiſpurgum

Germanorum de ſpoliis partis contentio.

Mulierum Germanicarum facinus immane.

Druſus Germanicus, Ovidius: Et mortem & Druſo Germania fecit. mare Balticum, die OſtSee. Cheruſci, Hartzlender.

Druſomagus eſt Mem=

gum ad Salam, quæ collapſa erat, & veterem arcem Kiffhauſen *condidit in Turingia. Terrorem tantum Germanis injecit, ut, nomine ſaltem ejus audito, plerique exhorruerint. Ex quo etiam factum eſt, ut cùm imprecari alter alteri mali aliquid vellet, Druſus te perdat, diceret. Inde bubones peſtilentes hodiè* Drûſen *appellantur. Vt autem impatientes jugi Romani ſemper fuerunt Germani, ſic tum etiam libertatis recuperandæ cauſa cum Druſo iterum prælio decertârunt. In quo quidam prælio Druſus crus fregit ex equi ſui lapſu. Inde Moguntiam deportatus vitam ibi finiÿt, anno mundi 3963. Dio & Florus.*

minga, ut quidam volunt, vel Auguſta Vindelicorum.

Druſi mors.

Poſt Druſum commendatum eſt adverſus Germanos bellum Cl. Tiberio. Cùm enim Monarcha mundi eſſet Auguſtus Cæſar, non quieſcendum ſibi arbitrabatuur, niſi etiam Germanos ſubegiſſet. Itaque Tiberius nonnullas Germaniæ partes ad fidem Romanorum applicuit, & in provincias deſcripſit, idque benevolentia magis, quàm vi & armis

effecit. Etſi autem Francorum rex Clugio acriter ei reſtitit: tamen plærique Rheni accolæ in fide Romanorum manſerunt. Iterum ac ſæpius in Germaniam venit Tiberius, & à Rheno ad Albim usque omnes regiones victor peragravit, progreſſus ad milliaria quadringēta. Quin Martiſpurgum etiam ad Salæ ripam munivit. Poſt annos verò octo Auguſti Cæſaris mandato acceſſio ad eam urbem magna eſt facta.

Martiſpurgum.

Anno mundi 3980. miſſus eſt in Germaniam ab Auguſto Cæſare Quintilius Varus. Huic obvius cum armata multitudine fuit Arminius Cheruſcorum rex, Sigmari principis Germani filius. Erat is Romam miſſus cum fratre Flavio, ut diſciplina militari & moribus principe dignis imbueretur. Ibi ſic ſeſe geſſit, ut propter animi magnitudinem, & res præclarè geſtas jus civitatis & equitis Romani conſecutus, ac cohorti prætoriæ etiam præfectus ſit. Domum verò reverſus amare cœpit filiam cuiuſdam potentis domini, qui Segeſtes nomi-

Variana clades.

Arminius vel Hermannus.

Segeſtes iſt eſt. Siegegaſt.

nominatus fuit. Puella verò Thoſveldia fuit dicta. Ea autem cùm alij cuidam à fratre deſponſa eſſet, Arminio dari in uxorem haud potuit. Quapropter is vi raptam puellam abduxit, ſed infelix fuit conjugium, ut ſatius fuerit ſuſceptum non eſſe. Varus autem Syriæ præſes antea fuerat homo avarus & immitis. Cùm ergo in Germania crudeliter multa ageret, & tyrannidem exerceret, iuſta arma induit adverſus eum Arminius. Etſi enim fidem Romanis dederat, tamen perfidioſus iccircò factus non eſt, quòd Varo in Germania graſſanti reſtitit. Vt enim vi de libertate ſua dejecti erant à Romanis Germani, ſic vim vi vincere, & libertatem recuperare illis licuit. Deinde rapacitas Vari tanta fuit, tamq́ graves expilationes, ut extra modum prodirent. Itaq; duce & autore Arminio conjunxerunt ſeſe Germanici principes & ſacerdotes, quos ſimul exire oportuit adverſus Varum, eumq́ per inſidias adorti ſunt. Conſtituerat Varus paßim iudicia

Varus.

Diſputatio de jure belli inter Arminium & Varum.

Scabi-

judicia Scabinorum, quæ à Carolo Magno in Saxonia conſtituta eſſe ſcribuntur. Scabinus ex Hebræa voce Schobet, qua judex ſignificatur. Pſal. 2.

Scabinorum, in quibus omnes controverſiæ, certaminaq́ Germanorum cognoſci atq́ dirimi debebant. Certamen ergò acre Germani excitabant, & à Varo impetrabant, ut in locum, ubi nata controverſia erat, veniret, & eam ſedaret. Eò autem cùm veniret Varus, Germani invadebant illum, nihil hoſtile metuentem, nec exercitum ſatis inſtructum habentem in ſylva invia, vallibus, montibus, arboribus abundante, tum impedimenta multa curruum, uxorum, & liberorum ſecum ducentem. Obrutus igitur à Germanis, vix exercitum diſperſum collegit, & in monte quodam ſeſe per noctem ægrè ſuſtinuit. Sequente verò die iterum à Germanis in magnas anguſtias compulſus, multò maximam exercitus ſui partem in prælio amiſit. Ipſe verò ſauciatus, ne ab hoſtibus caperetur, cum multis alijs ſuo gladio ſeſe jugulavit. Hac clade robur Romani imperij concidit & diminutum eſt. Auguſtus, accepto de ea nuncio, in tanto luctu & ſqualore fuit, ut cum gemitu

Germanorũ aſtutia.

Vari interitus.

Luctus Auguſti.

mitu ſæpius caput parieti alliſerit, & vocem hanc repetiverit: *Quintili Vare redde legiones.* Metuebat enim, ne Arminius in tanto rerum ſucceſſu rectà in Italiam contenderet, & Romam ipſam expugnaret. Facta eſt hæc clades apud Bructeros, Friſij conterminos, in Teuteburgienſi ſaltu. Ademti ſunt Romanis in hoc prælio aquilæ duæ, quibus adhuc in inſignibus ſuis utuntur Germani: quamvis biceps non ſit aquila, ſed gemina, quarum altera alteram paſſis alis obtegit. Per idem prælium Germani libertatem ſuam recuperârunt à Rheno uſq; ad Albim & mare, Arminiusq; liberator Germaniæ dictus eſt. Sed Romani cùm invictum eſſe Arminium ſatis intelligerent, veneno eum necare ſtuduerunt. Florus lib.4.cap.12. Ad quam rem operam ſuam promiſiſſe dicitur Chattorum princeps quidam, quamvis Tacitus ſcribat principem illum antevertiſſe Romanos, & conſilium iſtud dediſſe repugnantibus illis, utpote qui non veneno, ſed gladio certare ſole-

Perfidia cuiuſdam Germani principis.

Mors Armi-nij. *ſolerent. Arminius quanquam paratum ſibi vel certè cogitatum venenum evitavit: tamen deportavit tandem uſitatâm in mundo mercedem, & à ſuis Germanis præter meritum occiſus eſt, propter futilem quandam ſuſpicionem affectati regni in Germania, quam fœdere facto cupiebat munire contra hoſtium impetum, anno ætatis 37. mundi verò an. 3990. Vellejus Paterculus lib. 2. Tacitus lib. 2. ſcribit, Arminium dolo propinquorum cecidiſſe, cùm paulò ante mortem ipſius Chattorum princeps Adgandeſtrius literis ad ſenatum Romanum datis promiſiſſet, ſe illum eſſe necaturum, ſi venenum ad eam rem idoneum ſibi mitteretur.*

Anno mundi 3986. miſſus eſt in Germaniam à Tiberio Cæſare Germanicus Druſi filius. Etſi enim Tiberius ipſe expeditiones complures adverſus Germanos ſuſceperat: Sub jugum tamen mittere eos non potuit. Germanicus igitur ponte per Rhenum facto in Germaniam venit, & in Marſos primum

Marſi hodiè die Geeländer. Vnde Ditmarſi & Bructeri,

Digitized by Google

mùm ſævijt, qui VVeſtvaliam incoluerunt, & Cattis vicini fuerunt. Tacitus lib. 1. Templum quoque eorum cum Tanfana Dea evertit. Deinde fudit Bructeros, recuperavitq́ aquilam clade Variana amiſſam. Tum cadavera etiã militum in eadem clade occiſorum terræ mandavit. Interea Arminius, qui ſuperſtes adhuc erat, exercitum quantum potuit, comparavit, & aſtutè hoſtem Romanum in loca paluſtria illexit, unde vix evadere poſſet. Quæ res in perturbationem magnam conjecit Romanos. Sæpius ad manus ventũ eſt, & de Romanis actum fuiſſet, niſi Germani prædæ aviditate inflammati impedimento ſibi ipſis fuiſſent. Terror mirus invaſerat Romanos, ut conſilium de fuga per Rhenum inirent: ſed Agrippina Germanici uxor in ponte fugientib. reſtitit, eosq́ repulit, & in ſtatione manere coëgit. De ſumma tandem rerum decertatum eſt, prælio à quinta matutina ad multam noctem continuato. Romani enim viſis octo aquilis certam ſpem atq́ fidem victoria

vel Buſactores, die Frieſzländer.

Agrippina repellit fugientes Romanos.

Digitized by Google

ctoriæ conceperant. Nec feſellit eos opinio. Cæciderunt enim Germanos, ſtrage ingenti edita, ut cadavera per milliaria decem Italica jacerent diſperſa. Nec tamen tota Germania à partibus Arminij tunc fuit, ſed multi Romanis ſocietate & fœdere juncti, cum illis Germanos opugnabant. Arminius cum ſuis acceptæ cladis impatiens, extremam belli aleam experturus, iterum confligit acie in magnis anguſtijs, ut neuter exercitus cedere poſſit, ſed vincitur. Germanicus ergo victor in lapidum acervo monumentum inſcribendum curavit hoc: Debellatis inter Rhenum, Albimq; nationibus, exercitus Tiberij Cæſaris hæc monumenta Marti, Jovi, & Auguſto ſacravit. *Dum hæc in Germania Germanicus gerit, crebris literis à Cæſare Romam vocatur, ne domitoris aut victoris Germaniæ nomen fortè adipiſcatur. Iccircò domum reverſus 26. Maij triumphavit de Cheruſcis, Cattis, Angrivarijs, cæterisq; Germaniæ populis à ſe à Rheno ad Albim*

Clades Germanorum.

Monumentum Germanici.

Garmanicus Romam revocatus triumphat de Germanis.

bim uſq; debellatis, anno mundi 3988. cum tamen revera Cheruſcos penè ſolos deviciſſet.

(Catti, Heſſen. Angrivarij accolæ Albis in Marchia veteri. Inde in Weſtvaliam progreſsi ſunt, ubi reliquus eſt ducatus Angrivariæ, Engern. Cheruſci die Hartʒländer.)

Deinceps Marte vario certatum eſt inter Romanos & Germanos. Tandem verò in anguſtias adducti Romani, pacem redimere à Germanis, imperante præſertim Domitiano, coacti ſunt, ut ſcribit Aventinus.

CAPUT POSTREMUM DE viris doctis in millenario quarto.

IN initio millenarij quarti vixit Homerus coævus Eliæ Prophetæ. Natus fuit Smyrnæ, quæ minoris Aſiæ urbs eſt. Ex conjugio duos ſuſcepit filios, & unam filiam. Cœcus fuit quidem, ſed verſus tamen tanta ſuavitate fudit, ut toti poſteritati ſint admirationi. Nam & Alcibiades aliquando ludimoderatori colaphum impegit, qui nihil ſe Homericum Homerus.

Digitized by Google

habere affirmavit: Et Alexander Magnus tanti fecit poëma Homeri, ut ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam cervicali ſuppoſitum habuerit. Odyſſeam & Iliadem non ſcripſit ſimul, aut ſerie continua, ſed ſingulòs libros paſſim in ſingulis penè urbibus, quas victus quærendi cauſa obivit, reliquit, qui poſtea juſſu Piſiſtrati ab Ariſtarcho conjuncti ſunt & diſpoſiti. Mortuus eſt anno mundi 3060. anno ab excidio Troiæ 271. Sepultus verò cum hac inſcriptione:

Hac ſacrum terra capur occultatur Homeri,
Qui canere Heroum præſtantia facta ſolebat.

Uſus Homeri.

Eſt autem Homeri poëma æternum laborum & rerum geſtarum in Græcia præconium, nec ſolùm hiſtoria eſt belli Troiani, & principum Græciæ, ſed etiam imago & expreſſa effigies variorum conſiliorum, morum, ſtudiorum & eventuum, in quæ intueri utile eſt, ut exempla inde capiamus in omni conſultatione & actione vitæ civilis, pro ſuo quiſque modo & profeſſione imitanda.

Tum oratoria etiam inſtituta & ornamenta omnia in Homero inveniuntur;

Digitized by Google

tur, quorum lectione animus plurimùm ad inveniendum & formandum orationem acuitur. In Iliade quidem militiæ belliq́ʒ, in Odyſſea verò togæ & pacis artes deſcribit: ut in utroq́ʒ genere liberalia ingenia erudiat atq́ʒ informet. Ac Iliadem quidem à nono anno belli, Odyſſeam verò à ſeptimo incoavit. Hermogenes tali elogio Homerum ornat: ἄριστη ποιήσεων ἡ ὁμήρου, καὶ ὅμηρος ποιητῶν ἄριστος, φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων. *Fabius de Homero: Non pluvias ille aquas colligit, ſed vivo flumine exundat, dono quodam providentiæ divinæ ad hoc genitus, ut in eo totas vires ſuas eloquentiæ experiretur.*

Anno mundi 3087. vixit Lycurgus Lacedæmoniorum legislator. Is cùm mortuo fratre ſuo Polydecte, rege Lacedæmoniorum, tutorio nomine regnum adminiſtraret, inprimis conſtituit & firmavit illud legibus, tùm Charilao pupillo, poſtquam ex ephebis exceſſit, id reſtituit. Leges ejus, quas Rhetra vocabat, recenſet Plutarchus in vita Lycurgi,

Lycurgus.

ῥήτρα, id eſt, decreta, vel oracula.

Ii 2

curgi, & Juſtinus lib. 3. Xenophon de Repub. Laconica, in tres quaſi claſſes diſtribuit leges Lycurgi, quarum prima leges comprehendit de ſingulis ætatibus. Secunda de officijs in pacata Repub. Tertia de militari diſciplina. Ex omnibus verò una hæc præter cæteras laude digna eſt, quæ ignavos infamia notavit.

Reperiuntur autem in legibus Laconicis à Lycurgo latis tres manifeſti furores: primus eſt permiſsio adulteriorum. Secundus expoſitio infantium deformium & imbecilliorum. Non enim licebat ulli parenti natum ſibi infantem educare, ſed portare in locum publicum cogebatur. Ibi à ſenioribus explorabatur allatus infans, & vel cooptabatur, ſi dignus civitate videbatur, vel exponebatur tanquam inutilis civitati: ne ſcilicet numerus civium ordinatus, & agrorum æquabilis diſtributio turbaretur. Tertius laniena, quam exercuerunt nobiles in ſua mancipia, utpote quæ arte quacunq; tollere è medio non ſolùm licebat, ſed laudi etiam ducebatur. Quò autem

tem major & diuturnior eſſet cura legum, jurejurando aſtrinxit ſuos cives Lycurgus, ne quid mutarent in latis legibus, priuſquam reverteretur domum. Abyt ergò in voluntarium exilium, & moriens oſſa ſua in mare juſſit abyci, ne Spartam relata mutandarum legum cauſam præberent. Sic inviolatæ manſerunt leges ejus, & mirum in modum auxerũt potentiam & opes Spartanæ Reipub. per annos 500. quanquam Cicero pro Flacco ait: Lacedæmonios ſolos toto orbe terrarum 700. annos amplius unis moribus, & nũquam mutatis legibus vixiſſe.

Zamolxis Pythagoræ diſcipulus primos quoſque popularium apud Thraces in convivium accipere ſolitus eſt, docuitq; animas non interire cum corpore, ſed ire in eum locum, ubi ſuperſtites omnium bonorum compotes eſſent. Extruxit ædificium ſubterraneum, in quo latuit triennium, nec amplius eſt viſus. Herodot. lib. 4.

Spartana Reſpub. gubernata eſt à rege u-

no vel duobus, & quinq; ephoris, ſive inſpectoribus, & 28. ſenibus.

Heſiodus.

Anno mundi 3195. Heſiodus vixit centum annis & amplius poſt Homerum. Fuit Muſarum ſacerdos in Aſcra, pago malè habitabili, in Bœotia ad radicem montis Heliconis ſito. Poëma ejus partim Ethicum eſt, quia doctrinam de virtute, juſticia, veritate, pietate, & religione colenda tradit, partim Aſtronomicum, quia Calendarium continet perpetuum ad ſolis motum ſtellarumq; inſigniorum ortus & occaſus directum. Addidit Deorum genealogiam, quæ Idolomaniæ Ethnicæ monſtra complectitur. Credidit vetuſtas à Muſis ipſis calamos Heſiodo eſſe donatos ad ſcribendum hoc poëma, cùm in monte Parnaſſo oves paſceret. Plumbeis verò tabulis inſcriptum fuiſſe ejus poëma in monte Helicone Pauſanias ſcribit. Senex tandem miſerè interfectus eſt ab hoſpitibus, vel errore quodam, vel prædæ cauſa, qui non multò pòſt pœnas ſceleris ſui dederunt, & tempeſtatum vi per mare fugientes interierunt. Thucyd. lib. 3.

Anno mundi 3332. natus eſt Thales Mileſius, in minoris Aſiæ civitate Mileto, unus de ſeptem ſapientibus, qui phyſiologiæ & mathematicæ fundamenta jecit in Græcia. Scripſit verſus, de ijs quæ in ſublimi fiunt. Primus ſapientis cognomen tulit, teſte Cicerone, in Græcia. Primus animam dixit immortalem, Eclipſes, & æquinoctia deprehendit. Interrogatus aliquando, quid difficilimum eſſet omnium? Reſpondit ſe ipſum noſcere. Iterum interrogatus, quomodo quàm juſtiſſimè poſſimus vivere? Si, inquit, id facere veremur, quod in alijs reprehendimus. Suidas. Idem cùm oraculum juſsiſſet inventum à piſcatoribus tripodem ſapientiſſimo tribui, Apollini eum conſecravit. Senex in ſpectaculo Gymnici certaminis à turba & æſtu extinctus eſt. Thales.

Circa annum mundi 3350. Draco Athenienſibus leges perſcripſit tanta ſeveritate, ut capite pariter omnia delicta plecti juſſerit. Eas leges venuſtè dixit Demades non atramento, ſed ſangvine ſcriptas eſſe. Ideoq; Solon eas poſtea abro- Draco.

gavit, exceptis ijs, quæ de cæde erant lata. Inde Politiani extat diſtichon hoc:

Inventum Actæi dicũtur jura Draconis:
 Vera nimis fama eſt, nil niſi vir⁹ habẽt.

Suffocatus eſt in theatro à turba.

Solon. *Anno mundi 3378. Solon Philoſophus & princeps populi, Athenis leges tulit cùm alias præclaras, tùm etiam de occidendis adulteris, item, ne liberi alerent parentes, niſi ab ijs ad certum artificium aut opificium adhibiti vel inſtructi eſſent. Tum ne quis in civium numerum aggregaretur, niſi opificium certum exerceret. Tanta enim ſeveritate ocium ignavum prohibuit, ut infamem eſſe omnem ocioſum ſtatuerit. Capite ſanxit, ſi quis in diſſenſione civili non alterius partis fuiſſet. Uſuras ſic moderatus eſt, ne plus quàm centeſima ſolveretur, hoc eſt, quæ centeſimo menſe ſortem æquaret. Mortuos quoq; cavit ne quis contumelia ulla afficeret: addita ratione honeſtiſſima:*

καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν. καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων,

καὶ

καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον. *Sanctum enim eſt mortuos exiſtimare ſacros, & juſtum eſt abſtinere ab ijs, qui non ſuperſtites ſunt, & civile eſt non exercere immortales inimicitias. Summum quoq; gradum injuſticiæ eſſe dixit, accuſare eum, qui reſpondere non poſſit. Cum autem Piſiſtratus Tyrannus patriam oppreſsiſſet, ceſſit illi Solon voluntarium exilium ſubiens, ne duriùs adverſando conatibus tyrannicis Reipub. plus noceret, quàm prodeſſet. Venit in hac peregrinatione ad Crœſum & ad Thaletem, cum quo diſputationem habuit de quæſtione, utrum cœlebs, an conjugalis vita ſit præferenda? Erat enim Thales cœlebs, Solon verò in conjugio vivebat. Ut ergo Thales oſtenderet, quàm ſit conjugalis vita angorum & miſeriarum plena: Subornavit tabellarium, qui nuntium afferebat Soloni de morte ejus filij. Quo audito Solon in magnum mœrorem incidit. Mox verò alium ſubornavit, qui vivere Solonis filium dixit. Iterum igitur lætari cœpit Solon. Plutarchus in vita Solonis.*

Circa annum mundi 3400. vixerunt ſapientes ſeptem in Græcia, Thales, Solon, Periander, Pittacus, Chilon, Bias, Cleobulus, item Arion muſicus Methymnæus, qui ab avaris nautis ſpoliatus, & in mare projectus fuit, ſed à delphine in portum incolumis deductus. Herodotus lib. 1. Item Euſebius.

Septem ſapientes.

Item Pythagoras Samius, qui præter præceptores alios etiam Zaretem magum & Ægyptios Chaldæosq; audivit, à quibus magicos numeros, quibus ſcripta ejus referta & involuta ſunt, didicit. Cùm patria eius eſſet oppreſſa à tyranno Polycrate, in Italiam abijt, ibiq; ſcholam aperuit, & diſcipulos habuit amplius quingentos. Ora Italiæ, quam incoluit, Græcia magna fuit dicta: quam ille privatim & publicè præſtantiſſimis & inſtitutis & artib. exornavit. Primus fuit, qui non σοφὸς, ſed φιλόσοφος nominari voluit. Ante Pythagoram enim omnes ſapientes vocabantur. Cicero 5. Tuſcul. ſcripſit παιδευτικὸν, id eſt, inſtitutionem, & πολιτικὸν, id eſt, librum de adminiſtratio-

Pythagoras dictus ἀπὸ τοῦ πυθίου, à Pythio & ἀγορεύω, dico, quòd veritatem Pythij more & autoritate dixerit, Suidas.

Græcia magna eſt ultima ora Italiæ, complectens Siciliam & Calabriam, hodiè regnũ Neapolitanũ appellatur, ut ait Fazellus.

ſtratione Reipub. Item aurea carmina. Peryt incendio ædium, in quibus cum familiaribus ſuis aſſidebat. Suidas.

Item Phocylides Mileſius Philoſophus, Phocylides. *qui ſcripſit verſus heroicos & elegiacos, item admonitiones ſive ſententias, quas quidam capita appellant, de Sibyllinis carminibus excerptas.*

Item Epimenides Poëta, ſive vates & Epimenides. *Propheta Ethnicus, qui Athenienſibus interpretatus eſt oraculum Pythia, quod ab eo acceperant, graviſſimo tempore peſtilentiæ per Atticam graſſantis. Cùm enim juſſi eſſent Athenienſes expiare urbem, & dubitarent, cuinam Deo ſacrum fieri deberet: Dimitti juſſit Epimenides hoſtias per agros, & ſequi ſacrificos, qui, quocunq; loco hoſtia quæq; conſtitiſſet, ibi eam mactarent, & ignoto, Deo ſacrificarent. Inde per totam Atticam frequentes aræ absq; nomine ſunt factæ, cum inſcriptione hac:* Ignoto Deo. *Cuiuſmodi S. Paulus Athenis invenit, Actor. 17.* Ignotus Deus.

Refutavit etiam Epimenides cũ Calli-

macho

macho impios ſermones de ſepulchro Jovis in Creta, qui neq; aures, neq; oculos, neq; ſenſum ullum habuit, inde verſus ejus ſunt reliqui:

Sepulcrum Jovis in Creta.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦςαι, καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Cretenſes ſemper mendaces, quia ſepulcrum, ô Rex, tuum
Cretenſes fabricârunt, tu verò non es mortuus, ſed ſemper vivis.

Simonides.

Simonides anno mundi 3451. vixit, vir ſapiens & divinus, cujus eſt definitio juſticiæ particularis, quam recitat Plato in 2. de Repub. Τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάςῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐςι. *Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ſuum cuiq; tribuens. Interrogatus fuit aliquando à Pauſania ſuperbè. Quid eſſet præcipuum in ea ſapientia, quam profiteretur? Cui reſpondit: Memineris te eſſe hominem. Scripſit quoq; laudationem nobilis familiæ Theſſalicæ, & ut Poetæ ſolent, fratrum Helenæ, Caſtoris*

&

& Pollucis encomium aſperſit. Hoc carmen cùm Scopæ, cujus erat tunc præcipua dignitas in iſta familia, tradidiſſet, & præmium petiſſet: Dimidium juſti præmij tantùm dedit illi Scopas, reliquũ juſſit eum à Caſtore & Polluce petere, quos æquè laudâſſet. Ingemuit absque dubio Simonides, & juſtas querelas de tanta ingratitudine deploravit. Venerunt mox ad fores divina quadam ſpecie Caſtor & Pollux adoleſcentes, & Simonidem ex ædibus Scopæ evocârunt. Qui cùm vix extra limen egreſſus eſſet, ædes Scopæ corruerunt, & eum cum omnibus convivis oppreſſerunt. Tanta autem fuit Simonidis memoria, ut poſt ruinam ædium, cùm cadavera ad ſepulturam quærerentur, quo quisq; loco ſediſſet in convivio, meminiſſet, & recenſere poſſet. Cicero in fine 2. libri de Oratore.

Steſichorus Simonidis coætaneus, Poëta Lyricus in Græcia. Cic. de Senect.

Anno mundi 3453. natus eſt ex patre tibicine Pindarus Thebanus, Poëta Lyricus, pius & ſapiens, in cujus ore, cùm adhuc Pindarus.

adhuc in cunis eſſet infans, apis dicitur mella & favos depoſuiſſe, quemadmodum & Platoni accidit. Pauſanias verò narrat, Pindarum iter feciſſe in adoleſcentia, & cùm de via fatigatus dormiret, apes advolâſſe ad os ejus, in labris ſeſſitâſſe, ac mellificâſſe. Quibus encomiijs incredibilis & propè dixerim divina poëmatum ejus ſuavitas indicatur. Auditor fuit Simonidis, coætaneus Æſchyli poetæ tragici. Celebravit carmine ſuo victores certaminum quatuor, quæ in maxima frequentia atque corona totius fermè Græciæ celebrata, & Olympia, Pythia, Iſthmia, & Nemea dicta fuerunt. Quia autem ad lyram carmina cecinit, Lyricus eſt dictus, quemadmodum & Steſichorus, Simonides, Anacreon, & conſimiles. Gratum fuiſſe principibus inde apparet, quòd Alexander Magnus, cùm Thebas diriperet, familiæ, poſteriſq́ Pindari juſſit parci. Laudavit quodam carmine Athenas, Megalopolin appellans. Id Thebani adeò tulerunt iniquè, ut pecunia magna

eum

eum mulctârint. Quam tamen Athenienſes, ubi rem cognoverunt, illi reddiderunt. Cum annum ageret 66. à Dijs petijt, ut, quod optimum eſſet in vita, id ſibi darent. Impetravit ut in genibus pueri, quem unicè diligebat, moreretur. Athenæus. Æſchylus Pindari coætaneus; Tragœdiarum ſcriptor.

Anno mundi 3477. Hippocrates medicorum princeps vixit, natus in Co inſula maris Ægei. Filius fuit Heraclidæ, longa majorum ſerie ab Æſculapio, quoad paternam originem; ab Hercule verò, quoad maternam originem, ortus. Manſit enim artis medicæ profeſſio in Aſclepiadum familia annis amplius mille. Fuit autem in hac Inſula templum Æſculapij, in quo ſcripta erant remedia, quibus quiſq; adjutus in ſuo morbo fuerat. Ea Hippocrates deſcripſit omnia; & poſtea, cremato templo, applicare ad ægrotantes cœpit. Plinius lib. 29. cap. 1. Quaſi verò Empiricus medicus tantum, non rationalis fuerit Hippocrates, & ab uſu, exercitationeq; artis ad ejus Hippocrates.

princi-

principia & fundamenta inveſtiganda regreſſus ſit; quod vix verò videtur ſimile. Galenus quidem vocat eum Empiricum maximum, ſed ratione interim inſtructiſſimum: Aitq; virum fuiſſe honeſtum, nulla ambitione aut cupiditate gloriæ incenſum, ſed veritatis amantem. Medicinam certè perfecit, & in artem primus redegit. Vocatur autem ejus medicina Clinice, quaſi lectularia, quòd ejus tractatio ἐν ταῖς τῶν νοσούντων κλίναις verſetur.

Epicharmus. Anno mundi 3 4 8 8. vixit Epicharmus fabularum ſcriptor, de quo elogium extat præclarum, quod arguit, eum fuiſſe bonum præceptorem, qui nihil ad oſtentationem, ſed ad fructum & uſum diſcipulorum omnem ſuam doctrinam retulerit, & commodârit.

Πολλὰ ποτὶ τὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα χάρις αὐτῷ. Id eſt, Multa ad vitam pueros docuit utilia, magna gratia illi habenda eſt. Theocritus in Epigrammatis.

Euripides. Anno mundi 3 4 9 2. natus eſt Euripides,

Digitized by Google

ripides, homo ſeverus, triſtis, invenuſtus, ob quod oſor mulierum habitus fuit: uxorem tamen ſuam habuit. Præceptoribus uſus eſt pluribus, in arte dicendi Prodico, in Philoſophia verò Socrate & Anaxagora. Tragædias reliquit octodecim, quarum ſinguli verſus ſingula ferè teſtimonia ſunt putanda. Laceratus eſt à canibus, quos invidi in eum incitârant, cùm annos vixiſſet 75.

Anaxagoras agnovit mentem æternam totius mundi, & naturæ architectatricem. Dictus eſt autem MENS à ſuæ ætatis hominib. propter ſagacitatem in contemplanda cognoſcendaq; rerum natura. Anaxagoras.

Anno mundi 3503. natus eſt Socrates, qui Athenis pimùm ſtatuarius fuit, deinde Philoſophiam didicit ab Anaxagora & aliјs. Vxorem habuit Xantippen, moroſam & moleſtam. Zopyro phyſiognomen dixit, Socratem natura ſtupidum & tardum eſſe. Verùm ea naturæ vitia ſic edomuit, ratione correxit, & doctrina compreſſit Socrates, ut ſapien- Socrates.

tiſſimus evaſerit. Talis enim Apollinis oraculo judicatus eſt. Et extat in Suida tale elogium: Sapiens quidem Sophocles, ſapientior Euripides, ſed omnium ſapientiſſimus Socrates. Docuit Philoſophiam, eamq́ ſic illuſtravit, ut parens Philoſophiæ ſit dictus. Primus Philoſophiam devocavit de cœlo, & in urbibus collocavit. Primus enim Philoſophiam à rebus occultis, & ab ipſa natura involutis avocavit, & ad communem vitam adduxit. Ab eo igitur omnis hæc, quæ eſt de vita & moribus, Philoſophia manavit. Etſi autem ſcriptum poſt ſe nullum reliquit: tamen diſputationes, & commentationes eius à Platone memoriæ & literis conſecratæ ſunt. Inde Socratica & Platonica Philoſophia eadem eſt. Diſputare ſolitus eſt εἰς ἑκάτερον, in utramque partem, & diſſimulatione, Socrates ἔιρων. *quæ εἰρωνεία dicitur, uſus eſt, nihil ut affirmaret. Solitus eſt enim ſententiam ſuam tegere, & id ſolùm, quòd eſſet ſimilimum vero, quærere: Hoc velut ſymbolum uſurpans, id unum ſe ſcire, quòd*

quod ſciret nihil. Aliorum verò ambitioſam & glorioſam ſapientiam deriſit; & errores reprehendit, quòd ſe ſapientes crederent & doctos; cùm à vera ſapientia & doctrina abeſſent longè.

Vultu eodem fuit ſemper. Dixit ſibi numen quoddam familiare eſſe; quod dæmonium, ſive genium, item φωνὴν appellavit, quæ, ſecundùm quorundam opinionem, fuit quædam vis ſive inſpiratio, per quam, quid agere deberet aut vitare, admonebatur. Huius ductum per omnem vitam unicè ſecutus eſt, & homines ignorantiæ reos peregit, abſurdasq́ nonnullas in ſacris Atticis ineptias reprehendit. Ex quo impietatis & corruptelæ juventutis ab Anyto & Melito accuſatus eſt. A ducentis verò & octoginta juratis judicibus condemnatus eſt, & cicutam bibere coactus, anno ætatis 70. ſecundùm Diodorum. Ante mortem verò, quaſi divinans, eam cladem prædixit Athenienſibus, quæ ipſos non multò pòſt oppreſſit.

Genius Socratis, qui haud dubiè nihil aliud fuit, niſi dictamen rectæ rationis.

Formula accuſationis fuit huiusmodi:

di: Melitus Meliti filius Pitthenſis, h. e. è vico, cui nomen Pitthus, Socrati Sophroniſci filio Alopecius, id eſt, oriundo è vico, cui nomen Alopecæ, actionem intendit de his: Socrates iniuſtè facit, corrumpendo juventutem; & in dijs non cenſendo eos, quos civitas cenſet, ſed alia dæmonia nova introducendo, æſtimatio mors. Plato in Apologia, & Xenophon. Tanta autem fuit opinio Socratis poſt mortem, ut populum Athenienſem ſtatim pœnituerit latæ ſententiæ; Melitumq́ morte damnârit; Anytum verò relegarit.

Sophocles. *Anno mundi 3504. Sophocles primam fabulam Athenis docuit. Fuit is coætaneus Euripidis & Socratis. Dictus eſt Apis, ob orationis ſuavitatem. Scripſit fabulas 123. de quibus ſeptem tantùm reliquæ ſunt. De hoc & Euripide ſic judicavit Philippus Melanthon: Non extare in genere humano, poſt ſcripturam ſanctam, graviorem & morum vitæq́ gubernationi utiliorem ſapientiam, quã in Sophoclis & Euripidis tragœdijs.*

Anno

Digitized by Google

Anno mundi 3526. vixit Charondas Thurienſium legislator, qui, ne quis mutare latas leges auderet, ordinavit, ut qui ſuadere correctionem alicujus legis vellet, collum ſuum laqueo insereret, ut ſi conſilium ejus populo diſpliceret, mox contracto laqueo ſuffocaretur. Edixit quoq;, ne quis gladio accinctus in concionem veniret. Venit aliquando ipſe cum gladio, oblitus fortè legis ſuæ. Cùm igitur ab aſtante quodam admoneretur, gladio educto mox ſeipſum jugulavit, documentum pœnæ ob violatam legem primus in ſe ſtatuens.

Charondæ leges deſcripſit Diod. Sicul. lib. 12.

Vixit eodem etiam tempore Zaleucus Locrenſium legislator, qui inter cæteras leges etiam hanc tulit, ut utroque oculo privaretur adulter. Accidit autem, ut in adulterio deprehenderetur filius ipſius. Quare pater legem ſuam exequi voluit. Sed cùm cives pro filio deprecarentur, ſic pœnam moderatus eſt, ut filio unus, ſibi verò alter oculus effoderetur, & legi ſatisfieret.

Zaleucus.

Anno mundi 3528. ſcripſit hiſtori-

Digitized by Google

Herodotus. am ſuam Herodotus, quæ complectitur res geſtas annorum 238. in Lydia, Perſia, Ægypto, & Græcia, florentiſſimis orbis terræ partibus. Incipit enim anno mundi 3256. & deſinit anno mundi 3493. Halycarnaſſenſis fuit patria, ſed in Samum migravit, & dialecto Jonica hiſtoriam conſcripſit, quam etiam in Olympijs recitavit. Vbi perinde, ac ſi Muſarum vox eſſet, probata fuit auditoribus, & à novem Muſarum nominibus novem ipſius libri inſcripti ſunt. Strabo in ſuſpicionem ponit Herodoti hiſtoriam, quaſi non, ad veritatis normam ubiq; directa ſit, ſed fabulas alicubi aſperſas habeat.

Iſocrates. Anno mundi 3536. natus eſt Iſocrates, orator Athenienſis, philoſophiæ & eloquentiæ ſtudijs à Gorgia & alijs eruditus eſt. Ludum habuit, ex quo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. Ita ergo intra domeſticos parietes inſtituendis adoleſcentib. & ſcribendis orationib. opes & gloriā conſecutus eſt. Orationes eius, quæ extant, ob duas cauſas cogno-

cognoſci à ſtudioſis eloquẽtiæ debẽt. Primũ propter rectè ſentiendi ſcientiam. Secũdò propter benè dicendi in omni genere cauſarum exempla. Res enim perſecutus eſt graves & magnas, ut omnem ſapientiam politicam complexus eſſe videatur, ſecundùm Halicarnaſſeum. Genus verò adhibuit numeroſum, purum & ornatum, ad declamationem tamen oratoriam magis, quàm ad uſum, contentionemq́; forenſem accommodatum. Cauſas tamen non defenſitavit, neq; Rempublicam adminiſtravit διὰ τὴν ἀτολμίαν, ϗ φωνῆς μικρότητα, propter timiditatem & vocis exilitatem. Mortuus eſt anno ætatis nonageſimo nono, ſecundùm Ciceronem in Catone, & quidem inedia, vel, ut alij ſcribunt, ex animi ægritudine, propter patriæ cladem.

Theophraſtus à divinitate loquendi nomen invenit. Hic perſecutus eſt ſtirpium naturas, omniumq́; ferè rerum, quæ è terra gignuntur, cauſas atque rationes. Moriens naturam accuſavit, quod cervis & cornicibus vitam diutur- Theophraſtus.

nam, quorum id nihil intereſſet: hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet. Querebatur igitur, ſe tum cum videre cœpiſſet artium doctrinam, extingui. Cicer. de orat.

Thucydides ſcripſit καλὰ καὶ οὐχ ἡδέα bona, & non ſuavia.

Anno mundi 3540. vixit Thucydides Athenienſis, diſcipulus Antiphontis. Puer etiamnum audivit in Olympijs Herodotum ſuam hiſtoriam recitantem, eaq́ recitatione ſic incenſus eſt, ut lacrymas profuderit. Quod ubi animadvertit Herodotus, gratulatus eſt patri ejus Oloro, hortatusq́ ut filium diligenter literis erudiendum curaret, quòd ſatis incitatum illum eſſe ad percipiendas diſciplinas perſpiceret. Scripſit hiſtoriam belli Peloponneſiaci & Athenienſium, ab anno mundi 3540. uſq ad annũ mundi 3561. Genus ejus orationis plenum eſt majeſtate, qua etiam Herodotum alioqui dulciſſimum ſuperavit.

Suidas. ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ ὑοῦ σου πρὸς τὰ μαθήματα.

Pericles Cicer. in 3. de orat. Pericles, Thucydides & Alcibiades eadem ætate fuerunt.

Anno mundi 3543. mortuus eſt Pericles demagogus & orator Atticus tonans ac fulgurans, qui primus ſcriptam orationem in judicio habuit. Ante illum enim

enim ex tempore dixerunt oratores. Auditor fuit Anaxagoræ Phyſici, à quo didicit animos flectere, ſive inclinare atq; impellere dicendo, quò voluit. De eo verſus ſcripſit Eupolis, qui in lib. 12. Diodo. Siculi leguntur.

ἤστραπτε, ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα·
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χήλεσιν,
Οὕτως ἐκήλει· καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Fulgurabat, tonabat, permiſcebat Græciam:
Suada quædam in labris ejus ſeſſitabat,
Adeò demulcebat, & ſolus oratorum
Relinquebat aculeum in auditoribus.

Inde Cicero ait ipſas Athenas eloquentiam Periclis eſſe admiratas. Suggeſtum conſcenſurus orabat, ne quod ſibi excideret verbum, quod vel cauſæ officeret, vel auditores offenderet.

Anno mundi 3544. natus eſt Athenis Plato, quaſi quidam Deus Philoſophorum, ut ait Cicero, penè centum annis ante editam bibliorum græcorum verſionem. Nomen à latitudine humerorum ſive pectoris, ut Seneca ait, inve- **Plato.**

numentis & literis commendavit ea, quæ cogitarat, inde eſt commentitia Platonis civitas, quemadmodum Cicero nominat. Inter præclara tamen dogmata quaſdam opiniones monſtroſas habet, cuiuſmodi eſt de uxorum, liberorum, & aliarum rerum omnium communione. Præceptore uſus eſt Socrate, cuius omnia dicta & ſcholas ſic obſervavit & imbit, ut omnem doctrinam, quam tradidit & literis mandavit, uni Socrati acceptam retulerit. Itaq; tantum illi Cicero tribuit, ut etiamſi rationem nullam afferat, tamen autoritate ſola frangere poſſit. Hoc tamen in ſcriptis Platonis notat Cicero, quòd nihil affirmet, ſed in utramq; partem diſputet, de omnibus quærat, certi nihil dicat. Cicero 1. Tuſc.

Ab hoc una & conſentiens Philoſophiæ forma inſtituta eſt & manavit, quæ Academica & Peripatetica appellatur. Gratias Deo egiſſe ſcribitur: Primùm quòd homo, non brutum. 2. quòd Athenis, non Thebis. 3. quòd Socratis tẽpore natus eſſet. Mortuus eſt anno ætatis

ſuæ

ſuæ 81. Inſigne hoc dictum reliquit: τῇ εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν.

Ariſtophanes.

Anno mundi 3550. floruit Ariſtophanes Poëta, cujus extant Comœdiæ undecim, omnibus Atticæ linguæ ornamentis refertæ. Eas tanti fecit Joannes Chryſoſtomus, ut ſemper habuerit in manibus, & domiens pro pulvinari uſus ſit.

Xenophon.

Anno mundi 3567. Xenophon vixit, Platonis diſcipulus, apis Attica, ob ſermonem melle dulciorem, & à Gratijs ipſis, fictum cognominatus. Eſt enim purus, verecundus, preſſus, acutus, & brevis, ut verè Atticus dici poßit.

Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ferunt. Cic.

Conſcripſit præter alia libros ſeptem ἑλληνικῶν, de rebus Græcorum, quibus hiſtoriam belli inter Græcas civitates geſti complectitur, ab anno mundi 3561. quo Thucydides deſijt, uſq; ad annum mundi 3609. Scripſit etiam ἀνάβασιν expeditionem Cyri Junioris, adverſus Artaxerxem Mnemonem, cui non ſolùm ut miles interfuit ipſe, ſed etiam dux præfuit, Κύρου παιδείαν non ſcripſit ad hiſtoriæ veritatem, ut ait Cicero, ſed ad imaginem juſti

iuſti & clementis imperij, nec tàm doctrinam virtutum, quàm rei militaris ſcientiam in ea perſecutus eſt. Mortuus eſt anno mundi 3612.

Anno mundi 3587. natus eſt Demoſthenes, Athenienſis orator. Puer imbecilli & morbido corpore fuit. Vnde adulto etiam mollicies ab inimicis objecta eſt, et Battali cognomen tributum, quòd mollis & effœminatus eſſet. Audivit aliquando Calliſtratum in judicio cauſam agentem, unde intenſus eloquentiæ amore, in ea omne ſuum ſtadium collocavit. Præceptore uſus eſt Iſæo, oratore perito. Fuit etiam Platonis auditor. Cùm annorum eſſet octodecim, actionem contra tutores inſtituit, & oratoriæ facultatis ſuæ documentum dedit. Poſteà ætate provectus Rhetoricen docuit; ſed ex ſchola non multò pòſt ad forum progreſſus, cauſis agendis & Reipub. gerendæ totum ſeſe dedidit. Vitia quædam naturæ incredibili ſtudio correxit. Ad lucernam orationes ſuas expolivit. Vnde lucernam eas olere per jocum dixit Pythi-

Demoſthenes.

Battalus fuit tibicen mollis.

Demoſthenes diligentior, quàm ingenioſior.

as.

as. Aquam potavit, ut ut ingenio vigilantior eſſet. Ex quo plus olei quàm vini conſumſiſſe dicitur. Nullam ſententiam dicere voluit, niſi antè diu multumq́; meditatus eſſet: Sculpta, inquiens, ſe dicturum eſſe, ſi poſſet. Cùm Philippus Græciæ libertati videretur inſidiari: conſilium dedit Demoſthenes, ut bellum ei inferretur, & Olynthÿ, quos oppugnabat Philippus, defenderentur. Quod conſilium ſpecie quidem honeſtum fuit, ut videlicet Olynthus propugnaculum Atticæ defenderetur: ſed quià utile non erat, nec honeſtum quidem debuit appellari. Eſt enim πολυπραγμοσύνη, non ſapientia, ſvadere bellum, cùm pace etiam iniqua, ut Cic. ait, frui licet. Fuit igitur illud conſilium exitio patriæ. Cùm oratores Atticos ſibi dari poſtùlaret Alexander, fabulam recenſuit Demoſthenes de ovibus, quæ canes ſuos lupo dederant, lupum appellans Alexandrum. Virtutibus quidem excelluit multis, & libertate in dicendo ac reprehendendo communia & privata vitia uſus eſt. Sed munerum

capta-

Digitized by Google

ſaptatione depravari ſeſe ſæpius fuit paſſus. Cùm enim de Harpalo, qui Alexandrum fugiens Athenas venerat, ſententiam dicere in concione juberetur: lana & vittis obvoluto collo vocem ſibi interciſam eſſe annuit. Quòd moleſtè nonnulli ferentes, non Angina, ſed Argentangina correptum eſſe Demoſthenem dixerunt, quòd accepta pecunia ab Harpalo seductus eſſet. Quamobrem à ſenatu damnatus pecuniæ magna ſumma mulctatus eſt, & in carcerem conjectus. Sed inde aufugit, vel deceptis, vel conniventib9 cuſtodibus, & in exilium abijt cum dolore & fleta maiore, quàm virum decet. Revocatus ab exilio non diu in patria manſit. Audito enim adventu Antipatri & Crateri, ex urbe clàm ſeſe ſubduxit, ob idq́; capitis damnatus eſt. In fuga inſidias non obſcuras metuens, arripuit tabellas tanquam ſcripturus aliquid, & venenum ex calamo ſcriptorio hauſit; moxq́; involuto & inclinato capite expiravit. Anno ætatis 63. Sic è vita exijt ora-

Plut. in vita Demoſth.

tor

tor tantus, ut de eo Philippus Macedo dixerit, ſe magis eloquentia Demoſthenis reformidare, quàm Athenienſium catapultas, arietes, cæteroſq́ue belli apparatus.

Hyperides. *Collega Demoſthenis fuit Hyperides orator, qui Antipatri tyrannidem metuens in Neptuni templum confugit. Verùm inde extractus ad Antipatrum adductus eſt, quæſtionibuſq́ue ſubjectus. Ibi cùm vis magna, vel potius doloris faces ei adhiberentur, lingvam ſibi mordicus præciſam expuit, ne quid de arcanis patriæ ſuæ poſſet efferre. Digna oratore conſtantia, utpote qui mori inter tormenta, quàm prodere patriam maluit.*

Ariſtoteles. *Anno mundi 3588. natus eſt Ariſtoteles in Macedoniæ urbe Stagyra, patre medico, ex Hippocratis familia. In cujus diſciplina informatus methodi filum & ſermonis proprietatem didicit. Anno verò ætatis 17. Athenas eſt miſſus, & Platonem audivit annos viginti. Extant teſtimonia Platonis præclara de Ariſtotele. Nam & Anagnoſten eum*

Digitized by Google

tum appellavit propter lectionis aſſiduitatem & varietatem, & freno illi opus eſſe dixit, quemadmodum Xenocrati Ariſtotelis condiſcipulo calcaribus: quòd nimio ſtudio ferri Ariſtotelem ad percipiendas diſciplinas deprehenderet. Viciſſim etiam gratus fuit erga præceptorem Ariſtoteles. Nam eo vivente ſcholas nullas habuit, mortuò verò aram poſuit, addito epigrammate hoc: Nulla ferent talem ſecla futura virum. *Nec propterea alieno fuit à Platone animo, quòd alicubi ab eo diſſenſerit; cùm ſapientes etiam & eruditi poſſint eſſe amicitia conjuncti, ſententia verò diſiuncti.*

Pietas Ariſtotelis in præceptorē.

Cùm Alexander natus fuit annos 15. accerſitus in aulam Ariſtoteles præceptor eius factus eſt, anno mundi 3630. Manſit autem in hoc officij munere annos circiter octo, & præclarè, liberaliterq; Alexandrum erudijt. Docuit eum ſervare in primis pacta & contractus. Quod niſi faceret, prædixit futurum eſſe, ut nihil feliciter gereret aut efficeret. Viciſſim verò ab Alexandro ſic amatus

Præceptor Alexandri.

Digitized by Google

fuit, ut ab eo patris loco ſit habitus. Expertus eſt poſtea etiam eius liberalitatem, cùm ab illo quadringenta octoginta millia coronatorum ad conficiendam animalium hiſtoriam accepit. Ex aula Athenas rediit, & ſcholam aperuit, quæ Peripatetica, ab horto ſcilicet, in quo inambulans docebat, appellata eſt. Doctrinæ eius duæ potiſſimùm partes fuerunt, quarum una rerum ſcientiam complectebatur, quam Philoſophia profitetur. Eius ſtudio matutinas horas tribuit. & vocavit τὰ ἑώθινα, id eſt, matutina: Altera eloquentiam continebat, cujus ſtudio veſpertinum tempus impendebat, & τὰ δειλινὰ vocabat. In hoc docendi munere perſeveravit annos 13. & omnes penè partes Philoſophiæ perpolivit, explicavit, & illuſtravit, ut princeps Philoſophiæ jure omni habeatur.

Schola Peripatetica.

Partes doctrinæ Ariſtotelicæ ſunt duæ Scientiæ & eloquentiæ.

Cicero: Ariſtoteles rerum cognitionem cum orationis exercitatione conjūxit.

Non ſic tamen diligendus eſt, ut eius diligantur & probentur errores, in iis præſertim rebus, quas acie mentis ſuæ perveſtigare aut aſſequi non potuit. Verùm ut ipſe alicubi à ſuo præceptore diſſenſit,

Digitized by Google

ſenſit, ſic nos quoq; ab eo diſſentire neceſſe eſt, quando vel cæleſtis doctrinæ autoritas, vel veritatis lux aliud credere, atque ſentire cogit. Fortuna eadem exercuit Ariſtotelem, quæ alios profeſſores doctrinæ veræ ſolet excipere. Eſt enim impietatis accuſatus ab invidis, quaſi Deorum multitudinem reÿceret, unicũ eſſe autorem & gubernatorem omnium affirmans. Quamobrem cedere coactus, aliquantò poſt eſt mortuus, anno ætatis 63. Juſtinus Martyr ſcribit eum mærore contabuiſſe.

Tempore Alexandri magni vixit Demades orator Atticus ingenioſus & venuſtus. Eius extant dicta quædam memorabilia. Cùm cedere tempori cogeretur, & omnia ſua conſilia ad Antipatri ac Macedonum gratiam accommodare, decretumq; alienum à libertate patriæ facere, dixit: Non ego feci hoc decretum, ſed haſta Alexandri. Rurſus cùm ei obÿceretur, quòd multa aliter faceret, quam majores feciſſent, reſpondit: Majores habebant integram navem, ego verò Demades.

πολιτεύω τὰ ναυάγια, *tantùm afflictæ reliquias & tabulas fractæ navis colligo. Illud verò impium eſt, quod dixit aliquando: Cavete, ne terram amittatis, dum cœlo fieri injuriam prohibetis, quaſi potior ſit habenda ratio Reipub. quàm religionis. Coniectus eſt in lacum ab Antipatro, in eoq; periit.*

Cherilus. *Eodem tempore vixit Cherilus poëta infelix, qui ab Alexandro pactus eſt Philippeum aureum pro quolibet verſu bono, pro malo autem colaphum.*

Epicurus, cui Democritus hæreditatem ſtultitiæ reliquit, ut ait Lactantius libr. cap. 3. 17. *Anno mundi 3630. natus eſt Epicurus, qui gloriatus eſt* ſe magiſtrum habuiſſe nullum, ideò ſectæ novæ, impiæ & execrandæ autor fuit, & omnia in vita voluptate metienda eſſe docuit. Artis diſſerendi rudis fuit. In phyſicis totus alienus, nec in cæteris artibus politus, quas tenere eruditos decet. Atomos materiam, fortunam verò efficientem cauſam omnium rerum in mundo ſtatuit. Deos vel penitus ſuſtulit, vel mortalia curare negavit. Animos quoq; mortales eſſe finxit. Hæc tanto pauſu docuit, ut*

Digitized by Google

ſit, ut ſectatores ex omni Græcia atq; Italia ad ſe pellexerit: nec amplius ut Philoſophus habitus, ſed ut Deus quidam cultus ſit. Multa quidem ſcripſit de tenui victu, ſed aqua hæret, ut aiunt, & ſecum mirabiliter pugnantia dicit. Fuit tenui admodum valetudine, cæcutijt, & vix injecta veſtimenta in corpore exucco & extenuato ferre potuit. Manſit eius ſchola annos 235. quibus ſucceſſores habuit 14.

Anno mundi 3670. vixit Theocritus, Idylliorum, hoc eſt, imaginum, quæ varietatem ingeniorum ac morum pingunt, ſcriptor. Vſus eſt ad eam rem orationis filo humili, preſſo & figuris ex communi vita & re ruſtica potiſſimùm petitis. Theocritus.

Item Euclides Megarenſis, Geometriæ elementorum, quæ extant, autor. Euclides. Et Menander poëta, cuius memorabiles nonnullæ ſunt reliquæ ſententiæ, ut ὡς ἡδὺ χρηστότης συνέσει κεκραμμένη. Quàm dulcis res eſt bonitas temperata prudentia. Item ἦθος πείθει, οὐ λόγος, Mores Menander.

dicentis perſuadent, non ipſa oratio. Et quanquam infinita ſunt αὐτόματα, hoc eſt, fatalia, ſeu fortuita mala: longè tamen plura ſunt αὐθαίρετα, voluntaria. Præclarum verò in primis eſt eius de patientia præceptum: μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ' ἀναγκαίους φέρε. Non inferas Deo bellum, neq; accerſas rei novas tempeſtates, ſed neceſſarias toleres. Item, ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος, laborantis animi remedium eſt oratio.

Aratus. Anno mundi 3690. floruit Aratus Aſtronomus, cujus extant φαινόμενα, hoc eſt, liber de ſtellis apparentibus, & hemiſtichium, quod Paulus in concione, quam Athenis habuit, citat, Actor. 17. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, huius namq; ſumus genus.

Eratoſthenes. Circa annum mundi 3726. floruit apud Ptolemæum Evergetem Eratoſthenes, patria Cyrenæus, regiæ bibliothecæ præfectus. Fuit Philoſophus, hiſtoricus, & Aſtronomus.

Ennius. Anno mundi 3733. natus eſt Ennius

Digitized by Google

nius Poëta, qui primus amœno detulit ex Helicone perenni fronde coronam, ſecundùm Lucretium. Cùm hedera autem conjunxit laurum victoriam, ut Claudianus ait. Non ſolùm autem poëta fuit, ſed miles etiam, qui caſtra Africani ſecutus eſt. Dixit Homeri animam in ſuum corpus migrâſſe. Tanta enim cura & ſtudio Homerum legit, didicit & imitatus eſt, ut totum ſeſe ad illum effingendum compoſuerit. Gloriatus quoque eſt, ſe tria habere corda, hoc eſt, trium lingvarum eſſe peritum, Græcæ, Latinæ, Oſcæ. Sepultus eſt in Scipionum monumento, quod ſignificatur hoc diſticho: Ant. Sanſolicius.

Enni⁹ emeruit Calabris in mõtib. ortus.
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Anno mundi 3740. vixit Siracides in Ægypto, qui ſententias, quæ adhuc extant, & Sophia πανάρετος, id eſt, doctrina de omni virtutum officio appellantur, ab avo ſuo ſcriptas auxit, & in Græcum ſermonem tranſtulit. Siracides.

Anno mundi 3760. mortuus eſt Sy- Archimedes.

racuſis Archimedes, ingenioſiſsimus Geometra. Is, cùm Marcellus oppugnaret Syracuſas, mira arte machinas extruxit, quibus urbem diu defendit, & hoſtis impreſſionem repulit. Poſtquam autem capta fuit urbs, irruit in eum miles, qui invenit illum intentum ad deſcribendas in pulvere figuras. Quem ut vidit Archimedes, noli, dixit, mihi turbare has lineas, haud ſentiens urbem expugnatam eſſe ab hoſte. Verùm miles neq; artificem, neq; arte ductas lieneas curans, impetu facto in eum, occidit. Plutarchus in Marcello.

Plautus.

Anno mundi 3788. è vivis exceſſit Plautus, poëta comicus, cuius ætati ſucceſſit Actius, Statius, item Terentius, cuius prima Comœdia anno mundi 3806. acta eſt.

Polybius.

Anno mundi 3826. vixit Polybius, Scipionis Africani minoris præceptor & comes aſſiduus, nec inſpector ſolùm plurimarum rerum in iſto bello, ſed adjutor etiam & adminiſtrator fuit, ut lib. 3. ipſemet ſcribit. Complexus eſt hiſtoriam

Græca

Græcæ gentis Achæorum. & Romanorum, à Punico bello primo orſus, nempe anno mundi 3688. & uſque ad annum mundi 3766. progreſſus, quo prælium inter Philippum Macedonem, & Romanos ad Cynoſcephalas factum eſt.

Anno mundi 3866. natus eſt M. Tullius Cicero, equitis Romani filius, ſic Cicero. *cognominatus, quòd tuberculum Ciceri ſimile autor huius familiæ in naſi extremitate habuit. Propterea irriſus ab æqualibus propter vile nomen, reſpondit, ſe Ciceronis nomen Lentulis, & Scauris celebrius effecturum eſſe. Documenta* Indoles. *ingenij magni in primis annis dedit, cùm in ſchola omnes æquales ſuos ſuperavit, & velut rex quidam ab ijs cultus eſt. Arſit enim incredibili cupiditate diſcen-* Diſcendi ſtudium. *di. Ideo convivia, familiares congreſſus & delectationes cæteras ferè vitavit, ut vacare doctrinæ ſtudijs poſſet. Initiò autem Poeticen amavit, in eaq́; multùm* Cultus Poetices & eloquentiæ. *etiam profecit. Sed dicendi artem eloquentiæq́; cultum paulò pòſt amplexus eſt. Primum Philoni Philoſopho Atheni-*

enſi Academico, qui Romæ exulabat, deinde Moloni Rhodio ſummo dicendi magiſtro operam dedit. Multùm etiam uſus eſt Diodoro Stoico, à quo Dialecticen, & alia, quæ ad Philoſophiam pertinent, didicit. Is Diodorus habitavit apud Ciceronem. Icoircò mirum non eſt, Stoicorum dogmatis æquiorem Ciceronem fuiſſe. Primam cauſam publicam pro S. Roſcio dixit, cùm annum ageret 26. Ex qua tantum laudis conſecutus eſt, ut nulla cauſa tam ardua putaretur, quæ Ciceroni non poſſet commendari. Verùm obſtitit eius conatibus corporis gracilitas, tum colli proceritas, ut niſi à contentione forenſi deſiſteret, vitæ periculum certum ei impenderet. Itaque hortantibus amicis in Aſiam profectus eſt, & Athenis ſex menſes commoratus Antiochum principem Academiæ audivit, & artium hiſtoriarumq; ſcientia, quaſi quibuſdam neruis atque præſidijs eloquentiæ, ſeſe inſtruxit. Aſiam deinde totam peragravit, & cum oratoribus ſummis verſatus, Rhe-

Cicero Stoicos cur amarit.

Prima actio in foro.

Peregrinatio Ciceronis.

Rhodum ad Molonem, quem Romæ audiverat, rediјt. Ab eo traductus eſt à nimia vocis contentione, & quadam luxuria orationis ad juſtam moderationem et conformationem, ut totus jam corporis habitus mutatus eſſe videretur. Cũ Rhodi declamantem illum audiſſet Apollonius, cæteriq́, qui ſimul audierant, orationem laudarent: ipſe aliquantiſper perſtitit, tandem vero reſpondit: Recordor laudem ſapiẽtiæ & fortitudinis à Romanis ademtam nobis eſſe: Nunc video etjam doctrinæ & eloquentiæ gloriam per te nobis auferri. Inde Romam reverſurus oraculum prius, quod Delphis erat, conſuluit, quomodo gloriam, cujus erat avidiſſimus, acquirere poſſet? Reſponſũ eſt, ita fieri id maximè poſſe, ſi non multitudinis opinionem, ſed ſuam naturam ducem ſequeretur. Qua voce territus nonnihil Cicero, domo timidè aliquãtiſper vixit, nec honorum petitionem aggredi auſus eſt. Itaq; honos illi habitus eſt nullus, ſed Græculus ociosſus fuit nominatus. Tandem verò ætatis ſuæ anno

Oraculi reſponſum de Cicerone.

Digitized by Google

enſi Academico, qui Romæ exulabat, deinde Moloni Rhodio ſummo dicendi magiſtro operam dedit. Multùm etiam uſus eſt Diodoro Stoico, à quo Dialecticen, & alia, quæ ad Philoſophiam pertinent, didicit. Is Diodorus habitavit apud Ciceronem. Idcircò mirum non eſt, Stoicorum dogmatis æquiorem Ciceronem fuiſſe. Primam cauſam publicam pro S. Roſcio dixit, cùm annum ageret 26. Ex qua tantum laudis conſecutus eſt, ut nulla cauſa tam ardua putaretur, quæ Ciceroni non poſſet commendari. Verùm obſtitit eius conatibus corporis gracilitas, tum colli proceritas, ut niſi à contentione forenſi deſiſteret, vitæ periculum certum ei impenderet. Itaque hortantibus amicis in Aſiam profectus eſt, & Athenis ſex menſes commoratus Antiochum principem Academiæ audivit, & artium hiſtoriarumq́ue ſcientia, quaſi quibuſdam neruis atque præſidijs eloquentiæ, ſeſe inſtruxit. Aſiam deinde totam peragravit, & cum oratoribus ſummis verſatus, Rhe-

Cicero Stoicos cur amarit.

Prima actio in foro.

Peregrinatio Ciceronis.

Digitized by Google

Rhodum ad Molonem, quem Romæ audiverat, rediјt. Ab eo traductus eſt à nimia vocis contentione, & quadam luxuria orationis ad juſtam moderationem et conformationem, ut totus jam corporis habitus mutatus eſſe videretur. Cū Rhodi declamantem illum audiſſet Apollonius, cæteriq; qui ſimul audierant, orationem laudarent: ipſe aliquantiſper perſtitit, tandem vero reſpondit: Recordor laudem ſapiētiæ & fortitudinis à Romanis ademtam nobis eſſe: Nunc video etjam doctrinæ & eloquentiæ gloriam per te nobis auferri. Inde Romam reverſurus oraculum prius, quod Delphis erat, conſuluit, quomodo gloriam, cujus erat avidiſſimus, acquirere poſſet? Reſponſū eſt, ita fieri id maximè poſſe, ſi non multitudinis opinionem, ſed ſuam naturam ducem ſequeretur. Qua voce territus nonnihil Cicero, domo timidè aliquātiſper vixit, nec honorum petitionem aggredi auſus eſt. Itaq; honos illi habitus eſt nullus, ſed Græculus ocioſus fuit nominatus. Tandem verò ætatis ſuæ anno

Oraculi reſponſum de Cicerone.

no

no 31. in forum progreſſus in patrociniјs, & honorum petitione omnes ingeniј & induſtriæ ſuæ nervos contendit. Primum quæſtor factus in Sicilia, ætatis anno 32. Inde rediens domum venit Puteolos, ubi erant multi cives Roman. balnearum cauſſa. Ab his putabat Cicero ſe acceptum iri honorificentiſſimè, ob beneficium levatæ à ſe annonæ in urbe. At nemo illic novit Ciceronem, quidam tamen interrogavit eum, qua die Roma exyſſet, & nunquid novi ibi eſſet? Cui reſpondit Cicero faſtidiosè ſtomachans, ſe jam è provincia decedere. Cic. pro Planco. Romam reverſus, Verrem expilatorem & depeculatorem ærariј, everſoremq́; Siciliæ, rogatu Siculorum, accuſavit. Poſtea ædilis creatus eſt, ætatis anno 38. Prætor verò 41. Tum orationes habuit pro lege Manilia, & pro Cluentio, nempe anno mundi 3906. Quadrageſimo autem quarto ætatis anno conſul renunciatus eſt, orationem pro Murena habuit, & Catilinæ nefariam conjurationem conſilio, & induſtria ſua extinxit.

Digitized by Google

xit. Ob quod beneficium primus pater patriæ appellatus eſt. Poſt conſulatum pro Flacco dixit. Inimicitias geſſit cum Clodio impuro homine, cuius furore etjam è civitate eiectus eſt. Sed poſt menſes X. vel ut alÿ volunt, XVI. nempe anno mundi 3915. ætatis verò ſuæ 50. Pompeÿ Magni, & Titi Milonis interceſſione ab exilio revocatus, natali ſuo die mirifico ſtudio omnium ætatum atq; ordinum plauſu maximo congratulantium civium exceptus primùm in capitolium, deinde domum deductus eſt, & pater patriæ primus Romæ appellatus, Clodius verò confoſſus. Poſt exilium ſcripſit epiſtolas familiares, & cauſas egit. Compoſuit etiam tres libros de oratore. Ætatis verò anno 55. Milonis cauſam egit, anno mundi 3920. Sequente Proconſul in Cilicia fuit. Inde reverſus Romam ſparſa civilis belli ſemina extinguere, ſed fruſtrà, conatus eſt, omniaq; ſua conſilia atq; conatus ad pacem direxit. Sublato autem Pompeio, & dominante Cæſare, orationem pro Marcello, Ligario;

Exilium.

gario, paulò pòſt etiam pro Deiotaro habuit. Cumq́; vacuus à negocijs, curisq́; Reipub. eſſet, convertit ſeſe totum ad ſcribendum & perpoliendum Philoſophiam, factus è conſule ludimagiſter, ſive profeſſor Philoſophiæ, & oratoriæ Inde manârunt libri de finibus, Tuſculanarum quæſtionum, de natura Deorum, de divinatione, de fato, de amicitia, de officijs, plæriq; anno mundi 3928. ætatis verò eius 63. ſcripti. Deleto Cæſare evexit Octavianum, & exercitus illi credidit, ſed exitio ei fuit hoc conſilium. Nam & Res publica oppreſſa fuit, & ipſe ab Octaviano deſertus, ab Antonio verò, in quem Philippicas ſupremo vitæ tempore ſcripſit, proſcriptus eſt, anno mundi 3929. Proſcriptus verò cum fratre Quinto in Macedoniam ad Brutum fugere conſtituerat. Sed divulſus à fratre cum multis lacrymis, à ſeruis ad villam quandam in ora maritima delatus eſt. Vbi cùm quieti ſeſe dediſſet, corui diris & horrendis volatibus, atq; vocibus interitum ei denunciare viſi ſunt. Itaq́; mo-

Fuga.

Corui.

niius

nitus eſt à ſeruis, ut fugâ ſalutem peteret. Ille verò vix ſibi perſvaderi paſſus eſt, ut in lectica collocatus deportaretur. Dum verò ad mare itineribus devijs geſtaretur, adfuerunt percuſſores, quorum alterum, Pilium nomine, parricidij accuſatum antè defenderat. His ultrò jugulum porrexit, ferendum eſſe, inquiens, quod fortuna iniqua cogeret. Caput & manus ea, quæ Philippicas ſcripſerat, præciſa ad Antonium à ſicario allata eſt, cui dedit Antonius 25000. coronatos. Tanto ſcilicet precio ornare percuſorem tanti viri decuit! Sed & Fulvia uxor Antonij exertam Tullij lingvam aciculis confixit, ut animi ſui libidinem, & vindictæ cupiditatem in mortuo expleret. Vt autem majori ludibrio eſſet Ciceronis caput, tandem unà cum manibus juſſu Antonij pro roſtris poſitum eſt: ut ex loco conſpicuo magis cerni poſſet. Diodorus. Hic exitus fuit tanti oratoris, cuius vocem tanquam gladium diſtrictum, mucronemq́ audaces & ſcelerati in Repub. Roma. metuerunt.

Pro-

Prodiderunt Plutarchus & Livius, Ciceronem nullam in omni vita rem adverſam tuliſſe æquiore animo, quàm mortem. Scribit autor non contemnendus Ciceronem ex cauſarum patrociniјs neq; dona neq; mercedem ab ullo accepiſſe, ſed omnem eius operam fuiſſe gratuitam. Certum eſt autem Ciceronis occaſu libertatem & laudem eloquentiæ penè omnẽ occubuiſſe. Eſt certè documentum fortunæ egregium, utpote qui ex altiſſimo dignitatis gradu deturbatus exul factus eſt cui aqua & igni interdictum fuit: cuius etiam domus tanquam proditoris, aut tyranni deſtructa, & ſolo æquata & conſecrata eſt.

Saluſtius. Anno mundi 3886. natus eſt Saluſtius, cuius prima ætas dedita diſciplinis atq; artibus fuit. Præceptore uſus eſt Atteio Philologo. In primis verò Catonis ſtudioſus fuit, à quo etiam verba antiqua mutuatus eſt. Incidit in tempora ea, quibus luxus & avaritia, libido & ambitio in Republica Romana vigebant. Inde igitur corruptior ipſe quoq; factus eſt.

Digitized by Google

eſt. Hiſtoriam ſcripſit Catilinariæ conjurationis, & belli jugurthini, orationis genere caſto, brevi & gravi, ut Thucydidio ſtylo comparetur eius dictio, ſecundùm Fabium. Mortuus eſt anno mundi 3936.

Anno mundi 3902. Virgilius natus eſt, Latinorum poëtarum princeps, Homeri æmulus, ad cuius Odyſſeam ſex libros priores Æneidis ſuæ penitus effinxit, varios Æneæ errores exprimens; in ſex verò poſterioribus Iliadem imitatus bella & res geſtas Æneæ aliorumq́ regum, ducum & populorum perſecutus eſt. Dixiſſe ſe urſino more carmen gignere, lambendoq́ effingere. Non enim effudit verſus ſuos, ſed ex intimo ſenſu atque artificio depromſit. Georgica quidem ſeptennio, Æneida verò undecim annis confecit. Quæ verò imperfecta reliquit, ea à nullo perfici voluit Auguſtus Cæſar. Deprehenſus aliquando in lectione Ennij, interrogatusq́ quid ageret? reſpondit, ſe ex ſtercore Ennij aurum colligere. Sabellic. lib. 1. exempl. Annum Virgilius.

agens 52. mortuus eſt Brunduſij, reverſus cum Auguſto ex Græcia, ſcripto prius hoc diſticho Epitaphio:

Mantua mè genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini paſcua, rura, duces.

Brunduſio enim Neapolim, quæ Parthenope dicitur, oſſa eius, juſſu Auguſti, tranſlata ſunt.

Horatius. *Anno mundi 3907. natus eſt Horatius in oppido Venuſio, patre humili & plebeio, à quo tamen Romam deportatus, & in diſciplinam Magiſtrorum urbis traditus, tùm Athenas miſſus eſt, ubi Philoſophorum ſectas, quæ tunc erant, guſtavit, & neq; cum Stoicis, neq; cum Epicureis ſentire voluit, ſed Ariſtippum ſecutus eſt potiſſimùm: quanquam ab alijs etiam ducibus & magiſtris multa mutuatus eſt. Inde princeps Lyricorum & ſacerdos Muſarum extitit, Auguſtoq; Cæſari valdè carus atq; familiaris fuit. Mortuus eſt anno ætat. 57.*

Diodorus Siculus. *Anno mundi 3913. Diodorus Siculus floruit, cuius extat Bibliotheca, id eſt, totius fermè orbis habitati hiſtoria.*

Sex

Sex quidem prioribus libris res geſtas in Ægypto, Libya, Græcia, aliisq́ gentibus, ab origine mundi uſq; ad bellum Trojanum, recenſet. Reliquis verò Græcorum, Perſarum, & Romanorum acta perſequitur, uſque ad annum mundi 3670. Præclarum in primis opus, & triginta annis confectum, ad quod labore multò, lectione varia, cognitione & inſpectione locorum, regionum & urbium, in bona Europæ atq; Aſiæ parte, tum ærumnis & periculis magnis opus fuit.

Anno mundi 3913. natus eſt Livius Hiſtoriographus, qui magna orationis gravitate, copia, & ſplendore deſcripſit res Romanas à primis conditoribus Romulo & Remo, nempe ab anno mundi 3201. uſq; ad annum mundi 3806. Livius.

Anno mundi 3919 natus eſt Ovidius Sulmone, quæ urbs in Pelignis fuit, ex equeſtri Naſonum familia. Romæ in ſtudiis doctrinæ educatus eſt, & à patre ad juris diſciplinam adhibitus. Verùm, mortuo patre, ad Muſas rediit, & totum ſe verſibus ſcribendis dedidit. Ovidius.

Mm 2 Cùm

Cùm verò annum quinquageſimum attigiſſet, in exilium ab Auguſto pulſus eſt, ob elegias quaſdam laſcivas ad Juliam Auguſti filiam ſub Corynnæ nomine, ſcriptas. Exulavit igitur in Ponto annos novem, ibiq́; in miſeria magna mortuus atque humatus eſt. Euſebius in Chronicis. Metamorphoſis eius continet mundi hiſtoriam à creatione ad Auguſtum uſq; , ſed rebus ita tectis, involutis, & fabulis, quaſi quibuſdam nubibus obductis; ut non ſine ingenio, arte & induſtria magna erui & explicari poſſint.

Anno mundi 3964. ſcripſit hiſtoriam ſuam Romanam Dionyſius Halycarnaſſenſis, in qua urbis Romæ primordia, incrementa, magiſtratus, ſacra, jura, & bella uſq; ad mundi annũ 3708. quo bellum Punicum primum cœpit, copioſè exponit.

Dioſcorides. *Pedacius Dioſcorides apud Cleopatram vixit ſub Antonio, ut ait Suidas.*

Strabo. *Strabo Amaſiæ nobili urbe ponti natus copioſè accurateq́; deſcripſit orbis terrarum ſitum, cuiuſmodi ille Auguſti Cæ-*

ſaris

Digitized by Google

ſaris ætate fuit, Homeriq́ poëma inſigniter illuſtravit. Vnde & Homericus Geographus à nonnullis dictus eſt. Vixit ſub Tiberio imperatore.

Floruerunt hoc millenario multò plures eruditi viri, quorum ſcripta etiam extant. Terentius, cuius fabula prima Andria anno mundi 3806. acta eſt. Catullus, qui anno mundi 3885. mortuus eſt. Et alij, quos adijcere huic Catalogo, quicunq́ voluerit, facilè ſuo arbitratu poterit.

Finis millenarij quarti.

ORATIO DE QVATVOR MONARCHIIS, SIVE ſummis imperijs, à Daniele Propheta expreſsis:

Contra veterem Judæorum errorem, hoc tempore à Ioanne Bodino Gallo, in methodo hiſtorica renovatum.

Matthæus Dreſſerus.

PEtulantia eſt & libido ingenij, non ſapientia, convellere & labefactare ea, quæ veris fundamentis nixa magno conſenſu multis ſeculorum ætatibus comprobata ſunt. Etſi enim præclarum eſt, & liberale, Socratis more, εἰς ἑκάτερον, in utramque partem diſſerere, & collatis ſententijs, quid in quaque re verum ſit, inqui-

Digitized by Google

inquirere: tamen finis & modus cuiuſque diſputationis hic eſſe debet, ut tandem inventa & cognita veritate, mentes acquieſcant. Verùm difficilis & perardua quæſtio videtur, quidnam verum, certum & ſequendum ſit in unoquoque doctrinæ genere, in tam ancipiti præſertim contentione, tantaq́ opinionum varietate. Quod enim uni rectum, id alteri falſum videtur: quod præcedens ætas probavit, id ſequens reprobandum cenſet. Hæc diſſimilitudo judiciorum plurimos adeò offendit atq; turbat, ut, quò ſe inclinent, vehementer dubitent. Agnoſco autem, & quidem jure omni deploro noſtra vulnera, fateorq́ multa eſſe, quæ non ſatis perveſtigari atque cognoſci à nobis poſſunt: ſed tamen via eſt ad certitudinem perveniendi, in præcipuis dogmatibus atque diſciplinis, expedita & recta: quam qui ſequitur, animo certo & confirmato eſſe poteſt, ut labi per errorem non ſit neceſſe. Talis via in Theologicis dogmatibus eſt verbum Dei, quod

Pſalmus vocat lucernam pedum & lumen ſemitæ. Et Petrus appellat firmum ſermonem, cui qui attendit, tanquam lucernæ apparenti in loco obſcuro, rectè facit, nec errare poteſt. Hoc itaq; verbum in Theologia fundamentum & norma ſit certitudinis, quæ nec allucinari, nec vagari huc & illuc mentem patitur. Neq; ſanè medicinâ ullâ ad ſalutem reduci poſſumus, niſi de Dei voluntate in nos certi aliquid habeamus, quo nixi ex hoc viſibili mundo in alium inviſibilem migrare poſſimus.

In Philoſophicis verò materijs via triplex eſt certitudinis conſequendæ: αἴσθησις, πρόληψις, καὶ γνῶσις. *Quis enim adeò vel ſtupidus eſt, vel demens, ut id certum eſſe neget, quod univerſalis experientiæ teſtimonium comprobat & ſtabilit? Quis niſi inſanus contra principia diſputare audet? Quis deniq; judicio aliquo præditus rectæ connexioni omnium partium in argumento non aſſentitur? Hæ itaq; viæ, ſive faciles, ſive difficiles, tritæ ſunt, & rectè nos ducere*

poſſunt

paſſunt ad veri in quaq; ſcientia & arte cognitionem, ut vagari aut hærere in ſalebris minimè cogamur. Si qua etiam dubitatio de dogmate, aut quacunq; alia materia inciderit, ad hæc κριτήρια ſive ad has certitudinis normas deliberatio & judicium omne referendum eſt.

Ex eodem itaq; fonte judicari etiam pervulgata illa de quatuor ſummis imperijs ſententia jure debet, &, ut mihi quidem videtur, negocio non magno poterit. Hanc vocat Joannes Bodinus inveteratum errorem. Ego verò vaticinium Propheticum re eventuq́; probatum appello. Et habet quidem Bodinus rationes præclaras in ſpecie atque plauſibiles, ſed exiles prorſus, & ad tenue elimatas. His itaque ego fundamenta ſolida opponam, ex ipſis verbis Propheticis expreſſa, & omnium conſequentium ætatum hiſtoriâ confirmata. Quod niſi fecero, incepti me mei audacis, atq; inanis pœnitere fatebor: Sin verò perfecero, conſilium atq; cupiditatem temerariam corrigere Bodinus non gravabitur.

Primùm omnium Monarchiæ definitionem quærit Bodinus, & meritò quidem, utpote à qua omnis diſputatio proficiſci tanquam ex fonte debet. Sciendum eſt autem vocem Monarchiæ aut imperij in Daniele, quem caput & autorem vaticinij de Monarchijs conſtituo, non inveniri. Quid ergò? Non eſt quod quiſquam iſto nomine laboret: ſalva res eſt. Daniel univerſalia orbis terræ regna quatuor nominat, aureum, argenteum, æreum, & ferreum. Jam quid eſt regnum omnia complectens, niſi Monarchia? Si ergo planum ex ipſis verbis Danielis fecero, quatuor iſta regna eiuſmodi planè eſſe, ut omnia complexu ſuo coërceant atq; contineant, tunc neq; de vocabulo, neq; de definitione quærendum amplius videbitur.

Sic autem de primo regno diſertè ait Propheta ad Nabogdonoſorem: Deus in poteſtate tua omnia poſuit. Eſt ergò primum regnum Aſſyriorum, ſive Chaldæorum verè Monarchia, ſive καθολικὸν imperium, quod totum terrarum or-

bem

bem complexum eſt. De ſecundo regno idem inquit capite eodem: Poſtea aliud regnum argenteum, minus primo, conſurget, ubi minus, interprete Theodoreto, non imbecillius, ſed ſecundum ſignificat. Et iſta ſi parum commoda fortè videtur interpretatio: in medio ſunt verba Prophetica, cap. 5. Diviſum eſt regnum tuum, & datum Medis atque Perſis. Ex quo ſanè intelligitur Aſſyriorum regnum divina potentia à Babylonicis regibus ad Perſas tranſlatum eſſe, ſecundum regulam: Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitiam. Cap. 8. idem Propheta ait: Vidi arietem cornu ferientem occaſum, ſeptentrionem, & meridiem, nec ulla beſtia poterat reſiſtere ei, aut liberari de manu eius. Hîc in omnes mundi plagas diffuſum eſſe Perſicum imperium expreſſè dicitur. Nam ex Oriente movit caſtra & ſceptra ad Aquilonem, Auſtrum, & Occidentem, uſq; ad ipſum mare. Cumq; nulla beſtia, id eſt, ſingulare regnum, ut Theodoretus interpreta-

retatur, huic Perſico imperio obſiſtere potuerit: ecquid illi ad Monarchiam defuit? De tertio autem regno æreo verba Prophetæ perſpicua ſunt, quæ aſſeverant, in universa terra illud eſſe imperaturum. Nec de quarto dubium eſſe poteſt, quin καθολικὸν omni jure habeatur, cùm clarè de eo affirmetur, quòd ſit contriturum & comminuturum omnia. Quòd ſi omnia comminuit aut conterit, non video cur univerſalis imperij nomen illi denegetur.

At nondum fortaſſe ſatisfactum eſt Bodino, qui definiri Monarchiam certis regionibus atq; terminis, tum Principis alicuius aut populi origine clara cupit. Cui reſpondeo, Monarchiam non regionum ſpacijs, aut populorum numero, nec ulla Principis origine illuſtri metiendam eſſe, ſed ex nativo fonte, hoc eſt, Prophetæ ipſius verbis, & ſententia æſtimandam. Non enim in vaticinijs divinis humanum adhibendum eſt judicium, neq; conſulenda ratio, ſed ſolius verbi ductũ ſequi oportet. Quod niſi fecerimus, labefacta-

ſtare facilè poterimus Danielis Prophetiam, & omnia eius regna evertere. Age enim ſi locorum aut regionum multitudine atque amplitudine metiri voluerimus Monarchiam: ecquid ſtabit Aſſyriorum, Perſarum, aut Græcorum Monarchia? quippe quæ neq; Europæ, neque Africæ, neq; Orientis omnes partes complexa eſt. Quotus enim quiſq; eorum regum populis Septentrionalibus? quis Africanis? quis Indianis omnibus imperavit? Ergò nihil efficies, ſi hoc modo argumentari voles: Monarchia dominatum totius terrarum orbis continet. Talem verò nemo ab initio mundi conſecutus eſt, aut tenuit. Non itaque ullus Monarcha in terris fuit. Non, inquam, tolerari poteſt hæc conſequentia, iccircò, quia ex definitione vitioſa conficitur. Alia multò eſt lingua Prophetica, quæ in rationis ordinem non planè ſe patitur redigi. Hanc itaq; nos cum reverentia & admiratione diſcere, ducente Spiritu cœleſti, non rationis judicio prorſus ponderare convenit.

Quid

Quid igitur nominat Propheta Monarchiam? Vocat regnum κατ' ἐξοχὴν, quod Deus potentia, firmitudine, & gloria, præter cætera regna, armavit, & in omnes dominari vult. Hæc ſive inepta, ſive abſurda videatur, eſt Monarchiæ definitio, contexta nimirum ex verbis Prophetæ, omni exceptione majoribus. Tale regnum qui tenet, Monarcha jure appellatur, voce à Græcis ſcriptoribus, Herodotò, Platone, Ariſtotele, Iſocratè uſurpata. Nec plura fingenda ſunt, quàm quatuor hæc à Daniele expreſſa. Non enim decet nos recedere à vaticinij Prophetici verbis, aut affingere aliquid præter genuinam eius ſententiam. Eſtq; autor, fundator & gubernator talium regnorum Deus ipſe, qui regna conferendi & transferendi poteſtatem ſolus habet. Etſi itaq; multò plura ſunt in orbe terrarum regna, tamen hæc quatuor ſola appellantur à Daniele regna, excellenti nomine & titulo, tanquã capita, quibus reliqua velut membra ſubjecta eſſe debent. Ex quo ipſi etiam

Græci

Græci cum Βασιλέα nominant, alium regem nullum niſi Perſicum intelligunt; κατ' ἐξοχὴν, ut Demoſthenes Philip. 1. πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα: Legatos miſit ad regem.

Judæi, quamvis populus Dei electus & carus, regnum tamen eiuſmodi, quod Manarchia dicitur, conſecuti non ſunt, quia Deus hoc decus, & nomen ad eos non tranſtulit, ſed ſub catholicis, ſive primariys hiſce regnis ſemper latere illos voluit. Iccircò Aſſyriys etiam, quando libuit, tanquam flagello ad caſtigandum ſuum populum uſus eſt, donec eum penitùs ex Judæa in Aſſyriam traducendum curavit. Nec poſt Aſſyriorum imperium ſecreti ac liberi eſſe Judæi à Perſarum, Græcorum, & Romanorum potentia atque imperio potuerunt: quo agnoſcerent hanc Dei ordinationem in terris, & ad peccandum tardiores eſſent. Hinc intelligit Bodinus, non ſolùm non regionis finibus, & populi origine præclara, ſed ne religione quidem ipſa, qua ſanctius tamen & precioſius in terris

terris nihil eſt, Monarchiam definiri. Etenim ſi religio Monarchiam conſtitueret, ecqua gens aut natio anteponi Iudæis poſſet? Verùm non contigit hic honos ne Salomoni quidem ipſi, quo nullus rex fuit ſapientior & florentior, nedum tyrranno Turcico, aut regi Æthiopum, Tartarorum, aut Americarum regionum, quantumvis triplo totam Europam ſuperantium. Ratio alia non eſt, niſi quòd Deus illis titulum tantæ dignitatis non tribuit. Atque hæc eſt prima differentia ſive nota, per quam quatuor Monarchiæ Danielis à reliquis orbis terræ regnis diſcernuntur, nempe fundamentum certum, nomen, & teſtimonium in verbo Dei, quòd ſint regna regnorum uſq; ad filij Dei adventum, & novum regnum ſpirituale in cælis.

Altera nota eſt potentia, fortuna, & gloria eximia, qua divinitùs circumdantur Monarchiæ. Id quod verba Danielis apertè confirmant: Tu rex regum es, & Deus cæli, regnum potens, forte, & glorioſum tibi dedit. Quòd autem de

de una Monarchia dicitur, id de omnibus conſequentibus in hoc officiј munere intelligi debet: adeo ut de Cyro, de Alexandro, de Auguſto, de Carolo, de Maximiliano æquè atque de Nabogdonoſore dictum putemus. Quemadmodum verba ad Adamum & Evam ſemel facta à Deo in Paradiſo, ad omnes conſequentes ætates atque homines ſine ulla dubitatione pertinent. Neq; verò potentia, autoritas, & gloria iſta rationis judicio prorſus ponderanda eſt, ſed ex verbo Dei tota judicanda. Non enim, ſi quod regnum fortè potentius, majus aut robuſtius in terris invenietur, propterea Monarchiæ nomen merebitur. Nec id, quod mundus admiratur & magnifacit, ſemper coram Deo excelſum eſt, & glorioſum. Eſt igitur ab hiſce ſpectaculis abducendus animus, & in ſolo Dei verbo acquieſcendum, quod aſſeverat, virtutem Dei etiam in infirmitate perfici. Non ſtatim omnes reges terræ ſubigebat Nimrod, & tamen rex regum erat. Dominus erat terræ ſanctæ Patriarcha A-

Digitized by Google

braham ex pacto Dei: & in eius tamen poſſeſſionem veſtigium nunquam fecit. Benedictio divina pronunciata primis conjugibus: Creſcite & multiplicamini, communis eſt omnibus poſteris: & tamen multi in conjugio inveniuntur ſteriles. Hîc ſi quis propter nonnullorum conjugium ſterilitatem negare aut minuere velit divinæ benedictionis vim: audiendus planè non erit. Manet enim DEI benedictio, tametſi non omnibus contingat individuis. Ad eundem ſanè modum ſua eſt Monarchijs potentia, firmitudo, & gloria, qua divinitùs ornatæ ſunt: quamvis interim imbecllitas, aut debilitas, atq; deformitas aliqua accedat. Mirabiliter enim Deus ſuum imperium adminiſtrat, & penè omnia eius opera fiunt in contrarijs medijs. Quamobrem mirum non eſt, ſi ratio absq; verbo Dei judicans, confuſa & conturbata ſæpè erret, & velut ad vadum ſcopulúmque appulſa, expedire ſe non ſatis poſſit.

Eadem eſt ratio poſtremæ particulæ in definitione Monarchiæ, quòd ſcilicet

in

in omnes dominetur. Hic enim ſi exiliter nimis ad calculum revocare vocabulum fortè velles, facilè efficeretur, nullam Monarchiam in terris unquam extitiſſe. Cujus enim imperij poteſtas tanta fuit, ut abſque ulla exceptione omnibus hominibus in tam diſſitis & latè diffuſis regionibus dominaretur? Non ſic Aſſyriorum, non Perſarum, non Græcorum Monarchia ſtabit, aut nomen ſuum tuebitur. At nihilominus ſic loquitur & affirmat ſcriptura. Quid ergò? Deficiendúmne propterea eſſe à verbo Dei exiſtimabimus? Minimè. Non enim humano judicio æſtimandum eſt DEI verbum, ſed contrà verbo DEI confirmandum judicium humanum. Propheta ait: omnes de Seba venient, & laudes Domini annunciabunt. Vbi de collectione Eccleſiæ ex gentibus vaticinatur. Sed num propterea credimus eius regionis trans Arabiam incolas omnes Chriſtianos eſſe factos? Alibi Propheta ait: Omnes erunt docti à Deo. Hoc experientia certè reprobat,

Primùm omnium Monarchiæ definitionem quærit Bodinus, & meritò quidem, utpote à qua omnis diſputatio proficiſci tanquam ex fonte debet. Fatendum eſt autem vocem Monarchiæ aut imperij in Daniele, quem caput & autorem vaticinij de Monarchijs conſtituo, non inveniri. Quid ergò? Non eſt quod quiſquam iſto nomine laboret: ſalva res eſt. Daniel univerſalia orbis terræ regna quatuor nominat, aureum, argenteum, æreum, & ferreum. Jam quid eſt regnum omnia complectens, niſi Monarchia? Si ergo planum ex ipſis verbis Danielis fecero, quatuor iſta regna eiuſmodi planè eſſe, ut omnia complexu ſuo coërceant atq; contineant, tunc neq; de vocabulo, neq; de definitione quærendum amplius videbitur.

Sic autem de primo regno disertè ait Propheta ad Nabogdonoſorem: Deus in poteſtate tua omnia poſuit. Eſt ergò primum regnum Aſſyriorum, ſive Chaldæorum verè Monarchia, ſive κοσμικὸν *imperium, quod totum terrarum or-* bem

bem complexum eſt. De ſecundo regno idem inquit capite eodem: Poſtea aliud regnum argenteum, minus primo, conſurget, ubi minus, interprete Theodoreto, non imbecillius, ſed ſecundum ſignificat. Et iſta ſi parum commoda fortè videtur interpretatio: in medio ſunt verba Prophetica, cap. 5. Diviſum eſt regnum tuum, & datum Medis atque Perſis. Ex quo ſanè intelligitur Aſſyriorum regnum divina potentia à Babylonicis regibus ad Perſas tranſlatum eſſe, ſecundum regulam: Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſticiam. Cap. 8. idem Propheta ait: Vidi arietem cornu ferientem occaſum, ſeptentrionem, & meridiem, nec ulla beſtia poterat reſiſtere ei, aut liberari de manu eius. Hîc in omnes mundi plagas diffuſum eſſe Perſicum imperium expreſſè dicitur. Nam ex Oriente movit caſtra & ſceptra ad Aquilonem, Auſtrum, & Occidentem, uſq; ad ipſum mare. Cumq; nulla beſtia, id eſt, ſingulare regnum, ut Theodoretus interpreta-

factare facilè poterimus Danielis Prophetiam, & omnia eius regna evertere. Age enim ſi locorum aut regionum multitudine atque amplitudine metiri voluerimus Monarchiam: ecquid ſtabit Aſſyriorum, Perſarum, aut Græcorum Monarchia? quippe quæ neq; Europæ, neque Africæ, neq; Orientis omnes partes complexa eſt. Quotus enim quiſq; eorum regum populis Septentrionalibus? quis Africanis? quis Indianis omnibus imperavit? Ergò nihil efficies, ſi hoc modo argumentari voles: Monarchia dominatum totius terrarum orbis continet. Talem verò nemo ab initio mundi conſecutus eſt, aut tenuit. Non itaque ullus Monarcha in terris fuit. Non, inquam, tolerari poteſt hæc conſequentia, iccircò, quia ex definitione vitioſa conficitur. Alia multò eſt lingva Prophetica, quæ in rationis ordinem non planè ſe patitur redigi. Hanc itaq; nos cum reverentia & admiratione diſcere, ducente Spiritu cœleſti, non rationis judicio prorſus ponderare convenit.

Quid

Quid igitur nominat Propheta Monarchiam? Vocat regnum κατ᾽ ἐξοχὴν, quod Deus potentia, firmitudine, & gloria, præter cætera regna, armavit, & in omnes dominari vult. Hæc ſive inepta, ſive abſurda videatur, eſt Monarchiæ definitio, contexta nimirum ex verbis Prophetæ, omni exceptione majoribus. Tale regnum qui tenet, Monarcha jure appellatur, voce à Græcis ſcriptoribus, Herodoto, Platone, Ariſtotele, Iſocrate uſurpata. Nec plura fingenda ſunt, quàm quatuor hæc à Daniele expreſſa. Non enim decet nos recedere à vaticinij Prophetici verbis, aut affingere aliquid præter genuinam eius ſententiam. Eſtq́ autor, fundator & gubernator talium regnorum Deus ipſe, qui regna conferendi & transferendi poteſtatem ſolus habet. Etſi itaq; multò plura ſunt in orbe terrarum regna, tamen hæc quatuor ſola appellantur à Daniele regna, excellenti nomine & titulo, tanquã capita, quibus reliqua velut membra ſubjecta eſſe debent. Ex quo ipſi etiam

Græci

Græci cum Βασιλέα nominant, alium regem nullum niſi Perſicum intelligunt; κατ' ἐξοχὴν, ut Demoſthenes Philip. 1. πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα: Legatos miſit ad regem.

Judæi, quamvis populus Dei electus & cárus, regnum tamen eiuſmodi, quod Manarchia dicitur, conſecuti non ſunt, quia Deus hoc decus, & nomen ad eos non tranſtulit, ſed ſub catholicis, ſive primariis hiſce regnis ſemper latere illos voluit. Iccircò Aſſyriis etiam, quando libuit, tanquam flagello ad caſtigandum ſuum populum uſus eſt, donec eum penitùs ex Judæa in Aſſyriam traducendum curavit. Nec poſt Aſſyriorum imperium ſecreti ac liberi eſſe Judæi à Perſarum, Græcorum, & Romanorum potentia atque imperio potuerunt: quo agnoſcerent hanc Dei ordinationem in terris, & ad peccandum tardiores eſſent. Hinc intelligit Bodinus, non ſolùm non regionis finibus, & populi origine præclara, ſed ne religione quidem ipſa, qua ſanctius tamen & precioſius in terris

terris nihil eſt, Monarchiam definiri. Etenim ſi religio Monarchiam conſtitueret, ecqua gens aut natio anteponi Judæis poſſet? Verùm non contigit hic honos ne Salomoni quidem ipſi, quo nullus rex fuit ſapientior & florentior, nedum tyrranno Turcico, aut regi Æthiopum, Tartarorum, aut Americarum regionum, quantumvis triplo totam Europam ſuperantium. Ratio alia non eſt, niſi quòd Deus illis titulum tantæ dignitatis non tribuit. Atque hæc eſt prima differentia ſive nota, per quam quatuor Monarchiæ Danielis à reliquis orbis terræ regnis diſcernuntur, nempe fundamentum certum, nomen, & teſtimonium in verbo Dei, quòd ſint regna regnorum uſq; ad filij Dei adventum, & novum regnum ſpirituale in cælis.

Altera nota eſt potentia, fortuna, & gloria eximia, qua divinitùs circumdantur Monarchiæ. Id quod verba Danielis apertè confirmant: Tu rex regum es, & Deus cæli, regnum potens, forte, & glorioſum tibi dedit. Quòd autem de

de una Monarchia dicitur, id de omnibus conſequentibus in hoc officij munere intelligi debet: adeo ut de Cyro, de Alexandro, de Auguſto, de Carolo, de Maximiliano æquè atque de Nabogdonoſore dictum putemus. Quemadmodum verba ad Adamum & Evam ſemel facta à Deo in Paradiſo, ad omnes conſequentes ætates atque homines ſine ulla dubitatione pertinent. Neq; verò potentia, autoritas, & gloria iſta rationis judicio prorſus ponderanda eſt, ſed ex verbo Dei tota judicanda. Non enim, ſi quod regnum fortè potentius, majus aut robuſtius in terris invenietur, propterea Monarchiæ nomen merebitur. Nec id, quod mundus admiratur & magnifacit, ſemper coram Deo excelſum eſt, & glorioſum. Eſt igitur ab hiſce ſpectaculis abducendus animus, & in ſolo Dei verbo acquieſcendum, quod aſſeverat, virtutem Dei etiam in infirmitate perfici. Non ſtatim omnes reges terræ ſubigebat Nimrod, & tamen rex regum erat. Dominus erat terræ ſanctæ Patriarcha A-

Digitized by Google

brahám ex pacto Dei: & in eius tamen poſſeſſionem veſtigium nunquam fecit. Benedictio divina pronunciata primis conjugibus: Creſcite & multiplicamini, communis eſt omnibus poſteris: & tamen multi in conjugio inveniuntur ſteriles. Hîc ſi quis propter nonnullorum conjugium ſterilitatem negare aut minuere velit divinæ benedictionis vim: audiendus planè non erit. Manet enim DEI benedictio, tametſi non omnibus contingat individuis. Ad eundem ſanè modum ſua eſt Monarchijs potentia, firmitudo, & gloria, qua divinitùs ornatæ ſunt: quamvis interim imbecllitas, aut debilitas, atq; deformitas aliqua accedat. Mirabiliter enim Deus ſuum imperium adminiſtrat, & penè omnia eius opera fiunt in contrarijs medijs. Quamobrem mirum non eſt, ſi ratio absq; verbo Dei judicans, confuſa & conturbata ſæpè erret, & velut ad vadum ſcopulúmque appulſa, expedire ſe non ſatis poſſit.

Eadem eſt ratio poſtremæ particulæ in definitione Monarchiæ, quòd ſcilicet

in

in omnes dominetur. Hic enim ſi exiliter nimis ad calculum revocare vocabulum fortè velles, facilè efficeretur, nullam Monarchiam in terris unquam extitiſſe. Cujus enim imperij poteſtas tanta fuit, ut abſque ulla exceptione omnibus hominibus in tam diſſitis & latè diffuſis regionibus dominaretur? Non ſic Aſſyriorum, non Perſarum, non Græcorum Monarchia ſtabit, aut nomen ſuum tuebitur. At nihilominus ſic loquitur & affirmat ſcriptura. Quid ergò? Deficiendúmne propterea eſſe à verbo Dei exiſtimabimus? Minimè. Non enim humano iudicio æſtimandum eſt DEI verbum, ſed contrà verbo DEI confirmandum judicium humanum. Propheta ait: omnes de Seba venient, & laudes Domini annunciabunt. Vbi de collectione Eccleſiæ ex gentibus vaticinatur. Sed num propterea credimus eius regionis trans Arabiam incolas omnes Chriſtianos eſſe factos? Alibi Propheta ait: Omnes erunt docti à Deo. Hoc experientia certè reprobat,

Digitized by Google

& clamat res ipſa, prorſus exiguum eſſe cœtum eorum, qui Evangelio obtemperant, & à Deo ſe doceri atque regi patiuntur. Quare cedat hîc ratio; valeat verò verbum ejus, cujus invicta eſt fides, & tremenda autoritas: maneatq́; Monarchiam eſſe poſſe, tametſi non cunctis, ſine exceptione, imperet in terris. Sic enim ſcriptura ſolet ſæpenumerò omnia nominando præcipua complecti, vel ex omnibus aliqua, per figuram in alijs etiam linguis uſitatam. Nam & Cicero de Romana Republ. loquens, orbis terræ imperium appellitat: cùm tamen neq; Aſiæ, neque Africæ, neque Europæ univerſæ unquam imperârit. Nihilominus univerſale totius orbis terrarum imperium nominavit etiam Ovidius 2. Faſtorum, cum ait:

Gentib. eſt alijs tellus data limite certo;
Romanæ ſpaciũ eſt urbis & orbis idẽ.

Eodem modo Monarchiam Rom. deſcribit Cicero pro lege Manilia, quòd ſit imperium omnium gentium, ac notionum terra mariq́;. Et Alexander Magnus regnum

gnum ſuum orbis terræ imperium complecti exiſtimavit, cùm Dario offerenti filiam ſuam uxorem, dimidium regni Perſici, & decem millia talentorum, hoc eſt ſexagies centena millia coronatorum, reſpondit: Mundus non poteſt ferre duos Soles, ſic nec orbis terræ duos reges. Cyrus vero in ſepulcro inſcriptum habuit verſum: ἔνθα δ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων, *autore Strabone. Satis igitur fuerit de præcipuis gentibus & nationibus tale orbis imperium intellexiſſe: quamvis interim plurimi populi terra mariq; excludantur.*

Jam hiſce notis Monarchiarum expoſitis, ſequitur ut, quænam illa quatuor regna univerſalia in mundo ſint, explanetur: tum ut quomodo ornamenta hæc, ſive, ut ita dicam, requiſita ſingulis earum congruant, oſtendatur. Niſi enim definitio ÿs ex omni parte convenerit, fruſtrà nomine iſto hactenus appellâſſe videbimur.

Prima mundi Monarchiæ initium poſuit Nimrodus Noami pronepos, anno

1788. cùm jam poſt diluvium humana gens multifariam aucta eſſet, & in plures provincias atque regiones diſperſa. Conſedit autem is in terra Chaldæorum, ex quo Chaldæorum Monarchia, vel etiam Aſſyriorum & Babyloniorum appellatur. Duravitq; annis, Diodoro quidem teſte, 1360. Hunc robuſtum venatorem coram Domino vocat Moſes; quòd exercitus duxerit, & armis homines ad legitimam obœdientiam impulerit. Additur autem, coram Domino, ut ſignificetur, divinitùs illum fuiſſe armatum, atque donatum potentia, robore, ſucceſſu, & victoria, in conſtituendo & retinendo imperio. De Nebogdonoſore autem & ſucceſſoribus eius Jeremias Propheta cap. 17. Serviant Nabogdonoſori, ait, omnes gentes, & filio ejus, & filio filij ejus. Ac ne quid in obſcuro aut dubio relinquatur, diſertè appellat Daniel Nabogdonoſorem, cum inquit: Tn rex regum es. Item, Tu caput aureum es. Cùm itaq; abſque ulla controverſia Nabogdonoſor rex Aſſyriorum fue-

fuerit: quis de Aſſyriorum Monarchia dubitare poteſt, quin prima ſit inter quatuor prædicta à Daniele regna?

Secunda Monarchia cœpit anno mundi 3148. duravitq́ annos 207. Hujus ἔξαρχος ſive caput fuit Darius, qui extincto propter ſuperbiam & idolorum cultum Balthaſare Nabogdonoſoris nepote, captaq́ Babylone, Aſſyriorum regnum ad Medos tranſtulit. Ex quo Medorum regnum ſive Monarchia appellatur.] Et quoniam Darius Cyrum Perſam, ſororis filium, belli ſocium contra Aſſyrios fecerat, factum eſt, ut uno anno poſt captam Babylonem Cyrus ſūmam imperij adeptus ſit. Ex quo etiam Perſarum Monarchia hæc ipſa nominata eſt. Ex quo bellè admodum Theodoretus, Medi etiam Perſæ, inquit, ſimul nominantur, quòd Cyrus à patre Medo, & matre Perſa, originem duxerit, & quia primus ipſorum rex fuerit. At dixeris, ſecundum quidem regnum nominat Daniel argenteum, ſed quomodo ſciri poteſt, Perſicum ſive

Medorum illud eſſe regnum, cùm nominatim non exprimat Propheta? Hîc audiatur optimus ſuorum verborum interpres ipſe Daniel, qui cap. 5. ait de Balthaſare: Diviſum eſt regnum tuum, & datum Medis atq; Perſis. Hîc expreſſe poni intelligis Medorum atq; Perſarum nomen & regnum. Et cap. 8 diſertè ait: Aries quem vidiſti, rex Medorum atq; Perſarum eſt. Vbi iterum expreſſe Medorum atque Perſarum regnum nominatur, ut de nomine ſecundæ Monarchiæ nullum dubium ſit reliquum.

Sed rurſum obÿcies, de ſucceſſoribus Balthaſari in regno Babylonico hæc verba eſſe accipienda, non de tranſlatione ſive univerſali mutatione regni: præſertim cùm ipſe Daniel mox dicat: Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar, rex Chaldæorum, & Darius Medus ſucceſſit in regno. Quòd ſi de ſucceſſione ſola intelligi verba debent, haud ſanè video, cur novum regnum, ſive ſecundam Monarchiam introducamus. Sed eſt quod reſpondeam. Solutio enim praſtò eſt. Daniel ipſe

Digitized by Google

ipſe interpretationem ſuggerit, cum ait ad Balthaſarem: Deus regnum tuum complevit. Quo verbo abſq; ulla dubitatione circumactam eſſe periodum regni Babylonici indicat, & fato jam diſtrahi illud, & aliò transferri. Id quod res etiam atque eventus declaravit. Capta eſt enim Babylon, quò finis eius Monarchiæ conſpectior eſſet, & ad gentem aliam imperij ſumma devoluta eſt, ut jam dubium nullum eſſe poſſit, quin alia etiam Monarchia nova conſtituta ſit. Nec aliud Eſaias voluit, cùm Perſas & Medos vaſtatores Babylonis cap. 12. appellat, inquiens: Aſcende Elam, obſide Mede: niſi ut deſtructionem regni Babylonici, & conſtitutionem Perſici nobis demonſtraret. Cumq; Daniel aliud hoc regnum dicat, non fas eſt dubitare, quin diverſum à ſuperiore intelligi velit.

Hæc autem cur argentea nominetur, non eſt quòd multis declarem, cùm manifeſtum ſit omnibus, regna mundi æquè ac alias res omnes in mundo paulatim deficere, in deterius ruere, diminui, &

quò

quò propius à fine abſunt, eò languidiora & aſperiora fieri. Inde argentea hæc ſecunda ab aurea nominatur, quòd nimirum, ut aurum præſtantius eſt argento, ſic ſecundum regnum inferius ſit primo, robore, virtute, & durabilitate. Iccircò tamen non eſt exiſtimandum, non ſatis roboris huic regno fuiſſe ad Monarchiam. Minus enim à Propheta dicitur, ut quidem Theodoretus interpretatur, non ut infirmum, ſed ut ſecundũ. Quod enim potentia ejus longè lateq; in omnes mundi partes patuerit, ſuprà ex Danielis cap. 7. oſtenſum eſt, partim ex hiſtoria ſecundi libri Paralip. cap. 36. cognoſci poteſt: Sic dicit Cyrus rex Perſarum, Dominus Deus cœli dedit mihi omnia regna terræ. Ex quibus ſanè efficitur, & initium huius Monarchiæ certum & definitum eſſe in ſacris Biblijs, & nomen expreſſum atque diſtinctum à ſuperiori Monarchia, tum potentiam etjam tanto imperio dignam à Prophetis aſſignatam: ut qui jam dubitare de ſecunda Monarchia amplius velit, is mani-

Digitized by Google

manifeſtis atq; illuſtribus Prophetarum conſentientibus teſtimonijs contradicere videatur.

De tertia igitur Monarchia, ut deinceps eodem ordine & evidentia explicem, atq; in oculis conſpectuq; omnium ponam neceſſe eſt. Hæc itaq; initium ſuum duxit à victoria ad Arbelam, ubi Alexander Magnus copias Darij ultimi Perſarum regis fudit, & Aſiæ imperio potitus, Monarchiam à Perſis ad Græcos tranſtulit, anno mundi 3642. duravitq; annos 282. donec Julius Cæſar, victo Pompeio, primus Monarcha & Imperator Romanus appellaretur. De hac Daniel Propheta inquit: Conſurget regnum tertium aliud. Vbi iterum & ordinem & diverſitatem audimus. Cum enim tertium nominat, de numero nos certiores facit. Cum aliud dicit, à præcedente diſcernit, ut jam tertiam Monarchiam mundi planè definierit. Sed unde, inquies, Græcorum eam eſſe propriam cognoſci poteſt? Hîc iterum Prophetam propheticis verbis interpretabimur.

Sic

Sic enim cap. 8. ait: Hircus caprarum, rex Græcorum eſt, & cornu grande, quod erat inter oculos eius, eſt rex primus. Vbi diſertè nomen Græci regis ponitur, ut dubium nullum eſſe poſſit, quin Monarchia Græcorum notetur. Quòd autem hircus iſte, Danieli viſus, non aliò niſi ad regem Græcorum referri poſſit aut debeat, confirmat etiam Joſephi teſtimonium, qui libro undecimo, capite ultimo ſcribit, Sacerdotes Judaicos narrâſſe Alexandro hoc Danielis vaticinium, quod ante annos ducentos ediderat, fore nimirum, ut rex Græcorum Imperio Perſico potiretur. Vnde haud dubie motus Alexander, Pontificem ſummum reverenter tractavit, & Hieroſolymam ingreſſus, Deo Iſraelis ſupplex factus eſt, & ſacrificium obtulit.

Etſi autem Alexander nec totum terrarum orbem domuit, nec imperium diuturnum habuit: tamen verè factus eſt Monarcha, hoc eſt, dominus & victor orbis, & terror omnium gentium: vel, ut Daniel ait, imperavit univerſæ terra

terræ. Nec æreum propterea nominatur à Propheta ipſius regnum, quòd infirmius aut anguſtius fuerit ſuperioribus; ſed ſi quidem Hieronymo credimus, quòd ut æs inter omnia metalla vocalius eſt, & clarius tinnit; ſonitusq́ ejus longè lateq́ diffunditur: ſic non tam fama, potentia, & celeritate, quàm eloquentia ſermonis Græci Alexandri Monarchia antecellit. Ex quo avi comparatur ille cap. 7. Danielis, quòd alis quaſi quibuſdam ſubnixus ab Adriatico mari usq́ ad Indicum Oceanum & Gangem fluvium; non tam prælijs quàm victorijs percurrerit, & in ſex annis partem Europæ, & omnē Aſiam ſibi ſubjugârit, ut idem Hieron. ſcribit.

Cæterùm, quòd mortuo Alexandro regnum ejus in quatuor partes diſtinctū eſt, nequaquam Monarchiam Græcam tollit aut minuit. Retinuit enim atque tuetur nihilominus nomen ſuum, nec ſedem aut locum mutat. Eſtq́ hæc diſtractio jam antè prædicta à Daniele cap. 7. cum Pardo Alexandrum capita quatuor habenti ſimilem facit: ut eventus

cum

Digitized by Google

cum vaticinio omni è parte congruat. Non igitur novum regnum incoarunt ſucceſſores Alexandri, nec nomen imperij mutarunt, neq; ſedem regni tranſtulerunt, ſed in uno eodemq́; imperio duci ſuo ſucceſſerunt, Seleucus in Syria; Ptolomæus in Ægypto, Antigonus in Aſia minori, Antipater in Macedonia. Idq́; ipſum etiam in cap. 8. vaticinatus eſt Daniel, cùm inquit: Hircus caprarum res maximas geſſit, cumq́; creviſſet, fractum eſt cornu inſigne, & orta ſunt quatuor cornua in loco illius, verſus quatuor ventos cœli. Vbi valdè concinna eſt Theodoreti interpretatio, qui ait Alexandrum propter celeritatem agilitatemq́; appellari hircum. Apertum eſt autem manifeſtumq́;, convenientiam vaticinij & rei ſive eventus firmam, fixam, & in perpetuum ratam eſſe habendam. Non igitur video, quomodo, aut cur de tertia Monarchia Alexandri & ſucceſſorum eius quiſquam dubitare poſſit.

Supereſt de quarta Monarchia Romano-

manorum, & quæ nunc Germanorum eſt propria, difficilior magisq́; operoſa explicatio: ut ad vadum ſcopulumq́; jam appulſa omninò videatur oratio, unde vix poſſit emergere. Intelligo enim non nunc primùm hanc à Joanne Bodino in contentione poni, ſed jam olim quoque à Judæis ipſis in controverſiam diſceptationemq́; vocatam eſſe. Sic enim ſcribit Theodoretus oratione ſeptima in Danielem: Ego in præſenti omiſſa Judæorum accuſatione, vehementer admiror, quoſdem pietatis magiſtros quartam beſtiam vocâſſe regnum Macedonicum. Oportuit enim ipſos primùm conſiderare tertiam beſtiam quatuor habuiſſe capita, quod apertè judicabat poſt Alexandri obitum quadripartitam regni diviſionem. Iccircò non tam Joanni Bodino oculato, quàm cæcis & pertinacibus Judæis ſatisfaciendum mihi hoc loco perſpicio. Verùm benè ſe res habet: jacta ſunt jam tum fundamenta confirmationis in Daniele; quæ ſi tenuero & explicavero, nihil erit quod deſideretur amplius. Sic ergo ait

Dani-

Daniel: Regnum quartum erit fortè ſicut ferrum. Et in cap. 7. Beſtia quarta erat terribilis & horrenda. Vtrobiq; audis quidem de numero, ſed nomen tamen nullum exprimitur. Quòd ſi vel in hoc contextu, vel in alio quodam loco ſcripturæ extaret, minus laborarem. Vnde igitur conſtat, quartum regnum eſſe Romanum? Hîc inprimis cum Theodoreto reſpondeo, nomen Romanorum iccircò reticeri, quòd hæc Monarchia non ex una, ſed ex plurimis nationibus conflata eſt. Non enim imperatores Romani, ut in ſuperioribus Monarchijs, ex una natione, gente aut familia orti ſunt, ſed auguſtum illud imperij decus, ad homines diſpari conditione, ex diverſiſſimis nationibus, admirabili cummutatione atq; viciſſitudine tranſlatum eſt. Cùm vix ſexaginta novem annos ſtetiſſet Romana Monarchia, deficiebat Cæſarum progenies, & extincto Nerone, ſucceſſio imperij in alias familias transferebatur. Ac Trajanus quidem primus ex peregrinis extra Italiam, in Hiſpania natus, impe-

Imperij dignitatem conſecutus eſt. Poſt eum nunc ex Pannoxia, nunc ex Dacia, nunc ex Dardania, nunc ex Dalmatia, nunc ex Gallia, nunc ex Thracia, nunc ex Cappadocia Imperatores delecti ſunt, donec tandem ad Germanos hoc tantum imperij faſtigium perveniret. Non ergo nominis Romani neglectio, aut prætermiſſio in Danielis vaticinio tantum obeſt, ut propterea res ipſa, hoc eſt, imperium, ſive Monarchia Romana, negari poſſit. Solent enim Prophetæ ſæpenumerò vocabula rerum propria ſupprimere, & imaginibus quibuſdam pingere, aut periphraſi ita deſcribere aliquid, ut nihilominus, quid velint, cognoſci certò poſſit.

Videamus igitur, ſi placet, ſingulas hujus περιφράσεως *regni quarti partes, ut quàm aptè ad imperium Romanum conveniant, liquidò indicari poſſit.*

Primùm ait, regnum quartum eſſe forte ut ferrum. Deinde pedes & digitos pedum eſſe mixtos ſive conflatos ex luto & ferro. Tum venturum in hoc

ipſo regno Meſſiam in carnem, ad incoandum ſpirituale regnum æternum, tandemq́ adventu ſuo glorioſo ad judicium in extremo die deleturum eſſe omnia regna mundi.

Jam cum ferro quonam modo Romanum Imperium congruit? Ferrum equidem robore & duricie omnia metalla ſuperat. Sic Monarchiæ Romanæ robur & majeſtas invicta hactenus inde uſq́ à Græcorum imperio manet, ſuperioraq́ regna firmitudine & perpetuitate longe vincit. Anteverit enim & anticipavit nativitatem Chriſti, & nunc in ſenecta mundi ad ruinam inclinati eiuſdem expectat ad judicandum mortuos & vivos reditum. Nec profecto alia cauſſa eſt, cur veteres Romani ferreos annulos in manibus geſtârint, & in hodiernum uſque diem cæſaribus ferrea corona imponatur, quàm ut ferrei regni prædicti à Daniele nomen decusq́ retineatur. Eſt igitur ferrea hæc Monarchia, quia tanto tempore ſtetit, nec frangi aut tolli penitus ab ullo hactenus

ctenus potuit, nec abolebitur etiam in poſterum. Id enim rectè ferreum dicimus, quod robuſtum, durum, ſolidum, invictumq́ eſt. Ex quo etiam ferreos & adamantinos dicimus eos, quorũ infractæ vires ad tempus longius perſeverant.

Si cui verò inconveniens eſſe videtur, poſtremæ Monarchiæ longius temporis aut durationis ſpaciũ tribuere, quàm ſuperioribus, aureæ, argenteæ & æreæ, iccircò, quia naturale eſt, ut quò quidq́ ab origine abeſt propius, eò ſit melius, conſtantius & durabilius: is non tam quid ratio probet, quàm quid ſanctum Dei verbum pronunciet, ſpectet. Sic eſt patefactum per Danielem Dei decretum, ut quarta Monarchia hoſpitium naſcenti Meſſiæ præberet, eundemq́ venientem nubibus ad judicandum vivos & mortuos excipiat. Vtrumq́ igitur compleri oportet, & cùm initio hujus Monarchiæ natus ſit noſter Meſſias: certum eſt ſtare eam uſq́ ad reditum eius ad univerſale judicium oportere.

Eſt autem dulcis harmonia ſive con-

Digitized by Google

ſenſus vaticinij Danielis & Epiſtolæ ad Hebræos. Quod enim de quarta Monarchia vaticinatus eſt Daniel, quod in ea naſciturus eſſet Chriſtus, & æternum regnum incoaturus: id eodem modo de his ultimis temporibus affirmat Epiſtola ad Hebræos, cum ait: In extremis diebus hiſce locutus eſt nobis Deus per filium. Eandem phraſin imitatus eſt Gregorius Nazianzenus Orat. ſecunda in Paſcha, inquiens: In fine ſeculorum Chriſti paſſio contigit. Idem igitur ſunt prorſus quartum Danielis regnum, & extrema tempora Epiſtolæ ad Hebræos. Nec poſſumus ſaltem fingere alia tempora extrema, quàm quæ ſuppeditat hæc ipſa nobis quarta Monarchia, utpote in qua verè locutus eſt Deus nobis per filium, hominem factum. Cumq; hæc ipſa tempora adhuc durent, & duratura ſint uſque ad reditum Chriſti judicis glorioſum, dubium nullum eſt, quin etiam quarta Monarchia maneat, & manſura ſit uſque ad deſtructionem univerſalem omnium regnorum mundi per adventum

Digitized by Google

ventum filij DEI ad judicium.

Altera pars periphraſeos Romanæ Monarchiæ de pedibus & digitis ex ferro & luto mixtis, etſi difficultatis aliquid habere videtur: tamen ex interpretatione ipſius Prophetæ, & collatione eventus, cognoſci liquidò poterit. Interpretatur autem Daniel diverſitatem pedum & digitorum de diviſione regni: & lutum quidem de imbecillitate, ferrum verò de robore ſeu potentia. Non igitur uniusmodi, aut ejuſdem potentiæ perpetuò debuit eſſe quarta Monarchia, ſed diviſa, ita ut aliâs plus aliâs minus virium haberet. Idq́ ipſa etiam ferri natura nos docet, utpote quod rubigine ſcabra alicubi eroditur, & exeditur. Lutum verò inprimis fragile eſt & caducum. Quocirca minime ex æquabilitate, aut conſtantia fortunæ, ſeu viriũ, hoc quartum regnum eſt & æſtimandum: ſed diviſum eſt, diſtractum, & vix cohæret, ſicut difficulter cohærent omnia, quæ ex diverſis rebus, οὐκ εὐδιαιρέτοις, ſecundùm Ariſtotelem, miſcentur. Perinde ac ſi

Sic enim cap. 8. ait: Hircus caprarum, rex Græcorum eſt, & cornu grande, quod erat inter oculos eius, eſt rex primus. Vbi diſertè nomen Græci regis ponitur, ut dubium nullum eſſe poſſit, quin Monarchia Græcorum notetur. Quòd autem hircus iſte, Danieli viſus, non aliò niſi ad regem Græcorum referri poſſit aut debeat, confirmat etiam Joſephi teſtimonium, qui libro undecimo, capite ultimo ſcribit, Sacerdotes Judaicos narrâſſe Alexandro hoc Danielis vaticinium, quod ante annos ducentos ediderat, fore nimirum, ut rex Græcorum Imperio Perſico potiretur. Vnde haud dubie motus Alexander, Pontificem ſummum reverenter tractavit, & Hieroſolymam ingreſſus, Deo Iſraelis ſupplex factus eſt, & ſacrificium obtulit.

Etſi autem Alexander nec totum terrarum orbem domuit, nec imperium diuturnum habuit: tamen verè factus eſt Monarcha, hoc eſt, dominus & victor orbis, & terror omnium gentium: vel, ut Daniel ait, imperavit univerſæ

terræ

Digitized by Google

terræ. Nec æreum propterea nominatur à Propheta ipſius regnum, quòd infirmius aut anguſtius fuerit ſuperioribus, ſed ſi quidem Hieronymo credimus, quòd ut æs inter omnia metalla vocalius eſt, & clarius tinnit; ſonitusq; ejus longè lateq; diffunditur: ſic non tam fama, potentia, & celeritate, quàm eloquentia ſermonis Græci Alexandri Monarchia antecellit. Ex quo avi comparatur ille cap. 7. Danielis, quòd alis quaſi quibuſdam ſubnixus ab Adriatico mari uſq; ad Indicum Oceanum & Gangem fluvium; non tam prælijs quàm victorijs percurrerit, & in ſex annis partem Europæ, & omnẽ Aſiam ſibi ſubjugârit, ut idem Hieron. ſcribit.

Cæterùm, quòd mortuo Alexandro regnum ejus in quatuor partes diſtinctũ eſt, nequaquam Monarchiam Græcam tollit aut minuit. Retinuit enim atque tuetur nihilominus nomen ſuum, nec ſedem aut locum mutat. Eſtq; hæc diſtractio jam antè prædicta à Daniele cap. 7. cum Pardo Alexandrum capita quatuor habenti ſimilem facit: ut eventus

cum

cum vaticinio omni è parte congruat. Non igitur novum regnum incoarunt ſucceſſores Alexandri, nec nomen imperij mutarunt, neq; ſedem regni transtulerunt, ſed in uno eodemq́; imperio duci ſuo ſucceſſerunt, Seleucus in Syria, Ptolomæus in Ægypto, Antigonus in Aſia minori, Antipater in Macedonia. Idq́; ipſum etiam in cap. 8. vaticinatus eſt Daniel, cùm inquit: Hircus caprarum res maximas geſſit, cumq́; creviſſet, fractum eſt cornu inſigne, & orta ſunt quatuor cornua in loco illius, verſus quatuor ventos cœli. Vbi valdè concinna eſt Theodoreti interpretatio, qui ait Alexandrum propter celeritatem agilitatemq́; appellari hircum. Apertum eſt autem manifeſtumq́;, convenientiam vaticinij & rei ſive eventus firmam, fixam, & in perpetuum ratam eſſe habendam. Non igitur video, quomodo, aut cur de tertia Monarchia Alexandri & ſucceſſorum eius quiſquam dubitare poſſit.

Supereſt de quarta Monarchia Romano-

Digitized by Google

manorum, & quæ nunc Germanorum eſt propria, difficilior magisq́ operoſa explicatio: ut ad vadum ſcopulumq́ jam appulſa omninò videatur oratio, unde vix poſſit emergere. Intelligo enim non nunc primùm hanc à Joanne Bodino in contentione poni, ſed jam olim quoque à Judæis ipſis in controverſiam diſceptationemq́ vocatam eſſe. Sic enim ſcribit Theodoretus oratione ſeptima in Danielem: Ego in præſenti omiſſa Judæorum accuſatione, vehementer admiror, quoſdem pietatis magiſtros quartam beſtiam vocâſſe regnum Macedonicum. Oportuit enim ipſos primùm conſiderare tertiam beſtiam quatuor habuiſſe capita, quod apertè judicabat poſt Alexandri obitum quadripartitam regni diviſionem. Iccircò non tam Joanni Bodino oculato, quàm cæcis & pertinacibus Judæis ſatisfaciendum mihi hoc loco perſpicio. Verùm benè ſe res habet: jacta ſunt jam tum fundamenta confirmationis in Daniele; quæ ſi tenuero & explicavero, nihil erit quod deſideretur amplius. Sic ergo ait Dani-

Daniel: *Regnum quartum erit fortè ſicut ferrum.* Et in cap. 7. *Beſtia quarta erat terribilis & horrenda.* Vtrobiq; audis quidem de numero, ſed nomen tamen nullum exprimitur. Quòd ſi vel in hoc contextu, vel in alio quodam loco ſcripturæ extaret, minus laborarem. Vnde igitur conſtat, quartum regnum eſſe Romanum? Hîc inprimis cum Theodoreto reſpondeo, nomen Romanorum iccircò reticeri, quòd hæc Monarchia non ex una, ſed ex plurimis nationibus conflata eſt. Non enim imperatores Romani, ut in ſuperioribus Monarchijs, ex una natione, gente aut familia orti ſunt, ſed auguſtum illud imperij decus, ad homines diſpari conditione, ex diverſiſſimis nationibus, admirabili cummutatione atq; viciſſitudine tranſlatum eſt. Cùm vix ſexaginta novem annos ſtetiſſet Romana Monarchia, deficiebat Cæſarum progenies, & extincto Nerone, ſucceſſio imperij in alias familias transferebatur. Ac Trajanus quidem primus ex peregrinis extra Italiam, in Hiſpania natus, impe-

Imperij dignitatem conſecutus eſt. Poſt eum nunc ex Pannonia, nunc ex Dacia, nunc ex Dardania, nunc ex Dalmatia, nunc ex Gallia, nunc ex Thracia, nunc ex Cappadocia Imperatores delecti ſunt, donec tandem ad Germanos hoc tantum imperij faſtigium perveniret. Non ergo nominis Romani neglectio, aut prætermiſſio in Danielis vaticinio tantum obeſt, ut propterea res ipſa, hoc eſt, imperium, ſive Monarchia Romana, negari poſſit. Solent enim Prophetæ ſæpenumerò vocabula rerum propria ſupprimere, & imaginibus quibuſdam pingere, aut periphraſi ita deſcribere aliquid, ut nihilominus, quid velint, cognoſci certò poſſit.

Videamus igitur, ſi placet, ſingulas hujus περιφράσεως regni quarti partes, ut quàm aptè ad imperium Romanum conveniant, liquidò indicari poſſit.

Primùm ait, regnum quartum eſſe forte ut ferrum. Deinde pedes & digitos pedum eſſe mixtos ſive conflatos ex luto & ferro. Tum venturum in hoc

ipſo regno Meſſiam in carnem, ad inchoandum ſpirituale regnum æternum, tandemq́ adventu ſuo glorioſo ad judicium in extremo die deleturum eſſe omnia regna mundi.

Jam cum ferro quonam modo Romanum Imperium congruit? Ferrum equidem robore & duricie omnia metalla ſuperat. Sic Monarchiæ Romanæ robur & majeſtas invicta hactenus inde uſq; à Græcorum imperio manet, ſuperioraq; regna firmitudine & perpetuitate longè vincit. Anteverit enim & anticipavit nativitatem Chriſti, & nunc in ſenecta mundi ad ruinam inclinati eiuſdem expectat ad judicandum mortuos & vivos reditum. Nec profecto alia cauſſa eſt, cur veteres Romani ferreos annulos in manibus geſtârint, & in hodiernum uſque diem cæſaribus ferrea corona imponatur, quàm ut ferrei regni prædicti à Daniele nomen decusq; retineatur. Eſt igitur ferrea hæc Monarchia, quia tanto tempore ſtetit, nec frangi aut tolli penitus ab ullo hactenus

ctenus potuit, nec abolebitur etiam in poſterum. Id enim rectè ferreum dicimus, quod robuſtum, durum, ſolidum, invictumq́ est. Ex quo etiam ferreos & adamantinos dicimus eos, quorũ infractæ vires ad tempus longius perſeverant.

Si cui verò inconveniens eſſe videtur, poſtremæ Monarchiæ longius temporis aut durationis ſpaciũ tribuere, quàm ſuperioribus, aureæ, argenteæ & æreæ, iccircò, quia naturale est, ut quò quidq; ab origine abest propius, eò ſit melius, conſtantius & durabilius: is non tam quid ratio probet, quàm quid ſanctum Dei verbum pronunciet, ſpectet. Sic est patefactum per Danielem Dei decretum, ut quarta Monarchia hoſpitium naſcenti Meßiæ præberet, eundemq́; venientem nubibus ad judicandum vivos & mortuos excipiat. Vtrumq; igitur compleri oportet, & cùm initio hujus Monarchiæ natus ſit noſter Meſſias: certum est ſtare eam uſq; ad reditum eius ad univerſale judicium oportere.

Est autem dulcis harmonia ſive con-

ſenſus vaticinij Danielis & Epiſtolæ ad Hebræos. Quod enim de quarta Monarchia vaticinatus eſt Daniel, quod in ea naſciturus eſſet Chriſtus, & æternum regnum incoaturus: id eodem modo de his ultimis temporibus affirmat Epiſtola ad Hebræos, cum ait: In extremis diebus hiſce locutus eſt nobis Deus per filium. Eandem phraſin imitatus eſt Gregorius Nazianzenus Orat. ſecunda in Paſcha, inquiens: In fine ſeculorum Chriſti paſſio contigit. Idem igitur ſunt prorſus quartum Danielis regnum, & extrema tempora Epiſtolæ ad Hebræos. Nec poſſumus ſaltem fingere alia tempora extrema, quàm quæ ſuppeditat hæc ipſa nobis quarta Monarchia; utpote in qua verè locutus eſt Deus nobis per filium, hominem factum. Cumq; hæc ipſa tempora adhuc durent, & duratura ſint uſque ad reditum Chriſti judicis glorioſum, dubium nullum eſt, quin etiam quarta Monarchia maneat, & manſura ſit uſque ad deſtructionem univerſalem omnium regnorum mundi per adventum

ventum

ventum filij DEI ad judicium.

Altera pars periphraſeos Romanæ Monarchiæ de pedibus & digitis ex ferro & luto mixtis, etſi difficultatis aliquid habere videtur: tamen ex interpretatione ipſius Prophetæ, & collatione eventus, cognoſci liquido poterit. Interpretatur autem Daniel diverſitatem pedum & digitorum de diviſione regni: & lutum quidem de imbecillitate, ferrum verò de robore ſeu potentia. Non igitur uniusmodi, aut ejuſdem potentiæ perpetuò debuit eſſe quarta Monarchia, ſed diviſa, ita ut aliâs plus aliâs minus virium haberet. Idq́ ipſa etiam ferri natura nos docet, utpote quod rubigine ſcabra alicubi eroditur, & exeditur. Lutum verò inprimis fragile eſt & caducum. Quocirca minimè ex æquabilitate, aut conſtantia fortunæ, ſeu viriũ, hoc quartum regnum eſt æſtimandum: ſed diviſum eſt, diſtractum, & vix cohæret, ſicut difficulter cohærent omnia, quæ ex diverſis rebus, οὐκ ἐνδιαιρέτοις, ſecundùm Ariſtotelem, miſcentur. Perinde ac ſi

ollam quis ex ferri & luti maſſa fingere velit, opus haud ſtabile aut firmum efficiet.

Interim tamen hoc non eſt negligendum, quod Daniel addit, Regnum hoc, quantumvis diviſum, & ex verbo lutoq́ conflatum, de ferri robore oriri. Quod cum ita ſit, ſatis manifeſtum eſt, fundamentum ſive radicem, ut ſic dicam, regni hujus eſſe firmam ac ſolidam, ita ut evelli aut extirpari penitùs non poſſit, ante πανολεθρίαν illam, ſive univerſalē regnorum mundi deletionem. Ex hac Prophetæ ipſius interpretatione elucet inprimis illud, quòd gemina ſit forma ſeu facies Imperij Romani, ferrea & lutea, ſive potens, & contrita, ſeu infirma. Id cum res eventusq́ clariſſimè demonſtret, nemo de veritate & convenientia Imperij Romani & prædictionis Danielis dubitare poteſt. Ac niſi hiſtoriæ in medio eſſent, & notæ omnibus, longa narratione nunc planum hoc faciendum mihi putarem, quomodo diviſum, ſive diſtractum ſit imperium Romanum,

rum, & quomodo aliâs floruerit armatum potentia & majeſtate magna, aliâs ita debilitatum ſit, ut niſi à planta ferrea pependiſſet, univerſum jam dudum concidiſſet & evanuiſſet.

Est q; admiratione omnium hominum digniſsima viciſſitudo iſta in regno quarto, qualis non in ulla alia hiſtoria reperitur. Nam præterquam, quòd Imperatores plurimi nefarie trucidati ſunt, ut ſanguine pene maduiſſe videatur Imperium Romanum: varijs etiam caſibus, ſive telis fortunæ propoſitum fuit. Vix anni abierant à Chriſto nato 162. cum duos Auguſtos ſimul habere cœpit Imperium Romanum, Antonium Philoſophum, & Lucium Aurelium Verum. Deinde interfecto Maximino, peſte & horribili beſtia Reipublicæ, duo Gordiani, pater & filius, ſimul imperârunt, & post eos ſatis longo tempore duo identidem Imperij conſortes extiterunt. Sub Gallo verò & Voluſiano Impp. exteris & barbaris gentibus tributum etiam annum populus Romanus pendere coa-

ctus eſt. Non multò pòſt Valerianus à Sapore Perſarum rege victus, in ſervitutem perpetuam datus eſt, & ſcabelli loco habitus, quo nixus Sapor equum conſcendit. Mox ſub Gallieno inventi ſunt tyranni triginta, qui imperium invaſerunt, & pro Imperatoribus ſeſe geſſerunt. Sic miſerè ſciſſum & laceratum eſt Imperium, & de gradu, faſtigioq́ Maieſtatis deiectum: ut veritas vaticinij Danielis omni è parte comprobetur, & lutum cum ferro mixtum palàm conſpiciatur.

Ferreum erat verè Imperium Romanum, cùm Auguſtus totius orbis cenſum ageret. Ex quo ſatis fuit perſpicuum, eſſe illum orbis terræ Dominum & Monarcham, cui omnes populi nationesq́ parerent. Quod ipſemet etiam intelligens dixit, ſe Romam accepiſſe terream, relinquere verò ferream, ut ſcribit Dio. Sed intervallo non longo pòſt cœpit eſſe luteum, dum vires eius paulatim acta ſunt, & diminuta potentia. Ac ſi quis fortè ex Imperatorum hacte-

nus enumeratorum hiſtoria minus perſpicit, quàm miſerè & crudeliter laceratum ſit, ſive, ut verbo Prophetico utar, diviſum Romanum regnum, is vel ex ſolius Conſtantini Magni rebus cognoſcere poterit. Fuit enim ille potens quidem, felix, & auguſtus Imperator, victor & triumphator, ut tanquam lumen aliquod Imperij Romani eluxerit, & tamen ſub hoc ipſo Imperium Romanum inter quatuor Principes diviſum eſt. Nec multò pòſt extinctis collegis atque hoſtibus, ſolus Conſtantinus imperium obtinuit. Poſt eum tres filij rerum ſumma potiti ſunt, Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans: tandemq́ ad unum Conſtantium iterum Imperatoria Majeſtas delata eſt. Neq; id ſolùm in hiſtoria Conſtantini Magni admiratione dignũ eſt, quòd unum idemq́ imperium in tot Imperatores, tanquam membra diſtractũ eſt: ſed admirabilius eſt multò, quòd ſedem ipſam hujus regni ab Occidente in Orientem ille tranſtulit: dum Roma relicta, Conſtantinopolim imperij ſedem

& domicilium conſtituit, quàm novam Romam etiam vocavit. Hîc ſi diviſum regnum neges, haud ſanè ſcio, quidnam diviſum eſſe dicas. Non ſolùm inter ipſos Imperatores tot, uno tempore diviſum eſt regnum, ſed loci etiam ipſius mutatio facta, ut penè evanuiſſe præclaram illam orbis terræ dominam Romam, cum ſuo Imperio Romano exiſtimes. A qua quidem opinione nec ipſe prorſus alienum animum haberem, niſi prædictionis propheticæ autoritas me retraheret. Cùm enim nominet diviſum regnum, non aliud fingere ullum nobis licet, præter unicum illud, quod quartum appellavit: etiamſi in partes multò plures ſcinderetur. Cohærent enim natura partes cum ſuo toto, & membra pendent à corpore. Quapropter diviſio nulla eſſe poteſt, ut Imperij Romani corpus penitus adimat.

Videas ejuſdem diviſionis viva etiam exempla in conſequentibus Imperatoribus, quorum alij Occidenti, alij verò Orienti præfuerunt, bella etiam inteſti-

teſtina geſſerunt, non obſtante ullo propinquitatis aut cognationis jure. Sed manſit nihilominus Imperij robur ſub Theodoſio, quod omnibus gentibus formidini atque terrori fuit. Poſt illum verò mox imperante Theodoſio juniore, debilitari eius potentia cœpit, cùm annis 400. totis Italia partim hoſtium metu perculſa eſt, partim armis externis oppreſſa: ac Roma ipſa victrix & domina orbis à Gothis, duce Alaricho, capta eſt. Steterat autem Monarchia Romana annos 456. cùm in hoſtium poteſtatem urbs redacta eſt, & ſervitutem miſeram ſervire coacta. Hic iterum vides lutum ex altera Imperij Romani parte, dum nihilominus ex altera, nimirum in Oriente, ferrum eminuit.

Sed hæc ipſa facies imperii Occidentalis, quamvis ſqualida ſit & lutoſa, ſive luctuoſa penitùs: tamen deformior & triſtior multò redditur ſub ſequentibus quibuſdam Imperatoribus. Nam Maximo imperante, Genſericus Vandalorum

rum rex precibus & promiſſis multis invitatus ab Eudoxia, Romam non ſolum opibus, ſed etiam ornamentis imperialibus omnibus ſpoliavit, eaq; ſecum in Africam abduxit. Hîc, ſiquidem Onuphrium audimus, parum abfuit, quin occidentis imperij nomen & majeſtas omnis extincta eſſet; & tamen in hoc ipſo luto de robore ferri aliquid reliquum DEus fecit. Quanquam tandem Occidentale imperium prorſus desijt, dum barbaris & peregrinis diripiendum & inflammandum eſt relictum. Quo ſanè mirari magis fatum convenit, quòd nomen etiam ipſum Auguſti quaſi exaruerit, dum non amplius Auguſtum, ſed Auguſtulum Imperatorem Occidens habuit, & non ſolùm in Italia, ſed in Gallia etiam Romanum Imperium defecit, ut jam neq; rem, neq; nomen imperij Occidentalis agnoſcas. Verè igitur tunc in luto adhæſit hoc præclarum Imperium, & re eventuq; vaticinium Danielis comprobavit. Nec tamen interea ferrum planè deſijt, ſed in Oriente clarè emicuit.

inicuit. Vnde etiam imperante Juſtiniano, anno 573. à Monarchiæ Romanæ initio, iterum erupit, & vim ſuam potentiamq́ longè lateq́ diffudit. Nam & Carthago Vandalis erepta in Romanorum poteſtatem redacta eſt, & Roma ipſa depulſis Gothis recuperata; & Romanis denuò ſubjecta eſt. Quo facto reſpirare atq colligere ſeſe Imperium Romanum inſigniter cœpit; adeò, ut ipſemet Juſtinianus ſcribat; tertiam partem totius orbis tunc ſibi accreviſſe.

Etſi autem verè ferreum tunc Imperium Romanum videri potuit, cùm devictis omnibus exteris & peregrinis, ſuum decus & robur recuperavit: tamen non longè poſt, iterum Italia à Longobardis occupata eſt, excuſſo omni Orientalis imperij præſidio, manſitq́ in eorum poteſtate annis 206. ſed Roma tamen potiti illi non ſunt. Quo tempore iterum Occidentis imperium luto quàm ferro fuit ſimilius, donec anno Chriſti 800. Monarchiæ verò Romanæ 846. Carolus Magnus rex Francicus, Imperator

rator Romanus & Auguſtus Romæ certis plauſibus, & approbatione inſigni totius populi ſalutaretur. Hoc enim duce & autore Romani imperii robur reparatum eſt, & latum denuò in ferrum mutatum, ut hac ipſa viciſſitudine veritas prædictionis Propheticæ palàm confirmaretur.

Quanquam autem à Germano Francorum ſangvine, ut Meyerus ait: ortus eſt hic Carolus: tamen Imperator & Auguſtus dicitur, non ob Francicum regnum, ſed ob Romanum Imperium, quod legitimo conſenſu Pontificis Romani, & imperii Græci ad eum tranſlatum eſt. Hîc iterum fortunæ converſio, vel potius viciſſitudo magna conſpicitur. Dũ enim imperium Occidentis inſtauratur, & ferri vim recipit, ex altera parte, Orientis ſcilicet, inclinatio ingens fieri incipit: dũ in Aſia incredibili penè ſucceſſu Sarracenorum aucta eſt potentia, adeò ut Palæſtinam, Syriam, Arabiam, Meſopotamiam, & bonam Aſiæ partem, tum Africam etiam ipſam littoralem ad montem

tem Atlantem uſq; occupârint, & duobus regnis conſtitutis, uno in Ægypto, altero in Babylone, Monarchiam quaſi quandam novam introducere conati ſint. Quod ſanè quid aliud eſt, quàm idipſum quod Daniel ait, regnum quartum ex parte contritum fore? Quid enim eſt conteri, ſive atteri, ſi hoc non eſt, quando de corpore tot membra avelluntur, atq; adeò in corpus ipſum ſævitur?

Eſt etiam Cap. 7. Danielis hoc ipſum vaticinium, quamvis commutatis verbis atq; figuris repetitum. Cùm enim dixiſſet Propheta, decem cornua eſſe quartæ beſtiæ, hoc eſt, regna complecti multa, ut mos eſt ſcripturæ ſanctæ; decimum numerum pro magno uſurpare: mox addit prophetiam de hoc Mahometico regno, quod ſub Heraclio auſpicijs non bonis cœptum & Romanum regnum, Eccleſiamq; affliget, donec ad judicium venerit Chriſtus.

Ut autem in Orientis imperio inclitio ad lutum ingens facta eſt hoc tempore: ſic contrà in Occidente ferri inſtar invictum fuit imperium. Nam Henri-

Digitized by Google

cus & Othones Imperatores atque Auguſti, tranſlatum à Francis ad ſe imperij decus, non ſolùm retinuerunt, ſed ſtrenuè etiam auxerunt, fueruntq́ verè ferrei, hoc eſt, invicti cuſtodes & propugnatores pacis, juſticiæ, atq; etiam religionis. De Henrico enim memorant Hiſtorici, quòd omnes gentes & reges illum venerati ſint. Othonum verò virtutem & felicitatem divinam quis ignorat? Quid dicam de Henrico quarto? quo nemo cum hoſte ſæpiùs collatis ſignis conflixit, utpote qui bis & ſexagies cum gentibus ferociſſimis dimicavit. Neq; verò tranſlatio iſta imperij à Francis ad Saxones dignitatem imperij ullo modo mutavit aut minuit. Manſit enim immota imperij majeſtas, nomen & ſceptrũ, quamvis ad alias familias pervenerit. Cunradus Franconiæ dux moriturus miſit Henrico Saxoni omnia Imperij inſignia, ſceptrum, corònam, & cætera ornamenta, autorq́ fuit Imperij proceribus, ut per legitima ſua ſuffragia illum Imperatorem eligerent. Othonem Ma-

gnum

gnum coronavit Hildebertus Archiepiſcopus Moguntinus, tradito illi gladio Imperiali & baltheo: ut de nativo & genuino Imperio Romano dubitare fas non ſit, quin illud ipſum fuerit, quod hi Imperatores heroici geſſerunt.

Ut autem nulla felicitas humana eſt perpetua: ſic nec iſta Occidentis potentia fuit diuturna. Nam VVenceſlao imperante penè omnis gloria tanquam flos decidit. Ex quo querelæ graves natæ ſunt, quòd de potente illo & venerando quondam gentibus & regibus Romano Imperio, præfigurato in tibijs ferreis, cui olim nihil defuerit, niſi modicum Orientis, tunc nihil relictum ſit, niſi modicum occidentis.

Spero cognoſci ex hac commonefactione vices illas regni quarti, quas imagine ferri & luti Propheta prædicit: nec dubito diviſionem regni hujus, omnemq́ eius fortunam florentem pariter atq; inclinatam ſic eſſe demonſtratam, ut uberiore aut evidentiori declaratione minimè ſit opus. Si tamen adhuc fortè ſu-

ſpectum nomen Romanorum videtur? ſaltem Joſephus interpretationis Propheticæ autor non contemnendus admittatur, qui diſertè Danielem de Rom. Monarchia ſcripſiſſe confirmat lib. 10. cap. ultimo, ἀρχαιολογίας· τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον Δανιῆλος καὶ περὶ τῶν ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε. Cùm itaq; & hæc ſecunda nota quartæ Monarchiæ, à Daniele poſita, ad Romanum Imperium omni ex parte congruat: nemo negare poteſt, quin verè hoc ipſum regnum, cujus reliquias miſeras & afflictas perſequimur, quartum regnum à Propheta nominetur.

Peridem tē- pus Daniel etiam de Romano principatu ſcripſit.

Sed ſupereſt nota tertia, quæ clariſſimè omnium Romanū imperium nobis confirmabit. Sic enim inquit Daniel: In diebus illis, ſcilicet quartæ Monarchiæ, ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non deſtruetur, & regnum hoc alteri populo non tradetur. Comminuet autem & conſumet univerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum. Quid aliud hæc verba volunt, quàm Chri-

Chriſti æternum regnum innuere? Eſt autem duplex hujus regni tempus notatum. Prius quidem in his terris, ſtante imperio mundi ultimo, quando ſcilicet Chriſtus in carnem venit, & regnum ſuum per verbi miniſterium ac donum ſpiritus ſancti palàm incoavit. Id enim vocat Daniel ſuſcitare regnum æternum. Poſterius verò in finali judicio incipiet, cùm venerit filius DEI cum poteſtate magna, & omnia regna mundi abolebit, novumq́ regnum cœleſte inſtituet. De hoc enim regno ait Propheta, quòd comminuturum ſit & conſumturum univerſa regna mundi. Itaq́ aliter, quàm de judicio extremo filij Dei, intelligi non poteſt. Jam in memoriam redi, & principium connecte cum fine. In diebꝰ illis, inquit, iſtud regnum æternum ſuſcitabitur: & ſequi inde ſine cujuſquam contradictione intelliges, quòd & ultima hæc ſit Monarchia quarta, & quòd in nullũ aliud regnum in terris, quàm in Romanum hæc prædictio conveniat. In hoc enim æternum Chriſti regnũ cœpit, & in eodẽ et-

Digitized by Google

jam nunc finem mundi, per glorioſum Chriſti adventum ad judicium aſſiduis votis expectamus. Fuit enim verè hoc conſilium DEI, ut per hæc quatuor regna tempus Meſſiæ naſcituri & ejuſdem ad judicium redituri nobis prædiceret. Ut igitur naſcentem Chriſtum monſtravit Auguſti cenſus per totum terrarum orbem in initio Monarchiæ quartæ: ita adventum Chriſti ad judicium nunc oſtendit, vel potius portendit ejuſdem imperij ad præcipitem ruinam inclinatio: ut dubium nobis eſſe nullum poſſit, quin brevi conſumturus ſit Chriſtus omnia mundana regna per illuſtrem & lætum ſuum ad nos in gloria & maieſtate ſumma reditum. Eſt enim ita enervatum, acciſum, attritum, debilitatum, & in anguſtias tantas redactum hoc Imperium Romanum, ut vix modicum occidentis retineat. Veni ergò Jeſu Chriſte, & abolitis hiſce mundanis omnibus, & hoc luto ſive luctu & ſqualore, in cæleſte tuum & æternum regnum, luce, lætitia & beatitudine affluens, nos recipe.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ad evertendum interpolatum Joannis Bodini errorem ſatis eſſe exiſtimo, nec rationibus aut argumentis alijs opus eſſe. Non enim argumentis contendendum eſt humano ingenio excogitatis, ubi divina dominatur & ſufficit autoritas, & rei ipſius, ſive eventus adſtipulatur veritas. Poſſem quidem autoribus ad hoc confirmandum uti graviſſimis, Hieronymo, Auguſtino, Theodoreto, Lyra, atq; adeo totius antiquitatis conſenſu, ſed plus valeat apud nos Prophetæ, non ambiguum neque obſcurum, ſed expreſſum, & experientia ipſa ſtabilitum teſtimonium. Quod ſi ſecutus eſſet in ſua methodo hiſtorica Joannes Bodinus, minus in dubitationem atq; errorem raptus eſſet. Sed dum, relictis, vel certè non ſatis conſideratis ſcripturæ verbis, cæcorum Magiſtrorum Judæorum interpretationi aſſentiri mavult, fieri non poteſt, quin in eaſdem erroris tenebras cũ illis incidat. Non enim defuerunt ante Theodoretum etiam, qui regnum ferreum ad Alexandrum Macedonem ac-

accommodârunt, & pedes pedumq́; digitos, ex ferro & teſta compoſitos, ad ejus ſucceſſores. Sed hi, inquit Theodoretus, ne numerum quidem regnorum & tempora à Daniele monſtrata aſſecuti ſunt, ſed toto cœlo, quod ajunt, aberrârunt.

Vetus eſt hoc artificium Judæorum, vel potius eluſio, atq; depravatio ſcripturæ, ut omnia, quæ de Chriſto, aut ejus ſpirituali regno dicuntur, in politicum ſenſum transforment: quia aliud ſentire aut ſcribere de Chriſti regno æterno non poſſunt: dum conceptis opinionibus ſuis, & jam penitùs inveterato errori indulgent, nullum alium Chriſtum præter politicum fingentes. Iccircò malunt omnia teſtimonia de ſpirituali regno Meſſiæ eludere & pervertere, quàm ut hoc perniciosum ſomnium ſibi patiantur eripi. Etiam Hieronymus ait, Judæi, & impius Porphyrius, omnia hæc Danielis verba ad populum Iſraëlis malè referunt. Valeant igitur cũ impio ſomnio ſuo Judæi, nec perverſa eorum & nubiloſa con-

contradictio, aut ſcripturæ interpretatio perſpicuum doctrinæ Propheticæ ſenſum obſcuret, aut ambiguum reddat.

Abſit etiam, ut vel levitate, vel petulantia ingenij, aut plures Monarchias fingamus, quàm expreſſè ponit Daniel, aut propter infirmitatem imperio Romano titulum quarti regni aut Monarchiæ denegemus: ne & Deo autori iſtius vaticinij, & experientiæ ipſi reclamare videamur. Sit potentior princeps Æthiopum, ſit rex regum, & dominus dominantium, magnus Tartarus Cham, teneat rex Hiſpaniarum imperium majus aut amplius Romano, ſive Germanico: non tamen propterea eſt Imperator, ſeu Monarcha Romanus à Daniele prædictus. Deſinat ergò obijcere nobis Joannes Bodinus, vel Tartari, vel Æthiopis, vel Arabum, vel Galli etiam imperium, nec tam ſpectet quid amplum ſit aut magnificum in mundo, quàm quid cum vaticinio Prophetico congruat. Non enim fas eſt nobis, ulli

 regi

regi appellationem regni aut Monarchiæ quartæ tribuere, niſi cui divina aſſignat autoritas. In aliis, quæ rationi aut intelligentiæ ſubjecta ſunt, uti licet humano judicio, quanto quisq; poteſt: quanquam ne id quidem extra præſcriptas in quaq; diſciplina aut ſcientia regulas facere tutum eſt. In vaticinio autem iſto Prophetico verbum duntaxat valet, præſertim cùm illud omni è parte nunc comprobârit eventus.

Ita error eſt Johannis Bodini vetus & quidem deteſtabilis, ſi ſeriò; refellendus verò, ſi, ut quidam opinantur, ingenij, vel, ut ego ſuſpicor, Iudæorum cauſa ſimulatè contra Monarchias diſputavit. Verùm mala & impia conſvetudo eſt contra Deum, aut divinum ipſius verbum diſputandi, ſive ex animo id fit, ſive ſimulatè. Et decet ſanè nos Chriſtianos non incerta ſpe duci, aut pendere animis, cùm de divino verbo agimus: Sed perſvaſum hoc penitus nobis habeamus, Chriſti noſtri nativitatem aptè cum Danielis Prophetia congruere, & in quartam

tam Monarchiam incidiſſe. Cumq́ hæc pars vaticinij Danielis certò evenerit: certi ſumus, eventurum etiam alterum, ut in nubibus venientem filium Dei videamus, ad liberandum nos ab omni luto, & cæno, in quo miſerè hæremus atq; luctamur: ſtante adhuc eo ipſo ordine imperiorum, quem prædixit Daniel, nempe in Monarchia quarta & ultima. Idq; ut quàm primùm fiat, votis, ſuſpiriis, & gemitibus aſſiduis te oramus, fili Dei Ieſu Chriſte, quò in regnum illud tuum æternum & perbeatum, lætitia & luce abundans, traducamur, & re factoq; ſumma vaticinii atq; promiſſi tui compleatur.

DE ORDINE, VERITATE, ET USU IN HISTORIARUM lectione ſpectando,

ORATIO

Habita in Academia Lipſica, 17. Januarij, Anno 82.

DE hiſtoriarum profeſſione in exorſu paucula commonendorum ſtudioſorum cauſa dicturus, non aliunde quàm ab ipſa hiſtoria initium capiam. Tanta enim eſt artis hiſtoricæ magnitudo, ut ipſa per ſe ſatis ſeſe commendet, nec externis floribus aut coloribus ullis indigeat. Quamobrem, poſthabitis omnibus, totum me in argumenti ſuſcepti expoſitione collocabo. Eſt autem propoſitum mihi, de tribus hiſce capitibus commonefacere ſtudioſos: Primùm de ordine, deinde de veritate, tùm de uſu in hiſtoriarum lecti-

lectione ſpectando. Quæ cùm ad commodum, utilitatemq; diſcentium omnia referantur: ſpero absq; cohortatione mea attentis animis ſtudioſos eſſe excepturos. Quod ſi fecerint, rerum hujus mundi, quem incolimus, non ſolùm primordia, ſed progreſſiones etiam, incrementa, in tot regna diviſiones, varias formas: ætates, & declinationes, ſive ruinas aliquo modo cognoſcent.

Deinde cùm tot extent hiſtoriarum ſcriptores, quid de ſingulis, vel certè præcipuis ſentiendum ſit, ſcire & utile eſt & neceſſarium. Non enim omnium eadem eſt fides, non par autoritas, non æqualis dignitas. Quocirca limatulo ac politulo judicio opus eſt. Tùm, cùm operæ & ſtudij non parum hiſtoriarum lectio deſideret, noſſe profectò convenit, nunquid operæ precium ſit, tantum laboris & induſtriæ in earum cognitionem ponere. Diligenter itaque de uſu hiſtoricæ lectionis præmonendi ſunt ſtudioſi, ne fortè nihil aut parum fructus inde percipi poſſe exiſtiment. De

his

his igitur capitibus expoſitionem meam brevem, perſpicuam & evidentem accipite. Non certè ſpeciem aut pompam in dicendo ullam adhibiturus ſum, ſed planè, ſimpliciterq́;, quæ mihi propoſui, priſtino meo more proſequar. Opus eſt enim in dicendo candore & ſimplicitate, ut capere poſſint animi iuniorum, quæ dicuntur: diſcantq́; adeò & ipſi ea, quæ animis complexi ſunt, diſertè, non obſcurè enunciare.

Ut autem ordo in rebus omnibus lumen præbet memoriæ: ſic in hiſtoriis nihil eſt, quod plus adjumenti ad res pernoſcendas afferat, quàm σύνταξια, id eſt, ordinis conſervatio. Monſtrat enim initia, progreſſum & finem, ut antecedentia, media, & exitus in unaquaq; parte perſpiciantur. Sic mundi quoq; hiſtoria ſuum principium habet, quod tum cœpit, cum nihil eſſet uſpiam, præter ſolum & unicum Deum. Hoc principium Moſes θεȣ σα ῆς ad memoriam poſteritatis prodidit. Ariſtoteles verò vehementer negavit. Sic enim ait Moſes: In principio

cipio creavit Deus cælum & terram. Ariſtoteles autem ingenti opinionis errore ἄναρχον, id eſt, abſq; principio mundū eſſe ſtatuit, nec fidem Moſi aſſeveranti habuit. Quod ipſum etiam Plinius, Galenus, & alij ſecuti ſunt: ex quo in errores turpiſſimos prolapſi ſunt. Plato ipſe, alioquin ſapientiſſimus, in Atlantico ait, ante novem millia annorum Athenienſes bella geſſiſſe. Et de Ægyptijs ſcribit Herodotus in Euterpe, quod crediderint, tot annorum millibus floruiſſe Ægyptū, ut in eo ſpacio temporis bis ſint mutata loca ortus & occaſus Solis, ut bis illinc exortus ſit, ubi nunc occidit, & bis occiderit, ubi nunc oritur.

Quin Cabaliſtæ etiam, magiſtri Iſraëlis, impudenter dicunt, duo millia annorum præceſſiſſe hujus mundi, in quo nos ſumus, initium, ut quidem Reuchlinus in arte Cabaliſtica tradit. Etſi autem Græci & Latini incunabula & originem mundi non negant: tamen in ſupputatione annorum ab initio mundi uſque ad diluvium, indeq; ad natum Meſ-

ſiam

ſiam mirè diſcrepant ab Hebræis. Ex quò ſanè diſſenſio doctiſſimorum hominum, & penè dixerim, luminum mundi, de mundi initio cognoſci poteſt. Verùm nos hiſce opinionibus tanquam deliramentis repudiatis, unius ſcripturæ cœleſtis ductum & autoritatem ſequimur, & à principio mundi annos 5552. uſq; ad hunc præſentem 82. numeramus. Ab hoc orſi pertexímus hiſtoriam mundi, & in partes ſex diſtribuimus, ſecundùm ſex millenarios, quibus duraturam eſſe hanc mundi machinam credidit antiquitas.

Sic enim Judæi in Sanhedrim, ex traditione Rabini cujuſdam Eliæ, ſcriptum habent: Sex millibus annorum durabit mundus, duobus millibus durabit vaſtitas, duobus millibus lex, duobus millibus dies Meſſiæ. Hanc partitionem mundi retinebimus, & quæ memorabilia, eximia, ἀξιομνημόνευτα καὶ ἐξαίρετα in quoq; parte acciderint, tanquam notas recenſebimus.

Primis duobus millenarijs fuit vaſtitas.

tas. Quid? inquies, num vaſtus adeò fuit ab initio mundus, talisq́; annis compluribus, quàm quot ſunt à nato Meſſia ad noſtram ætatem, permanſit? Hîc D. Lutheri omnium maximè concinnam & luculentam interpretationem audite. Sic inquit ille: Vocatur primùm illud tempus mundi Tohu, id eſt, vacuum, vel inane, ſive etiam vaſtitas, quòd non lex, nec libri, ſed vivi fuerunt ſermones per patres ad poſteros traditi. Vnde Cabala eſt appellata traditio iſta, quæ Græcis eſt ἀκρόαμα, id eſt, ſcientia auditione comparata. Non enim licebat Cabalam docere aliter, quàm viva voce. Ex quo intelligitis, primo illo mundi tempore extitiſſe homines non corporibus ſolùm robuſtiores & ſaniores, ſed intelligentia etiam & memoria præſtantiores: qui doctrinam de DEO & artibus bonis, non per ſcripta, ſed viva voce inter ſe communicaverint & cuſtodierint. Sequentibus ætatibus mundus cœpit ſenſim labefactari & diminui. Ex quo etiam intel-

intelligentia ipſa hominum & ſenſus cæteri languidiores ſunt facti. Itaq; quærere oportuit adminicula memoriæ, repertæq; ſunt poſteritatis cauſa literæ, ut ſubſidio oblivioni eſſe poſſent, quemadmodum ait Cicero pro Sylla. Hinc cœperunt ſcribi tot libri ſive volumina, ut vix capere mundus potuiſſe videatur. Nam ut de alijs nihil dicam, ſolus Salomon, teſte Joſepho. lib. 8. τῆς ἀρχαιολογίας, compoſuit volumina Carminum & Canticorum circiter quinquies mille, & ſententiarum atq; imaginum libros ter mille. Hæc altius conſiderare pium eſt utile, ut quò redacti ſimus, & quàm miſerè de ſpacio curriculoq; majorum deflexerit hæc natura ſive ætas noſtra, agnoſcamus. Hoc tempore librorum ingens eſt multitudo, quæ ipſa nos admonet de imbecillitate noſtra, quæ facit, ut nunc tanto ſtudio atque ſudore cogamur ex libris diſcere, quæ majores vivis ſermonibus inter ſeſe mutuò tradebant. Alij aliter hanc primi temporis mundi insanitatem interpretantur, videlicet,

de

de hominum urbium, legum civilium, & patefactionum divinarum paucitate: quod conſentaneum ſit, nondum tunc tantam fuiſſe populorum frequentiam, non oppidorum multitudinem, non legũ copiam. Nec dum etiam ad familiam & politiam certam obligata fuit de naſcituro Meſſia promiſsio.

Incipit autem primus millenarius à condito mundo, & in Henochi tranſlatione in cœleſtem conſuetudinem deſinit. Hunc enim terminum, tanquam notam primi millenarij, placet conſtituere memoriæ cauſa. Nam tametſi 13. anni deſunt primo millenario, tunc cum Henoch vivus in cœlum receptus eſt: tamen cauſa certa eſt, cur de ſingulis millenarijs aliquid decedere Deus voluerit: quia finem facere properat.

Quæ porrò fuerunt res geſtæ in hoc primo millenario? Facta præcipua ſunt: primum, lapſus & reſtitutio gentis humanæ in integrum, per promiſſum Meſſiam moriturum pro peccatis mundi. Secundũ, propagatio generis humani. Ter-

tium, cædes miſeranda Abelis, facta à Caino fratre. Quartum, diſtractio horrenda Eccleſiæ in duas ſectas, ſive familias diſpares prorſus, & immani odio diſſidentes, unam Adami, alteram Caini: quarum illa, Adami ſcilicet, veram doctrinam de DEO, & pietatis ſtudium, cultumq́ retinuit: hæc verò idolomaniam & novos cultus introduxit & propagavit, quæ ſeminarium fuerunt omnis idolatriæ, quæ tanquam diluvium aliquod in mundum invaſit, & latè diſperſa eſt. Vt autem Meſſias perpetuum bellum ſerpenti diabolo indixit: ita ſanctis patribus etiam in hoc primo millenario confligendum & dimicandum fuit accerrimè cum Eccleſia Cainica, quæ ſuum regnum minis, cæde, tyrannide, fraude, & furore ſtabilire & amplificare conata eſt. Interim tamẽ nihilominus nomen Domini invocatum eſt, & propagata religio vera à ſanctis patribus, Adamo, Setho, Enocho: donec Deus memorabili ad omnem poſteritatem atque illuſtri miraculo ſuam in Eccleſia bene-

benevolentiam atq; amorem declaravit, & curriculum primi millenarij receptione Henochi in cœlum clauſit. Fuit itaq; hujus primi millenarij gubernator Adam cum nepotibus ſuis uſq; ad ſeptimum nepotem Henochum.

Secundi millenarij lumen & moderator præcipuus fuit Noha, natus anno mundi 1056. cum filijs ſuis Japhet, Sem, & Ham, uſq; ad Abrahamum. Acta hujus millenarij maximè inſignia ſunt: Primùm diluvium, quod priſco mundo univerſalem interitum attulit, dum annuo ſpacio, vaſtis undis merſa omnia fluctuarunt, ſervato ſolo Nohamo, cum his, qui unà in arcam ingreſſi erant. Secundò, inſtauratio generis humani per Nohami filios, quorum unus Japhet ad has occidentis, ſive Europæ regiones tranſijt: alius Sem ad Orientis loca migravit: Tertius verò Ham meridionalem plagam occupavit. Tertiò Nimrod primus regnum in mundo incoavit, quæ Aſſyriorum Monarchia appellatur, ex qua alia regna, tāquam ſoboles paſſim nata ſunt.

Tertij millenarij præſes fuit Abraham cum ſuis poſteris, uſq; ad nativitatem Eliæ. Eſt autem natus Abraham anno mundi 1949. Sed circa annum mundi 2020. demum vocatus à Deo ex Ur Chaldæorum, emerſit è tenebris, & in luce Eccleſiæ verſari cœpit. In hoc potiſſimùm elucet promiſſio Meſſiæ, ex ſemine ſeu poſteris Abrahami naſcituri. Secundò continua ſucceſſio patrum in Eccleſia Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, Moſi, Joſuæ. Tertiò ſeries judicum. Quartò regnum Saulis & Davidis. Extra Eccleſiam verò floruerunt & dominati ſunt latè Aſſyriorum reges & aliæ gentes. Incidit in hunc millenarium quoque Argonautarum expeditio in Colchidem, bellum Trojanum, & regnū Latinorum. Dominata eſt autem & ſonuit in hoc, quemadmodum & in ſuperiore tertio millenario, lex: quia Abrahamo circumciſio mandata eſt; & promiſſio de certa ſede facta. Per Moſen verò lex in monte Sina inter tonitrua & fulgura, audientibus ſexcentis millibus viro-

virorum, promulgata eſt, anno mundi 2454.

Quarti millenarij dux fuit Elias propheta, cum regibus & ducibus, uſque ad Chriſtum regem regum, & dominantium dominum. In hoc non ſolùm Prophetæ in Eccleſia floruerunt, ſed extra Eccleſiam duæ Monarchiæ Perſarum & Græcorum extiterunt, tùm regna & Reſpublicæ potentes viguerunt, bellaq́ plurima inter Aſiaticos, Græcos, Afros, & Romanos geſta ſunt. In Judæa regnum deſtructum & populus in exilium Babylonicum projectus eſt, tandemq́ expletis ſeptuaginta annis in patriam redijt, & templum, urbemq́ Hieroſolymam inſtauravit, ut naſcentem exciperet Meſſiam. Affluxit etiam hic millenarius liberaliſſimis ſtudijs, & eruditiſſimis Philoſophis, Oratoribus, & Poetis, paſſim in Ægypto, Græcia, & Italia.

Quintum millenarium rexit ipſe Chriſtus æterni Dei æternus filius, totius mundi dominus & ſervator. Eſt autem natus Meſſias anno mundi 3970.

Digitized by Google

his igitur capitibus expoſitionem meam brevem, perſpicuam & evidentem accipite. Non certè ſpeciem aut pompam in dicendo ullam adhibiturus ſum, ſed planè, ſimpliciterq́ue, quæ mihi propoſui, priſtino meo more proſequar. Opus eſt enim in dicendo candore & ſimplicitate, ut capere poſſint animi iuniorum, quæ dicuntur: diſcantq́ue adeò & ipſi ea, quæ animis complexi ſunt, diſertè, non obſcurè enūciare.

Ut autem ordo in rebus omnibus lumen præbet memoriæ: ſic in hiſtoriys nihil eſt, quod plus adjumenti ad res pernoſcendas afferat, quàm εὐταξία, id eſt, ordinis conſervatio. Monſtrat enim initia, progreſſum & finem, ut antecedentia, media, & exitus in unaquaq; parte perſpiciantur. Sic mundi quoq; hiſtoria ſuum principium habet, quod tum cœpit, cum nihil eſſet uſpiam, præter ſolum & unicum Deum. Hoc principium Moſes θεὸ σα[illegible]ὴς ad memoriam poſteritatis prodidit. Ariſtoteles verò vehementer negavit. Sic enim ait Moſes: In principio

cipio creavit Deus cælum & terram. Ariſtoteles autem ingenti opinionis errore ἄναρχον, id eſt, abſq; principio mundũ eſſe ſtatuit, nec fidem Moſi aſſeveranti habuit. Quod ipſum etiam Plinius, Galenus, & alij ſecuti ſunt: ex quo in errores turpiſſimos prolapſi ſunt. Plato ipſe, alioquin ſapientiſſimus, in Atlantico ait, ante novem millia annorum Athenienſes bella geſſiſſe. Et de Ægyptijs ſcribit Herodotus in Euterpe, quod crediderint, tot annorum millibus floruiſſe Ægyptũ, ut in eo ſpacio temporis bis ſint mutata loca ortus & occaſus Solis, ut bis illinc exortus ſit, ubi nunc occidit, & bis occiderit, ubi nunc oritur.

Quin Cabaliſtæ etiam, magiſtri Iſraëlis, impudenter dicunt, duo millia annorum præceſſiſſe hujus mundi, in quo nos ſumus, initium, ut quidem Reuchlinus in arte Cabaliſtica tradit. Etſi autem Græci & Latini incunabula & originem mundi non negant: tamen in ſupputatione annorum ab initio mundi uſque ad diluvium, indeq; ad natum Meſ-

ſiam

ſiam mirè diſcrepant ab Hebræis. Ex quò ſanè diſſenſio doctiſſimorum hominum, & penè dixerim luminum mundi, de mundi initio cognoſci poteſt. Verùm nos hiſce opinionibus tanquam deliramentis repudiatis, unius ſcripturæ cœleſtis ductum & autoritatem ſequimur, & à principio mundi annos 5552. uſq; ad hunc præſentem 82. numeramus. Ab hoc orſi perteximus hiſtoriam mundi, & in partes ſex diſtribuimus, ſecundùm ſex millenarios, quibus duraturam eſſe hanc mundi machinam credidit antiquitas.

Sic enim Judæi in Sanhedrim, ex traditione Rabini cujuſdam Eliæ, ſcriptum habent: Sex millibus annorum durabit mundus, duobus millibus durabit vaſtitas, duobus millibus lex, duobus millibus dies Meſſiæ. Hanc partitionem mundi retinebimus, & quæ memorabilia, eximia, ἀξιομνημόνευτα καὶ ἐξαίρετα in quoq; parte acciderint, tanquam notas recenſebimus.

Primis duobus millenarijs fuit vaſtitas.

tas. Quid? inquies, num vaſtus adeò fuit ab initio mundus, talisq́; annis compluribus, quàm quot ſunt à nato Meſſia ad noſtram ætatem, permanſit? Hîc D. Lutheri omnium maximè concinnam & luculentam interpretationem audite. Sic inquit ille: Vocatur primùm illud tempus mundi Tohu, id eſt, vacuum, vel inane, ſive etiam vaſtitas, quòd non lex, nec libri, ſed vivi fuerunt ſermones per patres ad poſteros traditi. Vnde Cabala eſt appellata traditio iſta, quæ Græcis eſt ἀκρόαμα, id eſt, ſcientia auditione comparata. Non enim licebat Cabalam docere aliter, quàm viva voce. Ex quo intelligitis, primo illo mundi tempore extitiſſe homines non corporibus ſolùm robuſtiores & ſaniores, ſed intelligentia etiam & memoria præſtantiores: qui doctrinam de DEO & artibus bonis, non per ſcripta, ſed viva voce inter ſe communicaverint & cuſtodierint. Sequentibus ætatibus mundus cœpit ſenſim labefactari & diminui. Ex quo etiam

intel-

Digitized by Google

intelligentia ipſa hominum & ſenſus cæteri languidiores ſunt facti. Itaq; quærere oportuit adminicula memoriæ, repertæq; ſunt poſteritatis cauſa literæ, ut ſubſidio oblivioni eſſe poſſent, quemadmodum ait Cicero pro Sylla. Hinc cœperunt ſcribi tot libri ſive volumina, ut vix capere mundus potuiſſe videatur. Nam ut de alijs nihil dicam, ſolus Salomon, teſte Joſepho. lib. 8. τῆς ἀρχαιολογίας, compoſuit volumina Carminum & Canticorum circiter quinquies mille, & ſententiarum atq; imaginum libros ter mille. Hæc altius conſiderare pium eſt utile, ut quò redacti ſimus, & quàm miſerè de ſpacio curriculoq; majorum deflexerit hæc natura ſive ætas noſtra, agnoſcamus. Hoc tempore librorum ingens eſt multitudo, quæ ipſa nos admonet de imbecillitate noſtra, quæ facit, ut nunc tanto ſtudio atque ſudore cogamur ex libris diſcere, quæ majores vivis ſermonibus inter ſeſe mutuò tradebant. Alij aliter hanc primi temporis mundi inanitatem interpretantur, videlicet,

de

de hominum urbium, legum civilium, & patefactionum divinarum paucitate: quod conſentaneum ſit, nondum tunc tantam fuiſſe populorum frequentiam, non oppidorum multitudinem, non legũ copiam. Nec dum etiam ad familiam & politiam certam obligata fuit de naſcituro Meſſia promiſsio.

Incipit autem primus millenarius à condito mundo, & in Henochi tranſlatione in cœleſtem conſuetudinem deſinit. Hunc enim terminum, tanquam notam primi millenarij, placet conſtituere memoriæ cauſa. Nam tametſi 13. anni deſunt primo millenario, tunc cum Henoch vivus in cælum receptus eſt: tamen cauſa certa eſt, cur de ſingulis millenarijs aliquid decedere Deus voluerit: quia finem facere properat.

Quæ porrò fuerunt res geſtæ in hoc primo millenario? Facta præcipua ſunt: primum, lapſus & reſtitutio gentis humanæ in integrum, per promiſſum Meſſiam moriturum pro peccatis mundi. Secundũ, propagatio generis humani. Ter-

tium, cædes miſeranda Abelis, facta à Caino fratre. Quartum, diſtractio horrenda Eccleſiæ in duas ſectas, ſive familias diſpares prorſus, & immani odio diſſidentes, unam Adami, alteram Caini: quarum illa, Adami ſcilicet, veram doctrinam de DEO, & pietatis ſtudium, cultumq́ retinuit: hæc verò idolomaniam & novos cultus introduxit & propagavit, quæ ſeminarium fuerunt omnis idolatriæ, quæ tanquàm diluvium aliquod in mundum invaſit, & latè diſſperſa eſt. Vt autem Meſſias perpetuum bellum ſerpenti diabolo indixit: ita ſanctis patribus etiam in hoc primo millenario confligendum & dimicandum fuit accerrimè cum Eccleſia Cainica, quæ ſuum regnum minis, cæde, tyrannide, fraude, & furore ſtabilire & amplificare conata eſt. Interim tamẽ nihilominus nomen Domini invocatum eſt, & propagata religio vera à ſanctis patribus, Adamo, Setho, Enocho: donec Deus memorabili ad omnem poſteritatem atque illuſtri miraculo ſuam in Eccleſia

bene-

benevolentiam atq; amorem declaravit, & curriculum primi millenarij receptione Henochi in cœlum clauſit. Fuit itaq; hujus primi millenarij gubernator Adam cum nepotibus ſuis uſq; ad ſeptimum nepotem Henochum.

Secundi millenarij lumen & moderator præcipuus fuit Noha, natus anno mundi 1056. cum filijs ſuis Japhet, Sem, & Ham, uſq; ad Abrahamum. Acta hujus millenarij maximè inſignia ſunt: Primùm diluvium, quod priſco mundo univerſalem interitum attulit, dum annuo ſpacio, vaſtis undis merſa omnia fluctuarunt, ſervato ſolo Nohamo, cum his, qui unà in arcam ingreſſi erant. Secundò, inſtauratio generis humani per Nohami filios, quorum unus Japhet ad has occidentis, ſive Europæ regiones tranſijt: alius Sem ad Orientis loca migravit: Tertius verò Ham meridionalem plagam occupavit. Tertiò Nimrod primus regnum in mundo incoavit, quæ Aſſyriorum Monarchia appellatur, ex qua alia regna, tãquam ſoboles paſſim nata ſunt.

Tertij millenarij præſes fuit Abraham cum ſuis poſteris, uſq; ad nativitatem Eliæ. Eſt autem natus Abraham anno mundi 1949. Sed circa annum mundi 2020. demum vocatus à Deo ex Ur Chaldæorum, emerſit è tenebris, & in luce Eccleſiæ verſari cœpit. In hoc potiſſimùm elucet promiſſio Meſſiæ, ex ſemine ſeu poſteris Abrahami naſcituri. Secundò continua ſucceſſio patrum in Eccleſia Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, Moſi, Joſuæ. Tertiò ſeries judicum. Quartò regnum Saulis & Davidis. Extra Eccleſiam verò floruerunt & dominati ſunt latè Aſſyriorum reges & aliæ gentes. Incidit in hunc millenarium quoque Argonautarum expeditio in Colchidem, bellum Trojanum, & regnũ Latinorum. Dominata eſt autem & ſonuit in hoc, quemadmodum & in ſuperiore tertio millenario, lex: quia Abrahamo circumciſio mandata eſt, & promiſſio de certa ſede facta. Per Moſen verò lex in monte Sina inter tonitrua & fulgura, audientibus ſexcentis millibus viro-

virorum, promulgata eſt, anno mundi 2454.

Quarti millenarij dux fuit Elias propheta, cum regibus & ducibus, uſque ad Chriſtum regem regum, & dominantium dominum. In hoc non ſolum Prophetæ in Eccleſia floruerunt, ſed extra Eccleſiam duæ Monarchiæ Perſarum & Græcorum extiterunt, tùm regna & Reſpublicæ potentes viguerunt, bellaq́ plurima inter Aſiaticos, Græcos, Afros, & Romanos geſta ſunt. In Judæa regnum deſtructum & populus in exilium Babylonicum projectus eſt, tandemq́ expletis ſeptuaginta annis in patriam redijt, & templum, urbemq́ Hieroſolymam inſtauravit, ut naſcentem exciperet Meſſiam. Affluxit etiam hic millenarius liberaliſſimis ſtudijs, & eruditiſſimis Philoſophis, Oratoribus, & Poetis, paſſim in Ægypto, Græcia, & Italia.

Quintum millenarium rexit ipſe Chriſtus æterni Dei æternus filius, totius mundi dominus & ſervator. Eſt autem natus Meſſias anno mundi 3970.

nondum ſcilicet completo aut finito millenario quarto. Cauſa eadem eſt cum ea, quam ſuprà expoſui: quia Deus antevertit, & finem facere properat. In hoc Eccleſia per Chriſtum, Apoſtolos & eorum ſucceſſores diſperſa eſt, in totum terrarum orbem, facta Evangelij præconio in cunctis gentibus de gratuita remiſſione peccatorum, juſticia, ſalute, & vita, per Chriſtum natum, mortuum & reſuſcitatum pro peccatis mundi, accipienda. Extra Eccleſiam verò potentiſſima fuit Monarchia Romana, quæ totum terrarum orbem complexa eſt. Acriter quoque impugnata eſt doctrina Evangelij, & innumerabilis multitudo martyrum profuſo ſangvine pro veritatis confeſſione facta eſt. Exorta eſt hæreticorum turba ingens, qui dogmatibus varijs turbârunt & lacerârunt Eccleſiam, in erroremq́ abduxerunt Chriſtianos. Incidit in hunc millenarium imperij Romani in occidente ruina, & Epiſcopatus Romani converſio in Papatum, per quam lux doctrinæ veræ horribiliter obſcura-

ſcurata eſt, & Mahometus dominari cœpit. Longo intervallo pòſt imperij in occidente dignitas per Carolum Magnum recuperata eſt, tandemq́ à Francis ad Saxones tranſlata. Deſinit autem millenarius quintus in Othone tertio, qui dictus eſt Mirabilia mundi. Et verè etiam mirificum fuit illius curriculum. Nam prodigia multa acciderunt, terra concuſſa eſt & tremuit, cometa illuxit, cœlum diſceſſit, & ex fiſſura quædam facula inſtar fulguris in longo cœli tractu ingenti ſplendore emicuit, & homines in terris perſtrinxit. Ea verò ſenſim evaneſcente ſerpentis ſpecies in cœlo apparuit, cujus caput & pedes cærulei inſpectantibus hominibus creverunt.

Supereſt millenarius ſextus, in quo Eccleſiæ ſtatus mirè fuit corruptus pontificia idolomania, & per Saracenos atque Turcas diminutum eſt imperium Romanum. Sub iſtis tamen tenebris ſcintillæ quædam lucis remanſerunt in aliquibus, qui Pontificiæ idolatriæ

reclamarunt. Inteſtinis quoque diſſenſionibus miſerè quaſſatum eſt imperium, et ſedes imperij in Oriente à Turcis occupata eſt. Literæ ex Græcia in Italiam & Galliam tanquam in exilium profugerunt, indeque in Germaniam propagatæ ſunt. Hinc exercitati multi præſtantes viri Academias & Scholas locupletârunt. Lutherus & Melanchthon doctrinam Eccleſiæ repurgârunt, & univerſa artium & literarum doctrina illuſtrata eſt. In huius millenarij poſtremo curriculo nos vivimus: & quanquam multis adhuc annis à fine ſuo is abeſt: tamen finem in dies ſingulos, & momentis cunctis expectamus ac deſideramus. Deus enim abrumpet filum mundi, ut in æterna tabernacula cæleſtis conſuetudinis ſuos Chriſtianos, luctu, ſqualore & gemitu propè enectos, recipiat. Cujus rei conjecturam capere facilè ex mundo ipſo & ſingulis eius partibus poſſumus. Eſt enim mundus hic ſimilis corpori ſenili & labaſcenti, immò Sol ipſe demittit ſeſe, & natura tota tantùm

Digitized by Google

tùm non edita voce gemiſcit, & finem liberationemq́ à vanitate, cui ſubjecta eſt, expetit. Plato in Philebo recitat Orphei verſum:

ἕκτῃ δ' ἐν γενεῇ κόσμον καταπαύσατ' ἀοιδῆς.

In ſexta generatione finite ornatum cantus.

Quem etſi Plato in alium ſenſum transfert: tamen haud alienum fortè fuerit à veritate, ad mundi ætatem, ſive millenarium ſextum accommodare: ut ſit ſententia Orphei, fore ut in ſexto millenario mundus ſuum ornatum amittat, & omnia deſinant.

Hic ordo eſt, hæc ſeries temporum & rerum præcipuarum mundi in ſex millenarios diſtributa, quàm animis comprehendere atq; tenere ſtudioſi debent, ut tanquam conſignatam in mentibus notionem habeant totius curriculi mundi, & quo quæq; res mundi millenario acciderit, meminiſſe poſſint.

Age porrò ex quibus autoribus, & quomodo iſtorum ſex millenariorum hiſtoria continua contexi poteſt? Duorum equi-

Digitized by Google

equidem millenariorum & dimidij tertij res geſtas deſcripſit Moſes in Pentateucho, nempe ab initio mundi uſq; ad ſuam mortem, quod eſt intervallum annorum 2493. Deinde Joſuæ, Judicium & Regum libri complectuntur hiſtoriam 892. annorum, uſq; ad excidium Hieroſolymitanum, & captivitatem Babylonicam, quæ incidit in annum mundi 3365. Tot igitur annorum geſta continet hiſtoria ſacra ſive Prophetica, videlicet millenariorum trium & amplius, ab initio mundi uſq; ad Monarchiam Perſicam. Hiſtoriam porrò Prophetarum excipit & continua hiſtoria Herodoti, quæ annorum 240. ſeriem deſcribit, à Gyge, Lydorum rege, uſq; ad Xerxis fugam ex Græcia. Herodotum è veſtigio ſequitur Thucydides, hujus hiſtoria belli Peloponneſiaci annos comprehēdit 70 Vbi autem hiſtoria Thucydidis deſinit, ibi Xenophontis narratio de rebus Græcorum per annos 44. incipit. Ita pertexitur hiſtoria mundi uſq; ad annum 3610. Quæ pòſt acciderunt, exponit 16. liber & conſequentes Diodori

Digitized by Google

dori Siculi de rebus Philippi Macedonis, Alexandri Magni, & ſucceſſorum ejus. Hunc ſequitur Livij hiſtoria uſque ad Auguſtum, & annum quartum ante Chriſtum. Sic complentur ferè milleſinarij quatuor. A nato verò Chriſto hiſtoriam rerum in Eccleſia & Republica geſtarum luculentè perſecuti ſunt ſcriptores Eccleſiaſtici & profani multi, quos jam recenſere nimis longum foret. Quocirca hæc de ordine hiſtoriæ mundi ſatis ſit monuiſſe.

Supereſt, ut de veritate hiſtoriarum multò parcius diſſeram. Certæ leges ſunt hiſtoriæ præſcriptæ, ut ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne quà ſuſpicio gratiæ aut malevolentiæ ſit. Et notum eſt diſcrimen hoc: Hiſtoria verum ſequitur, Oratoria veriſimile, Poëſis fictum, de quo Ovidius:

Exit in immẽſum fœcunda licentia vatũ,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Et Cic. lib. 1. de legibus ait: In hiſtoria pleraque ad veritatem, in poëmate ad delectationem referuntur. Habet autem

tem hiſtoria nomen ab inſpectione, ſeu intuitu rerum, quas narrat: ut ſit expoſitio eius, quod probè exploratum & cognitum habemus. Veruntamen non eadem eſt omnium hiſtoriarum fides. Moſes quidem & Prophetæ cæteri teſtimonium habent omni exceptione majus, quòd nihil falſi ſcripſerint. Eadem eſt autoritas reliquorum hiſtoricorum librorum, quos Biblia ſancta continent. Narrant enim ſimpliciter & fide minimè ſuſpecta, bona pariter & mala facta, præmia & pœnas benè vel ſecus factorum. Nec ullo metu aut aſſentatione reticent vitia, lapſus & peccata ſanctorum patrum, regnum & aliorum piorum in populo Dei. Et rectè quidem. Multò enim ad conſolandum efficaciores ſunt nævi, errata & infirmitates ſanctorum, facinora & virtutes, quas imitari quidem debemus, aſſequi verò haud poſſumus. Tum ut rectè factis maiorum ad imitationem incitantur poſteri: Sic pravè dictis & factis eorundem exterrentur, ut turpitudinem refugere, & infamiam

miam vitare incipiant. Sola igitur hiſtoria ſacra ἀξιόπιστος eſt, & omnis dubitationis expers, δεῖ τῇ ἀληθείᾳ μόνῃ, ut ille inquit, θύειν, ſoli veritati ſacrificat.

Reliquos hiſtoricos ſecundùm leges præſcriptas examinari neceſſe eſt. Etſi enim conſentaneum eſt, quenq; quantum conniti ingenio, & aſſequi labore & induſtria potuit, veritatem inquiſiviſſe & explorâſſe in hiſtoriæ ſcriptione: tamen falſa pro veris, probabilia pro certis arripere admodum proclive eſt. Thucydides equidem ſuam ſcripturus hiſtoriam milites mercede ſua conductos habuit in utroq; exercitu, hoſtili & amico, à quibus veram narrationem omnium, quæ ſuſciperentur, deliberarentur, aut gererentur, acciperet. Laudanda eſt magnoperè hæc ejus induſtria, & cura veritatis explorandæ. Non enim uni parti fidem habere, ſed alteram quoq; audire voluit. Xenophon etiam ipſe cum Cyro militavit, ut omnium quæ fierent αὐτόπτης, ſive inſpector eſſet. Polybius vero Scipionis Æmy-

liani

liani in Punico bello tertio comes individuus fuit. Ait enim lib. 3. ſe plurimarum rerum in iſto bello geſtarum non inſpectorem tantùm, ſed adjutorem etjam & adminiſtratorem fuiſſe. Ac de Thucyde quidem, & Polybio, & Livio minus eſt dubitandum, quin veram omni ex parte hiſtoriam literis mandârint. Quorum in numerum etiam Julium Cæſarem aſſcribo, utpote qui rebus ijs, quas deſcripſit, ipſe non ſolùm interfuit, ſed etiam præfuit. Item Dionem Nicæum, qui toties affirmat ſe ea, quæ de Commodo, & quibuſdam alijs Imperatoribus Romanis narrat, non ab alijs fama & auditione accepiſſe, ſed coràm ſpectâſſe, audiviſſe, & comperta habere. Inſigne eſt, quod de ſe Socrates lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tap. 19. ſcribit: πᾶσαν σπουδὴν, παρ' ἑκάστου τῶν εἰδότων ἐθέμην μανθάνειν τὰ πράγματα καὶ ἀκριβῶς ἐρευνᾶν, ἵνα μὴ ἔξω τῆς ἀληθείας τι γράφοιμι. *Sed de Xenophonte non ſatis certum eſt, utpote qui in* κύρου παιδείᾳ *ornare magis Cyrum, quàm hiſto-*

hiſtoriæ fidem ſequi voluit. Herodotum quoq; in ſuſpicione ponit Strabo, quaſi non hiſtoriam veram, ſed fabuloſam ſcripſerit. Eamq́; ob cauſam, ut in quadam Epiſtola Jovianus Pontanus ait, novem Muſarum nominibus ſuos libros inſcripſit, utpote quibus loqui aliquantò liberius conceſſum eſt. Hunc Cicero 1. lib. de legibus, patrem hiſtoriæ quidem vocat, ſed fabulis refertum eſſe affirmat. Laude digna etiam eſt Svetonij integritas, qui nævos, ſcelera, & flagitia ſuorum principum non minus, quàm virtutes & rectè facta, fide minimè ſuſpecta memoriæ prodidit. Philippus Commineus in præfatione hiſtoriæ ſuæ inquit: Quantum ad me attinet, verè omnia perſcribam, nec enim mentiri libet.

Ex animo meo nunquam effluit vox Chriſtophori Carolovitii, ejus, qui ſapiens, qui eruditus à plerisq; habebatur & cognominabatur. Is quoties mentio Sleidani commentariorum incidebat, ferè cum gemitu quodam multa aliter commemorabat, quàm ſcriptor ille expo-

expoſuit, affirmabatq́; ſe non ſolùm interfuiſſe pleriſq; conventibus imperij, & privatis communibuſq́; conſultationibus, actionibus & decretis, ſed nonnullis etiam præfuiſſe: ut fidem mereri ipſius oratio omni jure videretur. Sic igitur de Sleidano dicebat, tanquam epiphonemate quodam narrationem claudens: Sleidani hiſtoria adimit mihi fidem omnium ſuperiorum hiſtoriarum. Quod bono tamen ſtudio à me commemoratum exiſtiment ſtudioſi, non ulla calumniandi libidine, aut cupiditate detrahendi aliquid de autoritate Sleidani optimè de Republica literaria meriti.

Sic autem res habet: τὰ εὔφημα de ſe dici & ſcribi omnes facilè patiuntur, ſed vitia, errata & facinora ſi attingas, ſeu proferas, vix capitis periculum & vitæ diſcrimen evitaveris. Hinc adeò fieri ſolet, ut periculoſum ſit hiſtoriam ſcribere, & ſatius ſit multò hiſce moribus tacere: ne, dum pulcra foràs vertimus, deformia verò occultamus; turpiſſimum adulationis crimen ſubeamus. Quod fe-

ciſſe

ciſſe Nicolaum Damaſcenum, Herodis regis hiſtoriographum accepimus: qui ob id adulator appellatus eſt, μόνον ἁπτόμενος τῶν πρὸς εὔκλειαν βασιλεῖ φερόντων. Sola hiſtoria Prophetica iccircò pro vera eſt habenda, quia tàm vitia, quàm virtutes recitat; nullius exiſtimationi aut famæ parcens, ſed pro re nata hiſtoriæ curſum exequens. Pro tanta luce veritatis gratias agere Deo debemus, & vel nihil ſcribere dicereve, vel verum dicere & ſcribere; adulationem verò ſummo ſtudio declinare. Nullus mortalium eſt absq; nævis & peccatis. Nec eſt ſanctus in terris, cuius non plura ſint delicta & crimina, quàm benè facta. Quanta igitur eſt perverſitas, bona tantùm prædicare, mala verò vel excuſare, vel tegere prorſus velle?

Monachi pernicioſiſsimè errârunt in hoc genere; qui non niſi virtutes ſanctorum extulerunt, vel potius finxerunt, infirmitates verò & lapſus horrendos ſilentio præterierunt. Hoc non eſt hiſtoriam, ſed fabulam, vel mendacium potius

ſcribere. Nec ad conſolandum peccatores facit, ſed ad deterrendum. Quid enim ſolatij ex eo capere poſſumus, quod aſſequi nos non poſſe experimur? Metamorphoſis hæc eſt Ovidianæ ſimilis: quia transformat hominis naturam miſeram & pravam in angelicum ſtatum; à quo longiſſimè in hac imbecillitate abſumus. Ad ſummam, ne agam de ſingulis, nota veritatis hiſtoricæ illa eſt certiſſima, ſi bona ſimul & mala ſimpliciter, absque ullo metu cuiuſquam offenſionis, commemoret.

Scio nonnullos Pontificiæ Sectæ ſcriptores hoc nomine criminari noſtros, quòd vitia principum, ſtatuum; & doctorum diſſimulent, atq; prætereant. Sed haud video, an non eodem crimine condemnari à nobis ipſi multò rectius poſſint. Id quod vel ex recente rerum ſub Carolo V. geſtarum ſcriptore Monacho cognoſci poteſt. Suis enim tribuit omnia bona, non quidem ut hiſtoricus, ſed ut adulator pontificius, noſtris verò mala tantùm.

Sed

Sed confero me ad tertiam inſtitutæ orationis partem, & utilitates hiſtoriæ ſtrictim attingo. Primùm quidem hiſtoria; ut inquit Cicero, eſt teſtis temporum, id eſt, quid quoq; tempore mundi uſu venerit, aut factum ſit, prodit, & ſeriem rerum, factorumq́; bonorum & malorum manifeſtat. Hoc quantum ſit commodum, facilè intelligitur. Quid enim eſt uſu uberius, aut fructuoſius, quàm in conſilijs & cogitationibus, inſtitutisq́; cæteris ex omni ætate, cunctisq́; ſeculis teſtimonia atq; exempla eruere, & ante oculos proponere? Nec eſt, quod putetis; ſtudioſi, alienum à vobis eſſe hunc primum hiſtoriæ uſum. Nemo veſtrum eſt, quin egeat huiusmodi temporum teſtimonijs ad ſe & res ſuas regendum ac conſtituendum. Sæpè obſtrepit inopia, ſæpè adverſa fortuna, ſæpenumerò alij caſus in vita incidunt. Hîc niſi exempla & teſtimonia ex hiſtorijs in conſpectu & animo habeas, quibus te ſoleris aut confirmes, in errorem labaris, aut fluctues neceſſe eſt.

Secundò, hiſtoria eſt lux veritatis. Jam cogita, luce quid eſt formoſius? quid carius? quid amabilius? Hæc enim illuminat obſcura, ut, cujuſmodi ſint, quid veri falſive, boni aut mali in ſe habeant, perſpici poſſit. Debent itaq; ſtudioſi ob hunc etiam uſum amare lectionem hiſtoriarum, quòd lumen affert omnibus obſcuris & dubijs rebus. Ex quo ſanè intelligitur, in luce verſari, quicunque in hiſtoriarum lectione verſantur: & contrà in tenebris vagari & errare, quotquot hiſtorias vel ignorant vel aſpernantur.

Tertiò, hiſtoria vocatur vita memoriæ, hoc eſt, cuſtos & theſaurus memoriæ, quæ effluere ex animis ſive memoria non ſinit ea, quorum recordari utile eſt. Revocat enim nobis in memoriam hiſtoriarum lectio, quicquid antè actum eſt. Non eſt autem ulla expeditior, neq; promtior hominum gubernandorum ratio, quàm præteritarum rerum ſcientia, autore Polybio.

Quartò, hiſtoria etiam magiſtra vitæ

dici-

Digitized by Google

dicitur, quòd mores & actiones in vita regat. Cùm enim duæ ſint viæ perveniẽdi ad ſapientiam: Vna propria experientia, altera conſideratio alieni exempli: tutius eſt utique, ex alijs diſcere, quod ſibi uſui ſit. Nihil eſt autem, quod tàm erudire nos per aliena exempla poſſit, quàm hiſtoria, utpote quæ ſpeculum eſt variorum conſiliorum, actionum, & eventuum in vita: unde qui effectus ex quibus antegreſſis cauſis & actibus ſecuti ſint, clarè conſpicitur. Nec vox aut concio ulla efficacior eſt, quàm quæ exempla ante oculos ponit pœnarum vel præmiorum, quibus animus legentis ita incenditur atq; feritur, ut vel læticiæ vel horroris motum inde percipiat. Fieri enim minimè poteſt, quin mens bona ex honeſtè factorum præmijs ad virtutis amorem incitetur: turpium verò facinorum exemplis atque pœnis ad odium fugamq; vitiorum extimuletur. Tales motus qui non capit, levis eſt prorſus, ſicut in verſibus dicitur:

Qui legit hiſtorias, nec mores inde gubernat,

Dixeris huic vivi ſangvinis eſſe nihil.

Juſtus Jonas Juriſconſultus paulò ante capitis ſupplicium hoc diſtichon pronunciâſſe fertur:

Quid juvat innumeros ſcire atq; evolvere casus?
Si facienda fugis, ſi fugienda facis.

Hinc apud Xenophontem Cyrus ait: τῶν προγεγενημένων ἀρίστη διδασκαλία. *Et Zeno Cittienſis rogatus, quomodo aliquis fieri felix poſſet? reſpondit,* εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς. *Si in mortuos intendat, hoc eſt, ſi majorum geſta contueatur.*

Quintò nominatur hiſtoria vetuſtatis nuncia, eò quòd veterum ſive majorum dicta & facta ἀξιομνημόνευτα *recenſeat, & nota faciat.*

Audiſtis, ſtudioſi optimi, de ordine hiſtoriarum, cognoviſtis de veritate, & nunc poſtremo loco etiam de utilitate. Quæ ſpero ad id profutura eſſe omnia, ut in animis veſtris excitent amorem & curam audiendi enarrationem autorum, qui hiſtorias graviter politeq; ſcripſerūt.

Ad

Ad quam cùm præparare vos inprimis cupiam, iſta præfari placuit. Et ut ordinem totum & præcipua capita uno quaſi intuitu complecti poſſitis: Iſagogen qualemcunq; vobis tradam, quæ viam & progreſſionem in univerſa hiſtoria mundi demonſtret. Hoc tantùm vos moneo & hortor ſtudioſi, ut ne ipſi vobis deſitis, ſed in audiendo aſſiduos & frequentes vos præſtetis. Ego quidem nihil prætermittam, ſed quæ habeo, quæq; ſcio, liberaliter fideliterq; vobiſcum cōmunicabo. Quod ſi ego meo, vos veſtro loco feceritis, dubium non eſt, quin fructus induſtriæ & vigilantiæ uberes diuturnosq; capturi ſimus.

Quod ſupereſt, Deum toto pectore oro, ut cùm totam Academiam, tùm meum etiam hunc in docendo conatum, veſtrum verò in audiendo & diſcendo ſtudium clementer regat & fortunet, ut grata ipſi faciamus, & nobis ſalutaria.

VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

INDEX RERVM ET verborum memorabilium Iſagoges Hiſtoricæ.

A.

AAron Moſi adjunctus 162. idolatria 169. æmulatio 170. mors 171
Abductio Hierem. in Ægyptum 281
Abel unde dictus 17. quid obtulerit 17. quando occiſus 20. primus martyr 20.23. ejus ſimplicitas 21. confeſſio 22. deſpectio 29. vis ſangvinis 24
Abimelech 137.180.
Abominatio deſolationis 310
Aborigines 113.235
Abrahami nativitas, hiſtoria 116
Abſolonis homicidium 192. triſtis interitus 193
Abydenorum immane facinus 452
Accius Augur 411
Achaia 113
Achilles 232
Acrocorinthus 382
Acta extra Paradiſũ 16
Acta hominum in primo millenario 26
Acta poſt diluvium 76
Acta in deſerto per 40. annos 164
Acta Theſei 216
Acta exilij Babylonici 283
Acta Herodis in Judęa 302
Acta quarti millenarij in monarchiis & politijs 262
Adami lapſus 13. gubernator primi millenarij 6. locus exilij ſecundum Mûnſterum 16. Acta 26. plures liberi 20. 33. profeſſor artium 27. Philoſophus optimus & diſciplinarũ parens primus 28. luctus 20

Adhor-

Adhortatio ad pœnitentiam 64. 85
Adraſtus 223
Ædiles 417
Ægyptiorum regnũ 204. hodie Mitzrim Turcis 88. à Dario defectio 326. recuperatio 327. provincia Romanorũ 476
Ælianus de Augurib. 424
Æneæ adventus in Italiam 236. rex Latinorum 237. mors ibid.
Aeolum origo 86
Aerumnæ exilii 283
Aeſchylus 511
Aeſculapius 257
Aeſculapius ſerpens 436
Aethiopum gloriatio 199 rex, ibid.
Agamemnon 229
Agraria lex 421
Agriculturæ & frugum inventio 205
Agrippa orator facundus 416
Ajax Oileus 233
Ajax Telamonius 232
Alba longa 237. deſtructa 410
Alcairus 275
Alcibiades belli tuba 387
Alcithea Pauſaniæ mater 376
Alemannus XI. rex Germanorum 247
Alexandri M. hiſtoria 333
Alexandria in Ægypto condita 337
Amalek victus 169
Amaſias 273
Amazones repreſſæ 243
Amazonum in Aſiam expeditio 247
Ambitꝰ Carthaginis 440
America 197
Amicitia Davidis & Jonathæ 190
Amicitia Meſſeniorum cum Spartanis 362
Amiſſio libertatis Judaicæ 301
Ammonitę hoſtes Eccleſiæ 129
Amphionis verſus 255
Amphiraus vates & dux 256

256. encomium, ibid. interitus triſtis, ibid.
Amulij conatus 402
Amyntas rex Macedonũ 325
Anamim 89
Anaxilaus 391
Andromacha 233
Angeli quãdo ſint creati 9
Annibalis fortitudo 443. fuga 441. pacem petit 447. haurit venenum 451
Anni hebdomadum Danielis 309
Annorum à mundi initio ad Chriſtum uſque diverſa numeratio 305
Annorum ex Daniele numeratio 307
Antigone 225
Antiochi crudelitas 295. ſacrilegium 296
Antiochus Soter 341
Antiochus M. à Romanis Græcia pulſus 349
Antipater Judeæ à Cæſare præfectus 302. 470
Antipater μητροκτόνος 344
Antonij ſcortum Cleopatra 358. is fuſus 476. Ciceronem tollit e medio 474. αὐτόχειρ 475. 476
Apollo herbarum & medicinæ uſum monſtravit 256
Apologus Agrippæ 437
Appij Claudi cæci fortitudo 437
Appij Decemviri ſcelus 421 pœna, ibid.
Aquila à Germanis adepta 487
Aquilam amiſſam Romani recuperant 496
Aquila Romani imperij inſigne 485
Ara ignoti Dei 507
Aram Syrorum pater 90
Aratus 534
Arbacti prælium contra Sardanapalum 312
Arboris vetitæ ſitus 14
Arca Noæ quando reſederit 69
Arcadum gloriatio 90
Archelaus 305

Archi-

Archimedes 536
ἄρχοντες Athenas rexerũt 208
Areopagus 208
Argivorum regnum 206
Argo 226
Argos 222
Argonautica expeditio in Colchidem 116
Argumentum ſophiſticũ Lamechi 38
Ariſtidis hiſtoria memorabilis 366. moderatio ibid. patientia 367.
Ariſtobuli ſummi ſacerdotis crudelitas 301
Ariſtophanes 524
Arma Eccleſiæ 18
Armenia Romanorum provincia 353
Armeniæ mõtium diverſa appellatio 69
Arminius Cheruſcorum rex 490
Arſames rex Perſarum 333
Artabani reſponſum 328
Artabanus Xerxem confodit 330
Artaxerxes μνήμων victus 811
Artaxerxis acta 331
Artes cur muliebri nomine ſint dictæ 44
Aſcania Phrygiæ urbs 229
Aſcaniæ ducatus 85
Aſcaniorum origo 85
Aſcanius 237
Aſmonæi Pontificis rapacitas 291
Aſmonææ familiæ principatus 293
Aſſa rex pius 266
Aſſur 90
Aſſyriorum origo 90
Aſſyrij & Babylonici regni conjunctio 101
Aſtaroth 157
Aſtyages 316
Aſtyanax 233
Athenarum reliquiæ 206
αὐτόχθονες 90. 207. Cecropidæ 206. mater Muſarũ Athenæ 208. à Xerxe occupatæ 328. 372. ſolo æquatæ 329. 373. inſtauratæ 374. à Caſsãdro occupatæ 342. ingratæ 366. fortuna inclinata in Sicilia 389. vires colligunt 394

At-

Atlas Aſtronomus 254
Auguria Romanorũ 424
Augurium de Cęſare 472
Augurũ quinq;genera 425
Auguſtæ vindelicorũ 489
Auguſtus menſis 478
Aulus Gabinius in Syriam miſſus 301
Aureum ſeculum 195
Autoritas parentum quãdo & quamdiu valuerit 30
Autoritas ſeniorũ in primo mundo 102
Αὐτονομία conceſſa Judæis à Julio 302
Αὐτονομίαν Judæi recipiunt 295
Αὐτονομία Judæis à Seleuco conceſſa 348
Ἀφορμὴ abductionis 12 tribuum. 278.

B.

Baal 109
Baal peor idolum 172
Babylon 94. 109. aſtutia Zopyri capta 324
Babylonicorũ regũ continua ſucceſſio 107. 113.
Babylonica monarchia prima 99
Bacchus vitium plantator in Græcia 211
Bacchanalia 211
Baeſę regis homicidia 203
Balaam 172
Balthaſar in Deum contumelioſus 315
Barac 179
Banari 247
Belgius Macedonia pulſus 481
Bella primi millenarij 30
Bella Henrici quart. 592
Bella Julij Cæſaris 470
Bellum Abrahami 121
Bellum Antiochenum & Ætolicum 452
Bellũ Athenienſium cum Perſis 379
Bellum Catilinarium 461
Bellum Cimbricum 483
Bellum Civile 462
Bellum Corinthiacũ 453
Bellum Cyri cum Maſſagetis 321
Bellum Darij cum Scythis 325

Bellum

Bellum Darij cum Græcis 326
Bellum Gladiatorum 461
Bellum Græcorum cum Xerce 370. quomodo geſtum 371
Bellum Hoſtilij cum Albanis 409
Bellum Jugurthinum 455
Bellum Lacedæmoniorum 361
Bellum Lapitharum cum Centauris 222
Bellum Macedonicũ 451
Bellum Marianum 458
Bellum Mileſiorum 363
Bellum Mithridaticũ 456
Bellum Numantinũ 454
Bellum Octaviani cum Antonio 476
Bellum Olynthiacũ 399
Bellũ Peloponneſiacũ 381
Bellum Philippenſe 474
Bellum ad Plateas 329
Bellum Punicum 439
Bellum Romuli cum Sabinis 405
Bellum Sacrum 397
Bellum Samniticum 434
Bellum ſervile 457
Bellũ in Syria & Aſia exarſum 348
Bellum Tarentinum 436
Bellum Thebanum 223
Belli Thebani redintegratio 225
Bellum Trojanum 228 ἡγέμονα 229. ἑπόμενα 230. exitus lacrymabilis 234
Bellum Volſcis factũ 418
Bellum Xerxis cõtra Græcos 327
Belus 107
Bernhardus de Breitenbach de ſtatua uxoris Lothi 128. de ſepulcro Jobi 157
Biblia ſacra in Græcã lingvam converſa 355
Bigamia Comitis à Gleichen 143
Bochus Mauritaniæ rex 455
Bodini error 453
Bœotia 229
Bojus 12. rex Germanorum

rum 247
Brennus Germanorũ rex 248. 428. Macedoniã vaſtat 481. triſtis interitus 482
Bructeri fuſi 495
Brutus matronis Romanis cariſsimus 412
Bucephalus 334
Buſiris Pharao creditur 160

C.

Cades Barnea 171
Cadmus Græcus profeſſor 255
Julij Cæſaris hiſtoria 462
260. 357. 485.
Cæſares Romani cur Augusti vocentur 477
Cainus 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 29. 37. 93.
Cainitarum furor 51
Calchas 259
Caligo Hiſpaniolæ & Siciliæ 163
Calliſthenis prẹmiũ 340
Cambyſis hiſtoria 322
Camilli hiſtoria 426. 427. 428. 429.
Canaan 88. 171
Cananæi non penitùs deleti 166
Candaules ultimus Heraclidarum 221
Capanei ſuperba vox 225
Capitolium 415. 428
Capua à Romanis recuperata 446
Carneadis dictum 106
Carolus M. Imperator Romanus 589
Carthago 439. excidium ejus 450. qualis hodie 451
Carthaginenſes victi à Duillo 441
Caſſandra 233
Caſſandri facta tyrannica 342
Catilina 461
Cato 471
Cauſa mutationis regnorum 289
Cauſa æmulationis Atheniensium & Lacedæmoniorum 380. 384.

Cauſæ

Cauſæ cõflagrationis Sodomæ 124
Cauſſæ dilacerationis regni Salomonis 201
Cauſæ longævitatis patrũ tres 41
Cauſæ luis peſtiferæ 383
Cauſæ propter quas ſit amanda Caſtitas 152
Cauſæ rejectionis à Deo 53. 75
Cedrenus 198
Cenſores & eorum officia 422
Centauri 222
Centaurium 258
Ceres 205
Certamina poculorum in aula Alexandri 339
Certamina Græciæ 360. 510
Cethei populi 87
Cethim 85. 99
Chaldæorum origo 90
Chaldęi Aſtronomi 249 ignis cultores 117
Chami ſcelus 79. 88. 91. 99
Charondas 517
Cherilus 532
Chiron Centaurus 257
Chriſtus ubi & quando ſit natus 304
Chryſes Apollinis ſacerdos 359
Chus Æthiopum pater 88
Cicero 537. ejus querela de Pompejo 469. ἀμνησία 473 vigilantia 462. Athenarum elogium 207. fuga 542. mors 543
Cimbri 483. inſigne Cimbrorum 83. veſtigia per Germaniam 483
Cimmeriorum habitatio 82
Cimō Xerxem vincit 330 Artaxerxem 379. 332. Præmium ejus 366
Circumciſio quādo ſit inſtituta 123
Clæliæ virginis virtus 413
Cleombrotus 396
Cleopatra mater impia 356. regno ejecta 357. à Cæſare reſtituta, ibid.

&

& 470. morſu aſpidum extincta 358. imago ejus in triumpho ducta 406
Clytus ab Alexandro occiſus 340
Codrus 208
Colchis 226
Colles Romani 405
Colorum in Iride ſignificatio 78
Columba cur ad arcam Noæ non redierit 70
Columnæ Herculis 221
Cometes ante bellum Peloponneſiacum 383
Communio rerum apud Germanos 240
Communis uſus uxorum apud Lacedæmonios
Comparatio Caini & Chaini 92
Conciliatio annorũ Pauli & Moſi de commoratione populi in Ægypto 164
Conciones primorum parentum 26
Confuſio lingvarum 96
Congreſſus admirabilis ſex juvenum 409
Conõ Atheniẽſis dux 394
Conſtantin. Magnus 584
Conſtantinopolis nova Roma dicta 586
Conſularis dignitas apud Romanos 414
Corcyræi tuba belli Peloponneſiaci 384
Coriolani hiſtoria 418
Corinthus 381. deleta 453 ejus ſtatus in hoc tempore 454
Corvi Ciceroni interitum denunciant 542
Craſſi nefarium ſacrilegium 501
Creontis facinus 225
Crœſi hiſtoria 317
Crucis utilitas 190
Cyaxares cum Scythis cõfligit 316
Cyrenaica regio 89
Cyrſilus lapid. obrutus 373
Cyrus rex Medorum 317. primꝰ Monarcha 320. poteſtatem facit redeundi in Judæam 286. 320. Babylonem expugnat 319. Benignitas ejus

jus in Danielem & Judæos 320.

D.

Damaſci ſitus 16. quid ſignificet 20
Dania Cimbrica Cherſoneſus dicta 83
Danielis hebdomades 307. de Alexandro vaticinium 341. vaticinij Rom. eventus 402. 473
Danielis hiſtoria 285
Dardanus 202
Darij hiſtoria 324. ſecundæ Monarchiæ hic ἔξαρχος 567. ejus in Judęos benignitas 288. in Danielem benignitas 320. ejus exercitus à Miltiade fuſus 326. ter ab Alexandro victus 337. cupiditas vindictæ 370. mors 337
Davidis hiſtoria 186. fortuna 187. monomachia 188. triumphus 189. unctio 187. 190. bella 191. peccata 192. pœna ibid. mors 193
Debora prophetiſſa 179
Decemviri 420
Decius pater & filius 433
Decuriones & Centuriones 487
Dejanira 221
Dei fortitudo in infirmis 68
Dei graviſſima querela 55
Dei paterna querela 53
Dei placabilitas 69. 71
Delphicum templum in Parnaſſo ſpoliatum 482
Delus terræ motu quaſſata 383
Demades orator 531
Demetrij & Perſei fratrũ hiſtoria 343. 346
Demoſthenes 400. 525
Deorum multitudo 94
Deſertum Marah 165
Deucalion 210
Devovere quid ſit 434
Deuteronomium unde ſit dictum 172
Dicta memorabilia Thaletis 503. Demadis 532. patris Alexandri M. 334
Dictator electus Fab. 444
Dictator Romæ creatus 415
Dido 440
Diodorus Siculus 546
Dionyſia 211

Digitized by Google

Dionyſius Halicarnaſſeus 103
Diluvij acta 50. novimeſtræ Ogygij 48
Diluvium Deucalionis 210. Atticum 206
Diſcrepantia ſupputationis annorum mundi uſq; ad diluvium 49
Diſcrimen dictatoris & Conſulis ſecũdùm Polybium 416
Diſcrimen ſacrificij Cain & Abelis 17
Diſtractio regni in populo Iſrael 116
Diſtractio regni poſt Salomonem 200
Diſputatio Pompeij cum Cratippo 465.466.
Diſputationes Socratis 514
Draco 503
Druidæ Germanorum & Gallorũ doctores 259. eorum veſtigia in Germania 260
Druſi hiſtoria 487
Duilius Carthaginenſes vincit 441
Duo modij annulorum Romanis detracti 445

E.

Eber 90
Ebræorum origo 90
Ebrietatis incõmoda 339
Ebrietatem exercitus perdidiſſe 312
Eglon rex Moabitarũ 179
Ehud princeps 179
Eli ſacerdos 184
Eliæ prophetæ acta 263 miracula 264 confirmatio 265. in cœlum tranſlatio ibid.
Eliſæi prophetæ miracula 270. mors 271
Enamim fons aquarũ 89
Encænia Hieroſolymis celebrata 296
Ennius 535
Enochi elogium 35. quando & cur in cœlum raptus 37
Epaminondas 397
Epicharmus 512
Epicurus 532
Epimenides 507
Epimetheus 215
Epiphanes & Antiochus Romæ obſides 349
Equus Cæſaris 463
Erfurdia unde dicta 84

Eſa-

Digitized by Google

Eſaiæ hiſtoria 275
Eſaui nativitas 137. odium 139. potentia 140
Eſdræ adventus in Judæam 288
Eſther Xerxis uxor 329. 331
Esiæ 92
Eſſæorum ſecta. 298
Eteocles 223
Evandri & Carmentæ adventus in Italiam 223
Exempla αὐτοχείρων 186. 227. 232. 398. 411. 452. 457. 475
Exempla benedictionis divinæ 114. 144. 195
Exempla bonorum gubernatorum 173. 194. 216. 277. 366.
Exempla bonorum præceptorum 194. 218. 258. 286. 334. 512.
Exempla calumniæ 284. 285
Exempla conſtantiæ 426. 437. 438. 439
Exempla exilij ſanctorum 16. 118. 137. 146. 189. 203. 264.
Exempla fragilitatis humanæ 280. 328. 341. 450
Exempla homicidarum 20. 323. 347. 374
Exempla hominum viventium in cœlum translatorum 37. 265
Exempla infirmitatis ſanctorum 138. 173. 208
Exempla ingratitudinis 217. 255. 366. 368. 428. 447
Exempla iræ Dei 61. 125. 167. 234. 256.
Exempla lapſus ſanctorũ 79. 186. 323.
Exempla liberationis & defenſionis divinæ 57. 127. 144. 153. 160. 166. 263. 264. 284
Exempla luctus parentum 20. 130. 140. 145. 147. 395
Exemplum magni exercitus 371
Exempla martyrum 23. 24. 282
Exẽpla modeſtiæ 506. 516
Exẽpla pœnæ talionis 183. 192. 234. 321. 365. 475
Exempla proditionis 329. 365. 400. 427
Exempla punitæ idolatriæ 53. 178. 199

Exempla punitæ tyrannidis 179. 186. 323
Exempla punitarum libidinum 53. 54. 124. 129 130. 172. 183. 199. 228. 362. 396.
Exempla φιλοσοργίας 122 130. 156
Exempla continentiæ & incontinentiæ Pauſanias 376. Fabricius 438
Exemplum continentiæ in L. Mummio 453. in Scipione 446
Exemplum converſionis ad Deum 274
Exemplum crudelitatis in collegam 393
Exemplum fidelitatis in cane 395
Exemplum furoris diabolici religionis ſpecie 433
Exemplum matris impiæ in filium 352
Exemplum moderationis in Abrahamo 120
Exemplum naturæ vitioſæ, ſed ſtudio correctæ 513
Exemplū ſummi juris 433
Exilium Judæorum in Babylonia 282
Expoſitio infantum apud Lacedæmonios 500
Ezechiæ regis hiſtoria 276
Ezechiel 286

F.

Fabij cōtatio 444. victoria 446
Fabiorū 300. clades 445
Fabricij fortitudo 438
Faliſcorum ſpontanea deditio 427
Fames ætate Abrahami 118. ætate Iſaaci 137. ætate Jacobi 147
Fatalis periodi politiæ Judaicæ notatio 310
Fatales periodi imperiorum 466
Faunus 236
Fauſtulus paſtor 402
Feſta Theſei 217
Filius Dei primus concionator 28
Fœdus Athenienſium & Lacedæmoniorum 380
Fœdus Germanicum 486
Folium fici 15
Fons Pyrene 382
Forma imperij politici in pri-

primo millenario 30
Fortunam invidia comitatur 285. 219
Franci 248. 479

G.

Galatæ truculenti 283
Gallorum & Germanorũ in Italiam irruptio 480
Gallorum in Italiam irruptio 428
Gedeon 179
Genius Socratis 515
Genus orationis Iſocraticum quale ſit 519
Germanorum duplex derivatio 85 242 origo 85 illorum nomen, origo & leges 239. regni diſtributio 241. ſiderum cultores 239 peregrinis literis acta ſua ſcripſerunt 260
Germanorum Mercurius 246. eorum in Aſiam expeditio duce Galtero 248. Græcarum literarum apud Germanos uſus 260. acta in millenario quarto 479. à Romanis victi 481. in Macedoniam & illyricum expeditio ibid. predones & ſacrilegi 482. ſagis abundantes 485. clades ibid. de Romanis victoria 487. eorum in Galliam expeditio & ſtrages 486
Germanorum de ſpolijs contentio 488 Druſũ opprimũt 489. à Druſo domiti 488. imprecatio 489. cum Druſo decertant prælio ibid.
Germanorum aſtutio 492 prædæ inhiant 488
Germani libertatem recipiunt 493. clades illata Germanis 496
Germania tributaria Romanorum 490
Germanici Druſi filij res geſtæ in Germania 487
Gigantes 45
Gigantomachia 95
Goliad Philiſtæus 188
Gomer 82
Gomorra 126
Gracchorum hiſtoria 422
Græci Argivi dicti 206
Græcorum infelix reditus in patriam 233, Xerxem vincunt 329

Gubernatio 30. tyrannorum 393

H.

Hæreſes Judæorum ſeptẽ 299
Haman cum filijs ſtrangulatus 331
Hanoch 37
Haran 118
Harpagus 316
Hebdomades Danielis 308 309. 310
Hebræa lingva, aliarum mater 96
Hebron 119
Hector 232
Hecuba 233
Helena 233
Helicon 502
Heneti 86
Heraclidarum acta 221
Herculis acta 218
Hermannus 244
Hermiones 242
Hermopolis 305
Herodes rex Judææ creaatus 302
Herodes tres 303
Herodotus 518
Heſiodi hiſtoria 502. ætates 106
Heſſia à Druſo ſubacta 487
Heth 89
Hetruſci 481
Hevila 89
Hichter Germanorũ rex 248
Hiera fluvius Erfurdiæ 84
Hieremiæ prophetæ hiſtoria 280
Hieroſolyma Jebus Salem dicta 89 132
Hippiæ & Hipparchi pœna 305
Hippocrates. 511
Hiſpanicum regnum 204
Holſatij hodie Cimbri 83
Homerus 497. ejus uſus 498
Homo exul perpetuus 16. Dominus rerum 9. animal politicum 29
Horatius 546
Horatiorum virtus 409
Horatij Coclitis factũ 412
Horti Balſami 298
Hoſea rex Iſraëlis abductus 264
Hoſtes tonitru pulſi 184
Hoſtilius 409
Humana felicitas momẽtanea 318

Digitized by Google

Hyperides 528
Hypotypoſis Adami docentis 26. cædis Abeli 23.

I.

Jacobi Patriarchę hiſtoria 140
Jaddus ſacerdos 337. Alexandrũ placat 294.337
Jaina Turingiæ urbs unde dicta 80
Janan 83
Jani nomen unde 80
Japhet 81
Jared 35
Jaſon 226
Jaſonis ſacerdotis avaritia
Idolatria prima poſt diluvium 92
Idolatria populi abſente Moſe 169
Idolatria Germanorũ 239
Jeconias ſervatus 281
Jephthe 180
Jerichũtis expugnatio 175
Jeſabel 264. 269
Jeſraël 270
Ignis ſacer cultus 92
Inceſtus Ruben 146
Inceſtus Judæ 147
Inceſtus Oedipi & Jocaſtę 223
Ptolomæi Evergetis 356
Ptolomæi Ceraunì 345
Joannes Baptiſta 304
Jobi hiſtoria 157
Jocaſta 224
Jonę prophetęhiſtoria 273
Joſaphat rex pius 267
Joſephi patriarchæ hiſtoria 148. fundavit ſcholam Heliopoli 154
Joſiæ hiſtoria 279
Joſuæ hiſtoria 174
Iris gratiæ ſignum 77
Iſaaci hiſtoria 137
Isboſethus cum Davide de regno decertat 191
Iſis docuit Germanos coquere cereviſiam 245
Iſocrates 518
Judæa ab Alexandro Ariſtobuli filio turbata 301 à Nabuchdonoſore capta 315
Judæorum origo 147. in Æthiopiam abductio 199. in Babylonia acerbitas 284. in reſtaurando templo alacritas 288. tranquillitas 293. à tributis liberatio 294

Judices populi Dei 115
Jugurthæ tyrannis 455

K.

Κακοζηλία humanæ victimæ 136
Κακοζηλία Iſraëlitarum 169
Kenan 55

L.

Laban 144
Lacedæmon 380
Lacrymæ Xerxis 328
Scipionis 450
Lamech 36
Laomedon pacem cum Amazonibus facit 248
Lapſus hominis 13
Latinorum regnum 235
Latrocinij & imperiorũ differentia 105
Lavinium 237
Legati Darij ob libidinem trucidati 325
Legati Dyrrachienſium repulſi 384
Legati Egeſſanorum ad Athenienſes miſſi 387
Legati Romanorũ à Corinthijs violati 453. ad deſcribendas leges Solonis miſſi 419
Legati à Tarentinis violati 436
Legati Xerxis in Greciam miſſi 327
Leges duodecim Tabularum 419. Agrariæ 421. Lycurgi 499. Draconis 503. Solonis 504
Legis divinæ promulgatio 169. repetitio 172
Liber Joſuæ 174
Liberi degeneres 20. 79. 140. 145.
Libertatis propheticæ exempla 264
Libri à Salomone ſcripti 200
Libri prophetici exuſti 350
Lingva ſancta, Græca, Latina, Germanica, 97
Linus præceptor Herculis 255
Livius 547
Longævitas patrum in primo mundo 41
Loti migratio 127. ſedes inter impios 127. error 128. inceſtus 129. reliquum vitæ curriculum 130

Ly-

Lucius Cincinnatus ex agro ad dictaturum vocatus 423
L. Mummij egeſtas 454
Lucretiæ hiſtoria 411
Lucta fidei & carnis in Noamo 65
Luctus primorum parentum 20
Lucull⁹ Tigranem & Mithridatem fugat 457
Ludi Ethnici Hieroſolymam importati 295
Ludimagiſter proditor 427
Ludus Dei cum ſanctis 68
Lues Attica 383. Romana 436
Lycurgus 499. in exilium abit 501

M.

Maccabæorum res geſtæ 296
Macedonum origo 87
Machaon 258
Magi Perſarum doctores 250
Magog gentis Scythicæ ſator 83
Magorum adventus 305
Mahalaleel 35
Marcellus Romanorum conſul 445
Marci Curij continentia 435
Marci Lolli Romani in Saxoniam impreſsio 486
Marcomiri Germani in Galliam impetus 480
Marcus Curtius 430
Mardonius ſvaſor belli Xerxis 329
Mare Ægeum 248
Mare mortuum 125
Maris rubri latitudo 176
Marię patria 304. fuga 305
Marius Jugurtham & Bochum vincit 455. in Africam fugit 459. Cimbros fundit 484. aquilam in vexillo primùm uſurpat 484
Marij & Cinnæ conſpiratio 459
Mars unde dictus 445
Marſchallus 245
Martisburgum à Druſo reparatum 489. à Tiberio munitum 490
Maſiniſſæ in Romanos ſtudium 449
Maſſagetæ 321
Mathuſalem 36

Mauritani unde orti 88
Medea 226 repudium 227
Medicina Hippocratis 511
Melchiſedechi hiſtoria 131
Menander poeta 533
Menelaus 228
Menelai ſacerdotis ambitio 296
Menenius Agrippa 416
Meſſene 362
Meſſias ex poſteris Nathani natus 272
Metij ſupplicium 410
Midas rex Silenum capit 42
Midianitarum ſtrages 180
Miletus 363
Miltiadis hiſtoria 365
Mithridatis hiſtoria 456
Moloſſorum ſupplicandi modus 378
Monarchia Aſsyriorum bipartita 313. ad Perſas translata 555. 319 tertia Græcorum 334
Monarchiarum trium durationes 115. 358 quarta 556
Monarchiæ definitio 99. 554. ſedes 104. ſecunda argentea 338 tertia ærea 338. 5 6 quarta ferrea 474 381
Monarchiæ cur à Deo ſint conſtitutæ 103
Monomachia Eteoclis & Polynicis 224. Davidis & Goliathi 189. Torquati 431. Valerij 431. Manlij Rom. 432
Moſi hiſtoria 160. ærumnis & miraculis plena ibid.
Moſi ὕστερον πρότερον 82
Mulierum Germanicarú immane facinus 488
Mutij Scævolæ fortitudo 412.

N.

Naëman 271
Nævi Salomonis 187
Nahor 114
Nahum 275
Naſicæ conſilium 449
Nathanus 272
Nazareth 304
Nehemiæ in Judæam adventus 288
Nephilim Gigantes 45
Nicias 387
Nimrod 89. 94. 101. Monarcha 101. regna ejus 102
Ninive 111

Ninus alijs Jupiter dictus 112
Noha moderator ſecundi millenarij 43. prȩco diluvij 44 ejus ærumnoſum curriculum 46
Nonnæ 408
Numitor regno pulſ⁹ 401

O.

Occaſio belli Lacedæmoniorum 362
Occaſio belli Mariani 458
Ochus rex Perſarum 332. ejus in Judæa crudelitas 332
Oedipus 225
Oenotrius Græcis Janus 80
Olympiades Græcorum 360
Olynthiacȩ orationes Demoſthenis 399
Olynthus everſa 400
Opes tēpli Delphici 397
Ophyra 197
Oraculorum ambiguitas 318
Oraculorū Dodonæū 87
Oraculum de copulatione belli & peſtis 383
Oraculum pugnæ Leuctricæ 396
Oraculum Pythiæ 507
Ordines tres 11
Ordo virginum veſtalium inſtitutus 408
Origo Beli & Balim idolorum 108
Origo gentium & populorum poſt diluvium 80
Orimaſda 92
Orpheus Poëta & Muſicus 355
Oſiris 204
Oſſa Numæ inventa 409
Oſtentum Draconis 229 259
Ottonum virtus & felicitas 592
Ovidius 547.

P.

Pelamedes 232
Paradiſus 14
Paris 228
Parmenio ab Alexandro occiſus 340
Pauſaniæ res geſtæ 374
Peloponneſus 381
Periclis impia interpretatio eclipſis 396. fax belli Peloponneſiaci 384
Perſæ à Cambyſe necati 323

Pers

Perſei regis Macedoniæ filius ſcriba factus 347
Phaethon 211
Pharaonis inclemẽtia 159 162. ejus impetus 165. interitus 167
Phariſęorum errores 297
Philippus Macedo fidem violat 451. Abydenos obſedit 469. ejus de Demoſthene elogium 528
Philippus Melanchthon artes illuſtravit, doctrinam repurgavit 610
Philoſophi Græcorũ 251
Phocenſium clades ſpoliato templo 399
Phocionis præmium 369
Phocylides 507
Pindarus 509
Plato 521
Plautus 536
Pœna adulterij apud Germanos 240. lege Solonis 504. lege Zaleuci 517.
Politiæ cur ſint inſtitutæ 29
Polybius 536
Polynices 223
Polyxena 233
Pompei hiſtoria 301. 468
Poteſtas parentum in filios 102
Præceptoris boni officium 512
Prætores creati 445
Precum piarum vis & robur 128. 145. 184. 185. 264. 268.
Priamus 228
Primorum parentum in educãda ſobole indulgentia 30
Proconſul 415
Prodigia Auguſto Romam ingrediente 474
Prognoſtica extremi diei 76
Prometheus 215
Proſelyti 300
Ptolomæi Philadelphi munificentia 355
Ptolomæus Philopater in Judæos crudelis 355
Ptolomæi Evergetis tyrannis 356
Pugna ad Cheroneã 400 Leuctrica 395. Marathonia 364. Xerxis ad Thermopylas & Salaminem 328

Pyr-

Pyrrhus Fabricium tentat 438 ejus medicus perfuga 438
Pyrrhi præclarum de Fabricio teſtimonium 439.

Q.

Quartus millenarius inſignior 261

R.

Rachel 146
Rebecca 137. ejus calliditas 139
Reditus Judæorum ex Babylone 286. 308
Reditus Salomonis annui 197
Reges Ægypti 354. Aſiæ 347. Macedoniæ 344. Syriæ 348
Regni Herodis diviſio 306
Regni Iſraëlis deſtructio, & decem tribuum abductio 314. 278
Regni Judę univerſale excidium 283
Regni Perſici provincia 326
Regnum Athenienſium 206
Regula Ebrææ lingvæ uſitata 591
Regula in Prophetarum lectione notanda 577
Reguli hiſtoria 442
Religio in regno Juda 203
Roma 403. obſeſſa triennio 412. à Gallis & Germanis capta 428. à Gothis capta 587. ornamentis imperialib. ſpoliata 588. Vandalis erepta 589
Romuli & Remi hiſtoria 402.

S.

Sabinarum rapt' 406. teſtimonium 406
Sadducæorum errores 298
Saguntini ſe cremant 443
Salmanaſſar 314
Salomonis regis hiſtoria 194
Saluſtius 544
Samaritani cõvitium unde ſit ortum 254
Samnites 434. ſub jugum Romanum miſſi 435
Samnitici belli finis 136
Samſon 180
Samuelis hiſtoria 184
Sara 136

Sar-

Sardanapalus 311
Sarracenorum in Aſia incredibilis potentia 590
Saturnus 235
Saturnia regna 236
Saul 186
Scala Jacobi quid denotaverit 142
Scedaſus 395
Schola Adami 26
Ariſtotelis 530
Joſephi 154
Iſocratis 518
Platonis 522
Pythagoræ 506
Scholarum in Germania initium 243
Scipionis Africani hiſtoria 446
Sectarum in Judæa origo 292
Semi hiſtoria 47. 94
Semiramis 109
Senacheribus à filijs occiſus 314 ejus de pietate concio 1
Senones 428
Septem ſapientes 506
Seſoſtres 214
Sethi acta 33
Sex modi patefactionis Dei 19
Sicilia 440
Sidoniorum conflagratio 332
Sileni capti impia vox 42
Simonides 508
Siracides 535
Socrates 513
Solonis hiſtoria 504
Sophocles 516
Statua Hermanni 244
Danielis 106
Statuæ Mercuriales 389
Svevi unde dicātur 246
Syllana crudelitas 419
Syria Romanorum provincia 353.

T.

Tarentini 437
Tarētum recuperatū 446
Tarquinius Priſcus 410
Tarquinius Sextus expulſus 411
Tartari 83
Templum Jani ter clauſum 477
Tenebræ Cimmeriæ 83
Teutonia 247
Thebani Spartanos affligunt 394
Thebarum everſio 335
Themiſtocles 377

Theocritus 533
Theodoricus Veronenſis 218
Theramenes 393
Thermopylæ 328
Thraſybuli ἀμνησία 394
Thucydides 520
Tiberius 479. 490
Tranſitus per Jordanem 174
Tribuni plebis creati 417
Tribuni militum 422
Triūphus Scipionis 447
Pauli Æmilij 452.
Marij 256
Julij Cæſaris 471
Auguſti 476
Germanicis de Germania 496
Troja 228. inſtauratio 235
Tunetum 451
Turris Babel 94
Tyrannorum προσκήμυλα 23. 56
Tyrtei verſus 362
Tyrus ab Alexandro capta 336

V.

Vandali 246
Varus 491. 492
Varniana clades 490
Vaticinium Chaldęorum vatum de Alexandro 339
Vaticinatio cujuſdam Eliæ 3
Vaticinium Scipionis 450
de Roma 404
Venus Germanica 244
Veneris templum 582
Veritas aliquandiu latet 147
Verſus Sibyllinus 251
Via certitudinem in Theologia 551. 597
Viæ ad ſapientiam perveniendi duæ 597 629
Viciſsitudo bonorum & malorum 112
Victoria Eccleſiæ 77
Victus hominum uſq; ad diluvium 205
Vinum ante diluviū num fuerit, nec ne 80
Vita longa cur ſit expetēda 42
Vitia ab impetijs ſeparanda 202
Ur Chaldæorum 92. 117.

Xan-

X.
Xantippus Lacedæmonius Carthaginenſium dux 442
Xenophon 524
αὐτοπτης 621
Xerxis hiſtoria 326
Xerxis legatio ad Ariſtidem 367.
Z.
Zacharias 304
Zacchariæ patris Baptiſtæ habitatio 304
Zaleucus 517
Zedekiæ regi oculi effoſſi 315
Zidon Sidonis conditor 89
Zoroaſter Bactrianorum rex 250
Zoroaſter quando vixerit 250
Zorobabel dux Judæorũ ex Babylone 286
Zopyri aſtutia & induſtria 324.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google